Staatl. Bibliothek
Regensburg

A. 54. 15.

4° Jus 405



C. N. Schurtz. sculp.

W. Richter. del.

Staatl. Bibliothek
Regensburg

TRACTATUS
DE
SIGNIFICATIONE ADVERBIORUM,
In
Jure tàm Civili quàm Canonico usitatorum,
In quo
Non solum eorum natura, proprietas, vis & effectus ostenditur, sed etiam multæ controversiæ ex Jure publico & privato, cum ampliationibus & limitationibus, resolvuntur, & variis præjudiciis atque Responsis confirmantur,
Adjecto
Indice Verborum atque rerum duplici,

CURA ET OPERA
CHRISTOPHORI PHILIPPI Richter/ D.
Com. Pal. Cæs. Consil. Saxon. Decretal. Prof. P. Facult. Jurid. Ordinarii, Curiæ Provinc. & Scabinatus Assessoris Primarii, & h. t. III. Rectoris Academ. Jenens.

JENÆ
Impensis JOHANNIS LUDOVICI NEUENHAHNI, Bibliop.
Typis JOHANNIS NISI, ANNO R.S.N.
M. DC. LXVI.

VIRIS - JUVENIBUS

Perantiquo Stemmate, Virtute, Eruditione, atq; Scientia Conspicuis,

DN. BARTHOLDO CLEMENTI von der Kuhla / Equiti Bremensi.

DN. JOHAN. ADAM von Schönfeldt / Equiti Misnico.

DN. JOHAN. CASPAR. von Schachman / Equiti Lusato.

DN JOHANNI LEONHARDO à Pühel / Culmbac. Franc.

DN. ARNOLDO Friedlieb / Stralsund. Pomerano.

DN. JOHANN. CASPAR Clemen / Schmalcald.

J.U. CULTORIBUS EXIMIIS,

Fautoribus & Amicis meis pl. dilectis.

Marcum

MArcum Zuer. Boxhornium, rerum Politicarum Scriptorem & scrutatorem Clarissimum, memoriæ prodidisse legimus, Invictissimi Imperatoris Romano-Germanici Legatos, ad certa quædam negotia expedienda in Bataviam missos, Literas Credentiales, ut vocant, Fœderatis Ordinibus aliquando obtulisse, in quibus horum Optimatum tituli haud convenienter (ex Batavorum opinione) expressi fuerint, dum, ut Vasalli Imperii, *Cæsari & S. R. Imperio fideles Dilecti* in inscriptione literarum essent nominati, atque hinc quæsitum fuisse? *An hujusmodi literas admittere & aperire pro Majestate ac existimatione Reipub. Batav. foret?* Cumque super hoc dubio variatum fuerit, multis affirmantibus, literas illas haud difficulter admittendas esse, neque ob verba levia irritam fieri debere legationem; aliis verò & fortè numero pluribus graviter contradicentibus, decretum tandem fuisse (num jure, an injuriâ, non disputo) literas illas non esse aperiendas, sed Legato Cæsareo remittendas, hoc ad-

dito,

dito, non Ordinibus eas inſcriptas eſſe; Neque enim illos Cæſari & S.R. Imperio ex ejusmodi formula fideles agnoſcere ſeſe & dilectos. Huic Batavorum Decreto judicium ſuum ſubnectit ante laudatus Boxhornius *in Diſquiſit. ſuis Polit. caſ.27. Non quidem de verbis adeò altercandum eſſe, ubi res exiguntur, cùm ſubtilitates ejusmodi periculoſæ ſæpè ſint, & impedimenta rerum neceſſariò expedien[d]arum; haud tamen temerè transmittenda & negligenda eſſe verba in publicis, in contractibus, ubi verba ſint rerum loco.* Ex quibus luce meridiana clarioribus cuivis innoteſcere poteſt, non ſolùm in negotiis publicis, ſed & privatis, in artibus, & diſciplinis præſertim arduis, verborum priorem eſſe debere curam, rerum poſteriorem, quantumvis potiorem. Verba quippe ſeu voces ſunt rerum notæ ac indices, unde & in hiſce notis ac ſignis quicunque vel leviter aberraverit, in ipſis quoque rebus vel negotiis deſignatis errorem haud ægrè concipiet, idque inprimis in artibus ac facultatibus nobilioribus, ubi ſubjectæ, quas tractant, materiæ, ſive theoriam ſpectes, ſive Praxin, propriis potiùs & peculiaribus, quàm communibus ac vulgaribus explicantur vocabulis, ſine quorum vera & diſtincta cogni-

 tione

tione ad perfectam rerum scientiam penetrare non licet. Et hoc quidem in jurisprudentia nostra in propatulo est, ut quæ magnam sui partem in convenienti verborum, adverbiorum, formularum & clausularum interpretatione, verique sensus enodatione & applicatione consumitur. Cujus sanè rei tàm necessitatem quàm utilitatem Justinianus Imperator adeò perpendit, ut peculiarem ac prolixum de Significatione verborum titulum Digestis suis inseruerit. Quin & ante Justinianum multos veterum JCtorum videmus ea ipsa de causa susceptos in verborum explicatione labores. Ælium Gallum certè aliosque Clarissimos priscis illis temporibus Jurisperitos, ut & Servium quantumvis Nobilem Patritiumque Virum, de verborum ad jus pertinentium significatione minimè suis olim Romanis scribere puduit, qui hac omnes ratione moti, quod genuinus verborum sensus plurimùm ad Jprudentiam nostram legitimè excolendam faciat, imò absque vera verborum cognitione omnes in S. Themidos studio labor sit frustraneus. Exemplis equidem hæc illustrarem, nisi soli facem accendere viderer, quò magis tamen allatæ opinionis veritas omnibus innotescat, paucis-

sima

ſima ſaltem de uſu & interpretatione adverbiorum, ut de reliquis ſileam, allegabo. Neminem etenim, niſi qui fungum pro cerebro & peponem pro corde gerat, inficias ire puto, adverbiorum in jure noſtro frequentiſſimum eſſe uſum, cùm ICti de actionibus hominum moralibus juxta ſuas qualitates judicent, adverbia autem orationi inſerta utplurimùm qualitatem actionum factorumve declarant, ideoque de illorum interpretatione in jure noſtro maximopere laborandum erit, quoniam, ut ante dictum, hac adverbiorum explicatione ſpreta vix, ac ne vix quidem, jura intelligi, multo minus ad facta hominum in ſocietate civili occurentium applicari poterunt, e.g. Si quis ſe *enormiter* læſum dicat in emtione cujusdam rei vitioſæ, cujus vitium *evidenter* apparuerit: ſi quis pro ſua ſententia alleget actus *frequenter* ita deciſos: ſi quis damnum aliquod *fortuitò* contigiſſe aſſerat &c. nullus, ut opinor, de hujusmodis cauſis cognoſcere, aut juxta verba, vel mentem & ſententiam legum illas decidere poterit, niſi priùs notæ ipſi ſint horum adverbiorum ſignificationes: quid ſit *enormiter* lædere? *evidenter* apparere? *frequenter* fieri, & quotnam actus requirantur ad hoc, ut quid *fre-*

quenter contigisse dicatur? quid sit damnum *fortuitò* datum? &c. Unde minimè alienum à veritate constat esse hoc Hermanni Vulteji magni nominis JCti judicium: *in præfat. Calvin. Lexic. præmissa. Si ullus disciplinæ ac Facultatis Professores sollicitam de verbis eorumq; proprietate & genuinâ significatione curam habere debent, hi profectò sunt JCti.*

Quæ cum ita sint, sæpè dubius hæsi, quomodo etiam hâc in parte Reip. literariæ & præprimis Studiosæ juventuti consuli possit? probè perpendens non solùm concatenatos labores, in munere *à Deo & Superioribus* mihi demandato, humeris meis impositos, pariter adversam, quâ sæpius laboro, valetudinem cum senectute conjunctam, quæ sanè immunitatem mihi optimo jure (*l. ult. & t.t. C. qui ætat. vel profess. se excus.*) præberent, quibus insuper accedit, quod periculosum nimis sit hoc tempore cùm de cæteris artibus liberalibus, tum de juris arte aliquid scribere vel in publicum emittere. Censores etenim sunt multi, senes & juvenes, plures mali quàm boni, iniqui quàm æqui, quibus nihil rectum aut perfectum, nihilque ratum & gratum, nisi quod ipsi vel ipsorum similes fecerint. Hoc ipsum, profectò, à proposito labore facilè me avertere

vertere potuisset, ita ut memor juris mei ob munus, quô fungor, publicum, senectutem, adversamque valetudinem mihi competētis, citra negligentiæ notam quietem amplecti, & illud scribendi genus, in quo hactenus me exercui, suspendere potuissem; Verùm publicæ utilitatis amor me ita instigavit, ut privatum otium neglexerim, immunitatem insuper habuerim, & quantum per alia negotia licuit: præsentem huncce Tractatum DE ADVERBIORUM SIGNIFICATIONE in publicam prodire lucem curaverim. Quoniam autem in Scriptis meis semper id quoque me intendere alibi confessus fui, quò studiosam juventutem (cujus salus mihi curæ cordique est) indies alacrius in studiis inflammare, atqui omni cura illam obnixè adjuvare queam, & hâc vice præsens sese offerat, de quâ hactenus non immeritò cogitavi, occasio, ut quosdam inter Studiosos hujus inclytæ Salanæ lectissimos, per quos etiam nostram aliquando Rempublicam in partibus ejus ipsis credendis gubernari posse confido, magis incitare valeam, visum mihi fuit, præsentem Tractatum aliquot Viris-Juvenibus in inclyto nostro Athenæo h. t. degentibus consecrare. Inscribo proinde &

dedico illum ipsum DE ADVERBIORUM SIGNIFICATIONE conceptum Vobis, Viri Juvenes, Generosa Nobilitate, antiquo stemmate, Virtute, jurisque scientia maximè conspicui, Amici dilectissimi, partim ob egregias animorum dotes, quas publicè & seorsim comprobatas, perspectasque habeo, partim ob singularia venerandorum Vestrorum Parentum & Agnatorum merita. Suscipite itaque hasce lucubrationes, eo, quo vobis offeruntur, pectore benevolo, & innubi fronte, meque Vestro favore ulterius prosequi non desinite. Quod reliqvum est, Divinum Numen supplex veneror, ut vobis in studiis & actionibus Vestris Successus quàm felicissimos, & in vita diuturnam prosperitatem largissimè tribuat. VALETE! Dab. Jenæ 26. Mart. Ao. 1666.

VV. Nob. & Pr.

Studiosiß.

CHRISTOPH. PHILIP. Richter/ D.

NOMINA DNN. AUTORUM ET RESPONDENTIUM.

I,

FRIDERICUS Gotter/ Camburg. Thur. Dd. à fol, 1. ad 48. incluf.

II.

JOHANNES Schmid/ Crofna-Sil. D. 49. 126.

III.

Burchhard Heinrich Tilemann/ Dd. 127. 184.

IV.

PAULUS Fuchs. 185. 230.

V.

CHRISTIAN. ERNESTUS Reichenbach/ Dd. 231. 294.

VI.

GEORGIUS BARTHOLOM. PETRI. 295. 358.

VII.

CONRAD JULIUS Hageman/ 359. 430.

VIII.

MARTINUS Richter/ Mansfeld. 431. 494.

IX.

JOHAN. CONRAD. Zieritz. 495. 658.

X.

JOHANNES GEORGIUS Simon/ Hall. 659. 714.

XI.

CHRISTOPH. Zilling/ Sangerh. Thur. 715. 778.

XII.

JOHANNES CASPARI, Nimicio-Silef. 779. 817.

XIII.

DANIEL CURÆUS, Vratisl. Silef. 818. 849.

INDEX
ADVERBIORUM IN HOC Tractatu contentorum ſecundum ordinem Alphabet.
Lit, A.

1. Abermahl. p. 5.
2. Abhinc. p. 10.
3. Abjectè. p. 13.
4. Abdicativè. p. 14.
5. Abſciſsè. p. 14.
6. Abſolutè. p. 15.
7. Abſurdè. p. 17.
8. Abuſivè. p. 19.
9. Abundè. p. 20.
10. Ac. p. 21.
11. Accommodè. } p. 22.
12. Accommodatè. }
13. Acriter. p. 23.
14. Adhæc. p. 24.
15. Adhuc. p. 24.
16. Admodum. 25.
17. Ægrè. 26.
18. Æquè. } 29.
19. Æqualiter. }
20. Æquanimiter 30.
21. Æquivoce. ibid.
22. Ærernum. ibid.
23. Affabiliter. 31.
24. Affabre. 32.
25. Affatim. ibid.
26. Affirmativè. ibid.
27. Affluenter.
27. Agiliter. ibid.
28. Alacre. } 33.
29. Alacriter. }
30. Aliàs. 34
31. Alibi. ibid.
32. Alicubi, Aliunde, Aliò, Aliorſum. 35.
33. Aliqua, aliquò, aliquorſum, aliquouſq; , alicubi, aliunde. ibid.
34. Alioquin. ibid.
35. Aliquandiu. ibid.
36. Aliquando. ibid.
37. Aliquantilum, aliquantiſper, aliquanto, aliquantulum, aliquantum. p. 36.
38. Aliter. p. 37.

39. Alter-

39. Alternatim. p. 39.
40. Amabiliter. p. 40.
41. Amanter. ibid.
42. Amarè. ibid.
43. Ambiguè. ibid.
44. Amoene. 42.
45. Amplius. ibid.
46. Amplissimè. p. 44.
47. Animosè. ibid.
48. Annuatim. ibid.
49. Ante. p. 45.
50. Antea. ibid.
51. Antiquè ibid.
52. Arcanè. ibid.
53. Argutè. 46.
54. Articulatim. 46.
55. Audacter. ibid.

B.

1. Balbe. p. 46.
2. Barbarè. p. 47.
3. Basilicè.
4. Beatè.
5. Belle.
6. Bellicosè. } p. 47.
7. Bene.
8. Benevole.
9. Benignè.
10. Bis.
11. Blandè.
12. Breviter. } p. 48.

C.

1. Cæsim. p. 49.
2. Cæteroquin. p. 51.
3. Cæterum. ibid.
4. Callidè. p. 52.
5. Calumniose. 54.
6. Cancellatim. 75.
7. Capitaliter. 59.
8. Captiosè. 60.
9. Carè. 61.
10. Celeriter.
11. Celerrime. } 65.
12. Centies. 70.
13. Certè, Certò, Certo certius, Certissimè. 70.
14. Cessim. 72.
15. Civiliter. 74.
16. Clam, Clanculum, Clandestinè, Clandestinò. 76.
17. Clementer. 84.
18. Cominus. 93.
19. Comiter. 95.
20. Comode, Commodius. 96.
21. Communiter. 100.
22. Competenter. 108.
23. Cognitionaliter. 127.
24. Compluries. 130.
25. Compositè. 133.
26. Concinnè. 135.
27. Concluse. 336.
28. Concorditer. 118.
29. Conditionaliter. 141.
30. Confestim. 144.
31. Confidenter. 145.
32. Confuse. 146
33. Conjunctim. 147.
34. Consequenter, Consecutivè. 150.
35. Constanter. 153.
36. Consulariter. 154.
37. Contestato. 156.
38. Continuo. 159.

39. Continuè. ibid.
40. Contra. 162.
41. Contrariè. 164.
42. Contumaciter. 166.
43. Contumeliose. 172.
44. Convenienter. ibid.
45. Copiosè. 174.
46. Copulatè. ibid.
47. Corruptè. 175.
48. Cotidiè. 178.
49. Crebrò. ibid.
50. Criminaliter. ibid.
51. Cumulatè. 182.

D.

1. Damnosè. p. 184.
2. Decæterò. 186.
3. Decenter. 187.
4. Decies. ibid.
5. Decorè. 188.
6. Deformiter. 189.
7. Defunctoriè. 190.
8. Dehinc. 192.
9. Deinceps. ibid.
10. Deinde, Dein, Postea. 193.
11. Demisse, submisse, subjecte. 194.
12. Demum. ibid.
13. Denique. 196.
14. Denuo. ibid.
15. Difficile, Difficiliter, Difficulter. 198.
16. Diffuse. 199.
17. Diligenter, sedulo. 200.
18. Dilucide. 201.
19. Directo, Directè. ibid.
20. Disertè. 206.
21. Distinctim.
22. Dispersè.
23. Districtè.
24. Diu. } 207.
25. Diutius. 220.
26. Diversè. 211.
27. Divisim, Dividue. 212.
28. Dolose. 213.
29. Donec. 219.
30. Dubiè. 221.
31. Dudum. 224.
32. Dum. 225.
33. Dum placuerit. 224.
34. Dum tamen. 225.
35. Dummodo. ibid.
36. Duntaxat. 226.
37. Dupliciter. 228.
38. Dure. 229.

E.

1. Eatenus. p. 231.
2. Ecce, En. 232.
3. Efficaciter. 233.
4. Egregie. 234.
5. Elective. 239.
6. Eleganter. 242.
7. Enixè. ibid.
8. Enormiter. 245.
9. Enunciativè. 251.
10. Eò. 253.
11. Evidenter. 257.
12. Exiguè. 261.
13. Ex nunc. 262.
14. Expressè, Expressum. 263.
15. Extraordinariè. 266.
16. Extunc. 268.

Falla-

F.
1. Fallaciter. p. 269.
2. Falso, False. 270
3. Familiariter. 278.
4. Fataliter. 181.
5. Favorabiliter. 283.
6. Fere, Ferme. 284.
7. Fictè. 285.
8. Fideliter. ibid.
9 Firme, Firmiter, Firmissimè. 287.
10. Formiter. ibid.
11. Forsan, Forsitan, Fortassis, Fortasse, Forte. 288.
12. Fortuito. 289.
13. Fraterne.
14. Fraudulenter. } 290.
15. Frequenter.
16. Frustra. 291.
17 Furiosè. 292.
18. Furtim, Furtive. 293.
G.
1. Generaliter. 295.
2. Generosè. 302.
3. Gloriose. 303.
4. Gnaviter. 304.
5. Grammaticè. 305.
6. Gratis. 306.
7. Gratiosè. 308.
8. Gravate. 313.
9. Grave, Graviter. 317.
10. Gregatim. 318.
H.
1. Habiliter. p. 321.
2. Hactenus. 327.
3. Haud. ibid.
4. Hinc. ibid.
5. Hoc amplius. 328
6. Hodie. 329
7. Honestè. 330
8. Hostiliter. 332
9. Hucusque. 334
10. Hypotheticè. 334.
I.
1. Jam. 334
2. Ibi. 336
3 Idoneè. ibid.
4. Jejunè. 338
5 Ignaviter, Ignave. 339
6. Ignominiosè. 339
7. Ilico. 340
8 Immediatè. 341
9 Imò. 350
10. Impersonaliter. 359
11. Imperpetuum. 361
12. Impiè. 364
13. Impigrè. 369
14. Impotenter. ibid.
15. Improbe. 371
16. Impropriè. 373
17 Impunè. 376
18. Inanitet. 379
19. Inæqualiter. 380
20. Inartificialiter. 381
21 Incitatè. 383
22. Incontinenter. 384
23. Incontinenti, Excontinenti. 385
24. Incestuosè. 388
25. Indebitè. 391
26. Indefinitè. 392
27. Indignè. 395

28. Induſtrie. 396
29. Infirmè. 397
30. Infrà. 398
31. Ingratè. 399
32. Inimicè. 401
33. Injuriosè. 404
34. Inſtanter. 406
35. Inſtar. 407
36. Inſuper. 411
37. Integrè 412
38. Interdum. 416
39. Inviolabiliter. 420
40. Ita. 421
41. Ita ut. 422
42. Item. ibid.
43. Iterum, iteratè. 423
44. Juratò. 429
45. Juſtè. ibid.
46. Juxta. 430

K.

1. Καταχρηστικῶς. p. 431

L.

1. Laboriosè. p. 431
2. Languide. 434
3. Largè, Largiter. 436
4. Latè. ibid.
5. Laudabiliter. 439
6. Laute, Lautius. 440
7. Laxè. ibid.
8. Legitimè. 441
9. Leniter. 449
10. Lepide. ibid.
11. Lethaliter. ibid.
12. Leviter. 450
13. Liberè. 451
14. Libenter. 452
15. Libidinosè. ibid.
16. Licitè. ibid.
17. Liquidò. 465
18. Lengè. ibid.
19. Luſoriè. 475

M.

1. Magis. p. 457
2. Malè. 458
3. Malitioſe. 460
4. Manifeſtè. ibid.
5. Manſuete. 461
6. Maturè. 462
7. Maximè. 463
8. Mediatè. 465
9. Melius. ibid.
10. Membratim. 469
11. Memoriter. ibid.
12. Mendosè. ibid.
13. Merè. 468
14. Merito. 469
15. Militariter. ibid.
16. Minaciter. ibid.
17. Minus. ibid.
18. Minimè, Minimum. 470
19. Modicè. 471
20. Modicum. ibid.
21. Modo. 474
22. Mox. 475
23. Multifariam. 476
24. Multo. ibid.
25. Multum. ibid.

N.

1. Naturaliter. p. 477
2. Ne. 482
3. Nec. 483
4. Neceſſariò. 485
5. Nempe. ibid.

6. Ne-

6. Nequando. 486
7. Nequaquam, ibid.
8. Neque. ibid.
9. Nequicquam. ibid.
10. Ni. 487
11. Nihil. ibid.
12. Nihilominus, Nihilomagis. 488
13. Nimirum. ibid.
14. *Nimis.* ibid.
15. *Nisi.* ibid.
16. Nominatim. 489
17. Non. 491
18. Non aliter. 492
19. Non nominatim. ibid.
20. Nonnunquam. ibid.
21. Non nimis. ibid.
22. Non omnimodo. ibid.
23. Non perinde. ibid.
24. Non solum. ibid.
25. Non temere. ibid.
26. Non utiliter. ibid.
27. Non utique. 493
28. Novissimè. ibid.
29. Nude. ibid.
30. Nullatenus. ibid.
31. Numerò. ibid.
32. Numerosè. 494
33. Nunc. ibid.
34. Nunquam. ibid.
35. Nuper. ibid.
36. Nusquam. ibid.

O.

1. O. p. 495
2. Obedienter. ibid.
3. Obiter. 503
4. Obliquè. 507
5. Obnixè. 513
6. Obnoxiè. ibid.
7. Obreptitiè. 516
8. Obscœnè. 522
9. Obscurè. 529
10. Obsequenter, Obsequentissimè. 535
11. Observanter, Obtemperanter. 536
12. Obsoletè, Obsoletius. 539
13. Obviam. 550
14. Occultè. 554
15. Odiosè. 561
16. Officiosè, Officiosissimè. 563
17. Olim. 564
18. Omnifariam. 565
19. Omnimodo. ibid.
20. Omninò. 567
21. Oppidò. 571
22. Opportunè. 572
23. Optimè. ibid.
24. Opulenter. 574
25. Ordinariè. ibid.
26. Ordinatè, Ordinatim. 575
27. Originaliter. 576
28. Ornate. 580
29. Otiosè. 582

P.

1. Palam. 584
2. Paratè. 589
3. Parcius, Parcissimè. 591
4. Pariter. ibid.
1. Partialiter. 594
2. Partiario. ibid.
3. Partiatim. ibid.

4. Particulariter.
5. Particulatim.
6. Partim. 594
7. Partite.
8. Parum.
9. Parumper.
10. Parvi. 597.
11. Parvulum.
12. Passim. ibid.
13. Paternè. 599
14 Patienter. ibid.
15. Patriè. 602
16. Paulatim.
17. Paulisper.
18. Paulo. ibid-
19. Paulum.
20. Paululum.
21. Peculiariter. Peculiotenus. 603
22. Penè. 604
23. Penitus. ibid.
24 Perditè. 605
25. Peræquè. ibid.
26. Peregre. 606
27. Peremptoriè. 607
28 Perenne. 611
29 Perfectè, perfectissimè. ibid.
30. Perfidè. Perfidiosè. 612
31. Perfunctoriè. ibid.
32. Perfusoriè. 613.
33. Periculosè. ibid.
34 Perindè. 616
35. Peritè. ibid.
36 Perniciose
37. Perpense. 618
38. Perperam.
39. Perpetuo. 618
40. Perpetuum.
41. Perplexe. 623
42. Perquam.
43. Perseveranter. 624
44 Personaliter.
45. Pertinaciter.
46. Pervicaciter. 62g
47. Perturbate.
48. Perversè.
49. Perversissimè.
50. Pessimè.
51 Pejus. 628
52. Pessum.
53. Petulanter.
54. Pecuniariter.
55. Piè. 629
56. Plerique.
57 Plerumq;. 635
58. Pluris.
59 Plurimum.
60. Plus. 637
61. Plusculum.
66. Porrò 643
67. Postea 644
68. Posterius 647
69. Posthac
70. Postmodo
71. Postmodum 651
72. Postquam
73. Posteaquam
74. Postremò
75. Postremum 753
76. Potenter
77. Potentius 654
78. Potius. 657

79. Po-

79. Potissimè. 657
80. Pravè 659
81. Præcisè 660
82. Præcipuè 661
83. Precario 662
84. Presse 666
85. Pretiosè 667
86. Pridem }
87. Pridiè } 670
88. Primum }
89. Primò } 671
90. Principaliter 672
91. Principiò 673
92. Prius }
93. Privatim } 674
94. Probè }
95. Probiter }
96. Probabiliter } 675
97. Prodigè }
98. Prolixè }
99. Promiscuè } 678
100. Propriè }
101. Protinus 679
102. Prout 680
103. Purè 693

Q.

1. Qua. }
2. Quæstuosissimè } 684
3. Qualiter 685
4. Quamprimum 689
5. Quamdiu 600
6. Quando 691
7. Quandocunque 692
8. Quandoque 693
9. Quantum 694
10. Quantumcunque 695
11. Quartò 696
12. Quasi 699
13. Quatenus 702
14. Quemadmodum 703
15. Quietè 704
16. Quinquies 705
17. Quodammodo }
18. Quomodo } 708
19. Quomodocunque }
20. Quomodolibet }
21. Quoniam } 709
22. Quondam }
23. Quotannis 710
24. Quotidiè 711
25. Quoties. 712
26. Quotiescunque. 714.

R.

1. Radicitus. }
2. Raro } 715
3. Rationabiliter 716
4. Rectè. }
5. Regulariter } 717
6. Religiosè. }
7. Retrò. } 718
8. Retrorsum }
9. Revera } 721
10. Revocabiliter }
11. Ritè 726
12. Rotundè }
13 Rursus } 727.

S.

1. Sæpè }
2. Sæpiculè } 727
3. Sæpenumero }

4. Saltem. 729
5. Sanctè. 730
6. Sat. 731
7. Satis. ibid.
8. Satisdato. ibid.
9. Scilicet. 734
10. Secus. ibid.
11. Semel. ibid.
12. Semiplenè. 739
13. Semper. 740
14. Separatim, Seorsim, Sigillatim. 741
15. Serò 745
16. Sicut. 749
17. Similiter. 750
18. Simpliciter. ibid.
19. Simul. 751
20. Simulac, atque. 753
21. Simulatè. ibid.
22. Simultaneè. 755
23. Solenniter. 758
24. Solum, Solummodo. 763
25. Sordidè. 764
26. Specialiter, Speciatim, Singulariter. ibid.
27 Sponte. 765
28. Studiose. ibid.
29. Statim. 766
30. Summarie, Summatim. 767
31. Supernaturaliter. 771
32. Superfluè. 772

T.

1. Tacitè. 779
2. Tam. 790
3. Tamdiu. ibid.
4. Tamen. 791
5. Tametsi. ibid.
6. Tanquam. 792
7. Tantisper. 793
8. Tantum. 794
9. Tectè. 797
10. Temerè, Temeriter, Temerarie. ibid.
11. Theoretice. 805
12. Transactè. 808

V.

1. Vacanter. 812
2. Ubi. 816
3. Ubique. Ubicunque. 818
4. Velut, Veluti. 820
5. Verisimiliter. 822
6. Vicissim. 825
7. Vitiose. 838
8. Vix. 840
9. Ultro. 841
10. Voluntariè. 842
11. Urbanè. 844
12. Usitatè. 845
13. Utiliter. 846
14. Ut. 848
15. Utique. ibid.
16. Utpote. ibid.
17. Vulgo. 849
18. Vulgariter. ibid.

PRÆFA-

PRÆFAMEN.

NIhil dici, quod non prius fuerit dictum: Tritum & vulgare, verissimum tamen est Proverbium. Et sicut in omnibus tantùm non disciplinis & artibus illud non sine summo usu & effectu reperitur: Ita domi etiam egregium testimonium habemus in nostra Jurisprudentiâ.

Diffusissima hæc quidem, Copiosissima & Amplissima est disciplina, adeo, ut vix crediderim quandam aliam huic comparari posse: Nemo tamen est, qui nescit, eam hodiè ita excultam & per multitudinem eorum, qui eidem operam navant, adeò esse exercitatam, ut vix & non nisi per singularem Inspectionem & Investigationem materia adhuc Inculta, & quæ alterius tractationi nondum subjecta fuerit, reperiri possit.

Culpandi igitur illi non sunt, qui materiam

aliquam ab aliis pertractatam iterum pertractare incipiunt. Quod etiam præprimis ex hâc causa fieri non debet: Quia una eademque materia diversam tractationem recipere potest. Potest enim contingere, Priorem Materiæ tractationem esse nimis brevem & angustam, posteriorem diffusiorem & augustiorem: Priorem paulò esse aberrantem & Juri non conformem, posteriorem Legibus convenientem. Priorem esse Obscuram & Intricatam nimis, posteriorem verò explanatam, & prout facilè comprehendi potest, ob oculos positam. Sed quicquid sit, laudabiliorem tamen in se suscipiunt operam, qui Materiam talem pertractandam suscipiunt, quæ ab alio nondũ ex professo & plenè pertractata aut satis discussa est. Quod etiam respondet menti Magnifici & Nobilissimi Dn. Præsidis, JCti, Antecessoris, Comitis Palatini, & Ordinarii nostri splendidissimi, Patroni observandissimi.

Postquam enim ille, non attentis gravissimis, quibus circumvallatus est, expeditionibus, & negotiis, benevolam mentem, quam pluribus scriptis Literariæ Juventuti hactenus exhibuit, repetere, & novo quodam Tractatu illam

con-

contestari secum decrevisset: Elegit talem materiam, quæ hactenus, quantum omnibus facilè constat, nullius tractationi subjecta fuit. Est verò materia hæc de Adverbiorum significatione: hanc ergò in lucem producere proposuit.

Sed hæc ideò dico: ne quis putet: vulgaria *nimis* esse, quæ in sequentibus tractantur. Officii nunc esse videretur. De utilitate hujus materiæ in medium etiam aliquid afferre. Sed vulgaris nimis est hæc additio: Vino vendibili non opus est suspensâ hederâ. Et de Materiæ, quæ alias celebris est, non nisi ex abundanti, dicitur præstantiâ & celebritate.

Res ipsa loquitur. Desiderium plurimorum Stud. tractationem Adverbiorum expectantium: Jurgia & lites de particula hâc vel illa inter Advocatos & forenses mota, satis ostendunt, tractationem de Adverbiorum significatione non inutilem esse, sed maximum ubique usum exhibere. Absque ulteriori itaque verborum ambage, id quod nobis propositum, suscipiendum est. Quod statim faciamus: Invocato tamen prius numine divino: Quò illud nobis in præsenti operâ adsistere & desideratissimo auxilio præesse velit.

Tractare ſuſcepimus
De
ADVERBIORUM SIGNIFICATIONE.

ANtequam ad alia procedamus, inquirendum primùm eſt in Etymologiam vocabuli Adverbii. Denominatio verò & Etymologia tam difficilis quæſitu non eſt. Nemo enim eſt, qui non ſtatim videat, voculam adverbii deſcendere ex præpoſitione Ad & Verbum, propterea quia verbo ſemper adhæreat & adjungatur. *Rainaldus Corſus lib. 1. Indag. Jur. c. 2. n. 4.* Adverbiorum ſignificatio eſt vel generalis, vel ſpecialis. Generalis eſt, quam omnia adverbia cujuscunque alias ſignificationis ſpecialis ſint, recipiunt. Ita ad generalem adverbiorum ſignificationem pertinet, quod habeant naturam qualificandi & informandi. *l. 6. C. arbitr. tut. Baldus in l. 8. n. 35. C. de impub. & al. ſubſtit. Bertachinus in repert. ad hanc voc.* Quod in Jure noſtro teneant locum formæ, & magis ſonent quam nomina. *Bald. in cap. ult. c. 2. verſ. tertio. x. de offic. legat.* Quod juncta verbo præſentis temporis exponantur in futurum, ut ſi v. g. dicitur debeo benè: intelligitur debebo. *Angel. in l. 24. de conſt. pecun.* Quod adverbia diſpoſitionem ſuſpendentia in aliquem futurum eventum, faciant conditionem. *Bart. in l. 1. n. 22. ff. de Cond. & demonſtr.* Quod ſi ponantur ad inchoationem alicujus beneficii conſequendi, eo caſu ſuſpendant diſpoſitionem in futurum & ſimiliter conditionem faciant. *Socin. in conſ. 44. n. 2. vol. 1.* Quod jun-

cta tempori, intelligantur secundum tempus, cui adjiciantur. *Tusch. concl. 219. lit. a. D. D. Döring. ad hanc voc.* Et quod specialius ad adverbia quantitatis pertinet, quòd conditionem faciant. Licet & quandoque aliter sumantur. *Bart. in l. 1. n. 20. de condit. & demonstr.* Aut ad adverbia temporis, quòd in casibus, in quibus faciant conditionem, illam faciant secundariò, principaliter autem tempus. *Bart. d. l. 1. n. 18. de condit. & demonstr.* Coeterum de Generali adverbiorum significatione *vid. Dn. D. Döring. d. L.* ulteriori modo. Nam nec propositum est accuratè in hanc generalem significationem inquirere, quippe specialem tractationem, ubi & simul de generali quodammodo tractatur, tantum tractandam suscepimus. Specialis Tractatio est, quæ unumquodque adverbium in specie considerat. Hanc tractationem ergo jam nobis proponemus, & quælibet adverbia, servato ordine Alphabetico, in sequentibus pertractabimus.

ADVERB. I.

Abermahl.

Particula hæc est adverbium ordinandi vel numeri. Habet vim conjungendi tempus præteritum cum tempore sequenti, & semper adjungitur tali actioni vel rei, quam alia actio vel res præcessit. Nihil verò interest, an posterior illa actio vel res adhuc expectetur, an verò jam dudum facta & orta sit. Nihil etiam refert, an actio vel res nova cum præterita conveniat, an verò ab illa planè discrepet. *L. 23. ff. qui testam. fac. poss.* ubi prior actio testamenti resignationem, posterior consignationem continet. Usum aliàs in Jure non habet uniformem: Sumitur enim vel propriè & strictè: & hoc modò duabus vici-

bus verificatur, inque ſecundo actu aut re ſecundò exiſtente ſubſiſtit, nec ad tertium caſum ſeſe extendit. Ita accipitur rurſus *in l. 11. § 18. de Legat. 3. ubi dicitur: Si quis decem alicui per fideicommiſſum reliquerit, & ſi perdidiſſet id, quod teſtamento relictum eſt, rurſus ei reliquerit, quæritur, an ſequens fideicommiſſum valeat, & an ſi ſæpiùs perdidiſſet, ſæpius ei ſarciretur fideicommiſſum: Reſpondit D. Pius, non amplius, quam ſemel, poſtquam perdidiſſet, præſtandum.* Rurſus ergo & ſæpius in hâc L. ſibi expreſsè opponuntur, ut facilè inde videri poſſit: Illam in duabus vicibus verificari. Sed cum rurſus Germ. vertatur, **Abermahl**/ nullum dubium eſt, quin hæc vocula eandem ſignificationem induat. *Johannes Rüdinger. obſerv. Jur. Cam. Sax. Civ. & feud. cent. 1. obſ. 2. In l. 15. §. 1. de rebus autor. jud. poſſ. dicitur: Utrum ſemel recognitio, diſpunctio concedenda ſit creditoribus videamus, & ait Labeo: amplius quàm ſemel non eſſe concedendam: ſi quis tamen inquit juraverit, ſe non calumniæ cauſa poſtulare, iterum ei faciendam poteſtatem ait, nec amplius quam bis. In l. 23. ff. qui teſt. fac. poſſ. legitur, ſi teſtamentum, quod reſignavit teſtator, iterum conſignatum fuerit teſtium ſeptem ſignis, non erit imperfectum.* Clarum ex his legibus eſt, voculam iterum (quod Germ. per **Abermahl** vertitur) duas etiam vices includere, cum ibi explicetur per particulam bis: Hic verò de conſignatione dicatur, quæ tanquam ſecunda actio reſignationem ſequitur.

Confirmat hancce ſignificationem *Cicero lib. 1. de Invent. ubi ait: Primo decipi eſt incommodum, iterum ſtultum, tertio turpe. Rüdinger. d. l. In hâc ſignificatione eximium in jure uſum habet.* Sic primò relegatus poſt primam rever-

reversionem amputatione digitorum, iterum (seu Abermahl) relegatus fustigatione, & tertio relegatus reversus capite de Jure Saxonico (secus de Jure Civili & Constitutione Carolina) punitur. *Magnificus Dn. Carpzov. p. 4. Jurispr. Forens. const. 48. def. 1.*

Sic Jure Civili Exceptiones dilatoriæ diversis & distinctis terminis opponi possunt. *l. 19. C. de probat. l. 13. l. 24. C. de procurat.* Sed Jure Saxonico reus in primo termino non omnes unà cum eventuali litis contestatione opponens: Iterum allegare illas volens non auditur. *Magnif. Dn. D. Struv. JCtus ut accuratus & optimè meritus, ita per totum orbem famigeratissimus, Dn. Doctor colendissimus, Synt. Jpr. p. 4. Ex. 46. th. 7.*

Conjux viva vel vivo conjuge nuptias iterum, aut sponsalia de præsenti, ita ut concubitus sequatur, celebrans non attentâ ulla conjugis intercessione capite plectitur. *Ordin. Carol. Art. 121. Carpzov. Jpr. forens. p. 4. c. 20. def. 1. & 2.*

Sic is, qui testamentum condidit, idque iterum revocare volens, non auditur, si nudis verbis, etiam coram septem testibus, revocationem facere velit. *l. 27. C. de testam.* Quod etiam in testamento apud acta condito obtinet. *Magnif. Dn. Præs. decis. 54. n. 15.* Sic Testamentum ut & pacta dotalia condita, etiamsi reciprocam vim habent, iterum revocari queunt: Invitâ etiam altera parte & mortua. *Gail. 2. observ. 113. Barry lib. de success. 10. Tit. 10. n. 1. Mynsinger. 1. observ. 8. Matth. Colerus p. 1. decis. 37. n. 4. & vol. 1. cons. 40. n. 97.*

Sic parricidium iterum committens præter immissionem in culeum, ustulatione ferri candentis punitur. *Carpz. p. 4. const. 3. def. 7.*

Ita

Ita Legitimatio vel per rescriptum vel subsequens matrimonium ritè facta iterum rescindi nequit. Naturæ enim non convenit habere filium temporalem. *l. 34. ff. de adopt. Magnificus Dn. D. Strauch. Diss. Justinian. 4. aph. 12.*

Ita in Tortura (cujus justitiam frustra quidam impugnant) confessionem faciens de crimine non priùs damnari potest, priusquam absque vi in ædibus privatis de crimine iterum eodem confiteatur, confessionemque repetat.

Vel (2.) sumitur latius, ut in secundâ re vel actione non acquiescat, sed ad tertiam etiam vicem effectum suum porrigat. *l. unic. C. ne lic. in una ead. caus. ubi dicitur: Si quis in quacunque lite iterum provocaverit, non licet ei tertio in eadem lite, super iisdem capitulis provocatione uti.* Hic vocula iterum per particulam tertio explicatur. Ideoque tertia vice hic verificatur. *Albert. de Pergamo tract. de præpos. n. 64.*

Ita Jure Civili contumax non habetur, qui semel aut bis citatus est. Sed qui iterum citatus malitiosè emanet, pro contumaci demum habetur. *l. 68. & l. seq. ff. de Judic.* Interdum tamen, præsertim Jure Sax. unica peremptoria sufficit, si tantum tempus ei insit, quod aliàs tribus inest citationibus dilatoriis, & addita voculâ peremptoriè, aut alia comminatione. *l. 72. de judic. l. 53. §. 1. de re judic. Dn. Carpz. Jpr. for. p. 1. C. 2. def. 22. Dn. Struv. Exerc. 5. thes. 12. Johannes Emer. à Rosbach. Process. Judic. tit. 25.*

Sic ad festivitatem nuptialem Jure Canonico & moribus non sufficit, ut semel aut bis personæ desponsatæ publicè ex suggestu proclamentur, sed requiritur, ut iterum

seu

ſeu tertio bannum fiat. *c.3. de clandeſt.deſponſat. c.27. de ſponſal. Dn. Carpz. Juriſpr. Conſiſt. lib. 2. tit. 8. def. 37. & ſeqq.* ubi addit, Proclamationem non ſine diſpenſatione Conſiſtorii omitti aut contrahi poſſe, & *Berlichius deciſ. 76.* ubi *tradit:* Poſt trinam factam hanc proclamationem nullum impedimentum ulterius matrimonio conſummando objici poſſe.

In aliis Juris materiis egregium & ampliſſimum ita uſum exhibere poteſt noſtrum Adverbium.

Vel (3.) ſumitur latiſſimè: Ut neque in tertia actione vel re ſubſiſtat, ſed ad vicem quartam quintam & ulteriorem, quandocunque opus fuerit, ſe applicet. Et ita interpretanda, ſi occurrat in materia editionis inſtrumentorum. Clarus enim eſt *Paulus JC. in l. 7. §. 1. ff. de edend. ubi ait: Hæc vox iterum duas res ſignificat: alteram, quâ demonſtratur tempus ſecundum, quod Græci δεύτερον dicunt: alteram, quæ ad inſequentia tempora pertineat, quæ Græcè dicitur πάλιν: Quod ita accipitur, quoties opus erit. Nam poteſt fieri, ut quis editam ſibi rationem perdiderit, ut verbum iterum pro ſæpius accipiatur.*

In hac ſignificatione etiam in aliis Juris materiis occurrit. Sic occurrit in materia nuptiarum: Quando dicitur: Conjugem iterum matrimonium intrantem non poſſe retinere ea, quæ ex priori matrimonio, aut ſucceſſione legitima liberorum prioris matrimonii habet, quoad proprietatem. (Quam pœnam nec maritus, nec liberi remittere poſſunt. *l. 55. de legat. 1. l. 39. de pign. act.*) *l. 3. l. 4. l. 5.* cum *Auth. C. de ſecund. nupt. Wieſenbach. Diſp. ff. 45. p. 1. th. 5.* vel quando aliud de hoc matrimonio dicitur: Sumitur enim vocula iterum hic pro ſæpius, & nu-

ptiæ iteratæ intelliguntur, non tantum ſecundæ, tertiæ, ſed & quartæ & ulteriores, *l. 4. pr. C. de bon. quæ liber.*

Sic etiam accipitur, quando prohibetur Jure Codicis, ne quis iterum baptizetur, aut ne S. Baptiſma ſub pœna (quæ Jure novo habetur, R. A. 1529. §. Nach dem. & *ſeq. Conſt. de eod. ann.* R. A. *de anno* 1544. §. Nach dem. & *de anno* 1551. §. Nach dem.) reiteretur. *t. t. C. ne ſanct. Bapt. iter.* Vox enim iterum non ſumitur de ſecunda & tertia tantum iteratione S. Baptiſmi, ſed de ulteriori etiam.

Sic etiam accipitur, quando dicitur, furem non puniri laqueo, (ſecundum *Conſtit. Carol. art. 159. 160. & 162.* quæ nihil injuſtè ſancit) quando infra 5. aureos Ungaricos detrectaverit, ſed tùm demum ſi iterum furtum commiſerit. Hæc particula enim hoc modo ad quintam, ſextam, & ulteriorem vicem ſe extendere poteſt.

Sic mulier in alienatione aut oppignoratione fundi dotalis nihil agit, etiamſi iterum atque iterum (modo non juratò) conſenſerit. *Dn. D. Strauch. Exerc. Juſtin. 4. theſ. 14.*

Sic Uxor pro marito intercedens, etiamſi iterum & creberrimè interceſſionem faciat, SCto Vellejano ſe non privat. *Nov. 61. c. 1. Auth. ſive à me C. ad SC. Vellej. Dn. Struv. Ex. 21. th. 10.*

In multis aliis Juris Materiis ita occurrere poteſt.

2. Abhinc.

Eſt Particula, quæ tempus ſignificat: Ejusque uſus eſt, ſi de actione vel re, de quarum exiſtentia quæritur, ſermo eſt: Tunc enim dicitur: Illas abhinc fuiſſe vel contigiſſe: Sed ita duplicem ſignificatum induit: Reſpectum

ctum enim vel habet ad tempus præteritum. *Ita sumitur ab Alfeno in l. 76. ff. de Judic.* ibid. *Neque in hoc solum evenire, ut partibus commutatis, eadem res esse existimaretur, sed & in multis cæteris rebus: Nam & eandem legionem haberi, ex quâ multi discessissent; quorum in locum alii subjecti essent: Et populum eundem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viveret.* Et paulo post: *Quod si quis putaret, partibus commutatis, aliam rem fieri; fore, ut ex ejus ratione, nos ipsi non idem essemus, qui abhinc anno fuissemus &c. Item apud Cicer. Verr. 4. Horum Pater abhinc duos & viginti annos est mortuus, & post: Ipsos viginti annos hæreditas ab his petita est.* Et rursus: *Offendit illum mensem comitialem fuisse, comitiis abhinc triginta diebus habitis i. e. trigesimo ante die. Conf. Hottomannus ad banc Partic. Tiraquellus in tract. du retraict. lignagier §. 1.*

In hâc significatione in præstantissimis Juris materiis occurrit. Ita vicesimo abhinc anno omni propemodum perpetrato delicto præscribitur. *l. 12. C. de fals. l. 2. 3. de requir. reis.* Exceptis crimine peculatus *l. 7. ad L. Jul. pecul.* Et adulterio. *l. 5. l. 8. ad L. Jul. de adult. coërc.* quibus quinto abhinc anno perpetratis præscribitur. Quod per Decis. El. Sax. (quæ etiam in Electoratu Sax. viget,) ad simplex adulterium restrictum est. Sed duplici vicennio adhuc præscribitur. *Carpzov. Jpr. Crimin. p. ult. q. 141.*

Ita si quinto abhinc anno major factus, non revocaverit alienationem bonorum immobilium sine decreto factam, postea non auditur. *l. ult. C. si maj. fact. Magnificus Dn. Præs. dec. 13. n. 14. 15. 16. Dn. D. Struv. Exerc. 31.*

th.86. Similiter si Parens tribus abhinc annis captus aut absens fuerit, nec revertatur, filius consensum ad nuptias (qui alias Jure Civili, Canonico, naturali & divino requiritur) ejus expectare non tenetur. *l.9. §.1. l. 10. de R. N. Dn. D. Strauch. Diss. Just. 2. th. 20.*

Vel (2.) sumitur, ut respectum habeat ad tempus futurum: Ita accipitur in *l. 5. C. de SS. Eccles. ibi: nihil extraordinarium abhinc superinductum flagitetur.* ubi abhinc, idem est, quam, ab hoc tempore.

Usum ita eximium habet. Ita sententia hodie facta, decem abhinc diebus (olim duobus vel tribus. *l.1. §.5. & 11. ff. quando appellandum sit.*) appellatio & Jure Saxonico Leuteratio proponi debet, ita ut tempus à momento ad momentum currat. Quod tamen in scientibus observatur. *l. 1. §. 15. ff. eod. Nov. 23. pr. Auth. hodie. C. de appell. c. ap. quo d. de sentent. & re judic. Carpz. Jpr. Forens. p. 1. constit. 19. def. 13. & seqq.* Et interposita appellatione anno abhinc, aut ex justa causa biennio illa absolvi debet. *Auth. ei qui. C. de tempor. appell. Dn. D. Strauch. Diss. Just. 27. th. 9.*

Ita lata sententia Apostoli (qui vel reverentiales vel refutatorii) triginta abhinc diebus peti debent. Qui tamen Jure Civili etiam dantur sine petitione. *l. 6. §. ult. C. de appell.*

Ita injuriâ in quendam effusâ, actio injuriarum anno abhinc utili institui debet, alias non admittitur. *l. 5. C. de injur. l. 14. §. 2. quod metus caus. arg. princ. Inst. de perpet. & tempor. act.* Nisi tamen injuria scripta sit. Huic enim nunquam præscribitur: adeoque ratione hujus aliquis semper vel criminaliter vel civiliter, & vel ad pecunia-

niariam pœnam vel Palinodiam agere poteſt contra inju-riantem. *Dn. Strauch. Diſſ. Juſt. 19. aph. 15.* Secus tamen eſt Jure Saxonico. *Carpz. p. 4. conſt. 46. def. 1.*

3. Abjectè.

Imitatur hæc particula naturam verbi abjicere: Hoc verò duas ſignificationes habet (1.) vel propriam:

Ut in *l. 4. ff. de agnoſc. & alend. lib.* ubi dicitur, quod *abjiciens* partum necare videatur: adeoque ſi in loca ſo-*litaria*, pœna ordinariâ: ſin in celebri ſine animo interfi-ciendi, pœna arbitraria plectenda veniat. *Dn. Carpz. prax. Crim. p. 1. q. 10. n. 5. & ſeq. Dn. D. Strauch. Diſſ. Juſtin. ult. aph. 7. Item in l. 10. ff. ſi quid in fraud. patr.* ubi dicitur: *exſta-re non dici, quæ abjecta ſunt, ab alio accepta & præſcriptione acquiſita. Simil. in l. 43. §. 10. ff. de furt.* ubi habetur. *Rei abjectæ & pro derelicto habitæ opinione inventoris, furtum non committitur;*

Vel (2.) impropriam: ut æquipolleat Vocabulo ſpernere, negligere. *ut in l. 36. §. 1. ff. mandat.* ubi dicitur; *abjicere quis dicitur rem, quam viliſſimo pretio vendit. l. 7. C. de inceſt. nupt. ubi abjecta fœmina dicitur, quæ ancilla eſt. l. 7. C. de rev. donat.* ubi legitur, *Abjecta pudicitia.* Quod ergo de verbo Abjicere dictum eſt, illud etiam ad adver-bium noſtrum applicari poſſe, nullum eſt dubium, præ-primis in ſignificatu poſteriori. In quâ ſignificatione e-gregium nobis uſum exhibere poteſt: Ita concubina illa tantùm poteſt fieri, quæ eſt libertina, aut ingenua quidē, ſed quæ abjectè ſe habet. *l. 3. princip. de concub.* Sed ho-die quæſtio hæc eſt ſupervacanea, licet nec Jure Canoni-co. *c. is qui non habet 4. diſtinct. 34.* nec Juſtinianeo pro-hibitio occurrat. *Wiſſenb. Diſp. ad Pand. 49. p. 1. th. 22.*

Ita pœnam stupri violenti ille non effugiet, qui personam abjectè se habentem seu meretricem vi corrumpit. *Carpz. Jpr. forens. p. 4. const. 30. def. 3.* Licet aliud sit Jure Civili. *l. 27. sub fin. C. ad L. Jul. de adult. coerc. Jodocus Damboud. prax. rer. crimin. c. 95. n. 10. & Constitutione Carolina art. 119. verb. init.* **Einer unverleumbdeten Ehefrauen/** *&c.* ubi arbitraria pœna sufficit.

Sic non minuitur pœna, si in abjectè se habentem personam homicidium committitur. Nec crimen committens nobilis aut alia digna persona mitius punitur, quam abjectus seu abjectè se habens homo. Ita & Clerici prærogativa nulla gaudent. *Dn. Carpzov. p. 4. const. 9. def. 8. Dn. Struv. Ex. 1. th. 31. & seqq.*

4. Abdicativè.

Descendit à vocabulo abdicare, quod idem est, quam rejicere, repudiare, privare. *l. 6. vers. in autem. C. de repud. vel abst. hered.* usus est hujus vocabuli, vel cum relatio est ad alios, ut *in l. 6. C. de patr. potest. ubi de abdicatione liberorum agitur*: Vel cum relatio & respectus ad seipsum est. Ut *in l. penult. ff. de Off. Præs. ubi Præses se abdicare dicitur. l. 21. de stat. homin. ubi dicitur: abdicare se à tutela.*

Adverbium abdicativè frequentissimè imitatur naturam verbi in posteriori significatu: Ita præprimis magnus ejus usus est in quæstione: An populus Rom. per L. Regiam (quæ Lex peculiaris tempore Augusti lata fuit) suam potestatem in Imperatorem cumulativè aut abdicativè contulerit? Posterius affirmandum videtur.

5. Abscissè.

Usus hujus particulæ est apud Val. Max. ubi sumitur

pro rigidè, severè, gestreng/scharff. Sed aliam in Jure recipit significationem. Ubi idem est ac præcisè, exactè, determinatè, Græcè ἀποτόμως. Clarus in hanc rem est JCtus *in l. 5. §. 2. ff. de Jur. immunit.* ibi: *Demonstratur variè, nec abscisè, numerum liberorum ad excusationem munerum municipalium prodesse. Calvinus Lex. Jur. ad hanc part. David. Döring. Bibl. JCtorum ad hanc voc. p. 29.* Eximium ita in Jure usum habet. Sic Judex antequam sententiam ferat, (quod tamen secundum acta & probata non secundum conscientiam facere debet) præcisè & abscisè de causa cognoscere debet. *§. 1. Inst. de Off. Jud. Dn. Strauch. Diss. Justin. 21. th. 7.*

6. Absolutè.

Eximium usum in Jure habet: Et sumitur præprimis tripliciter. (1.) Propriè, ut dicatur de tali actione vel re quæ liberè & nullo impedimento obstânte, orta est, aut adhuc geri, fierique debet. Hoc modo idem est, quam, **frey/ungehindert**. In tali significatu occurrit *In Auth. C. de mandat. princ. vers. sed neque. Oldendorp. de cop. verb. & rer. hoc vocab.* In hàc significatione in præstantissimis Juris materiis usum relinquit.

Ita Princeps absolutè sine Legibus vivit, nullisque à se latis sanctionibus tenetur. *Dn. Struv. Exerc. 2. thes. 9.* Quod etiam ad Augustam applicatur. *l. 31. ff. de LL.* Nec non ad Imperatorem nostrum Rom. Germ. Invictissimum pertinet. *Dn. Carpzov. ad L. Reg. c. 12. & ejus C. sect. 2.*

Ita Princeps absolutè regnans, tempore urgentis necessitatis, & Reipublicæ salute ita postulante, vi dominii eminentis potest subditos ad aliquid cogere, quòd alias libertatis eorum est, dummodo præceptum non impingat

gat in Jus naturale, aut æquivalentia non denegetur. *Hugo Grot. lib. 2. de Jure B. & Pacis. c. 2.*

Ita Paterfamiliàs ſine ullo impedimento rem ſuam adminiſtrare poteſt, *l. 21. C. mandat.* niſi re ſua male utatur: Hoc enim modo propter reipublicæ ſalutem vel interdicitur illi adminiſtratio, quod fit in prodigo, qui non natura, ſed lege talis eſt. *Dn. D. Strauch. Diſſ. Juſt. 5. aph. 37.* Vel ejus factum autoritatem Judicis requirit, quod fit in donatione excedente quinque ſolidos. *l. 34. C. de donat. §. 2. Inſt. de donat.*

Sumitur (2.) de tali re vel actione, quæ inchoatâ ad finem vel terminum perducta eſt, ita ut nihil amplius deſideretur, ſed omnia perfectiſſimè conſtituta ſint. Ita occurrit *in c. 13. de hæret. in 6. ibi: Etiamſi hujusmodi redeuntes, dum erant infantes aut mortis metu, non tamen abſolutè aut præcisè coacti Baptizati fuerunt.* Ubi pro perfectè ſeu abſciſsè, de quo ſupra, ſumitur. Uſum ita in jure varium habet.

Sic in Criminibus carnis, adulterio, ſtupro, ſive ſimplici ſive violento, inceſtu, Sodomia ſ. παιδεραστία &c. pœna ordinaria nunquam infligitur, antequam conſtet, abſolutè hoc eſt per immiſſionem ſeminis crimen eſſe factum. *Dn. Carpz. Jpr. Forenſ. p. 4. conſt. 19. def. 18. & conſtit. 30. def. 5.*

In aliis verò quibusdam criminibus, v. g. in crimine Homicidii, dolus ſeu conatus habetur pro facto, ubi qui telo ambulavit, hominis occidendi cauſa, æquè capite plectitur, ac is, qui abſolutè homicidium in quendam commiſit. *§. 5. J. de publ. judic. l. 14. ff. ad L. Corn. de ſicar.*

Eadem etiam ratione raptus virginum, licet non abſo-

absolutè fuerit factus, mortis pœnâ plectitur ordinaria. *L. un. pr. verſ. & merito. C. de rapt. Virgin. Dn. Wiſenbach. p. 2. Diſp. ad ff. 35. th. 13.* Sed hodie non tantum in his, ſed etiam aliis delictis, licet graviſſima ſint, præſertim in terris Saxonicis conatus ordinaria pœna non vindicatur. *Bened. Reinhard. diff. 6. p. 5. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 21. n. 24. Weſenb. p. 3. Conſ. 114. n. 33. & alii.*

(3.) Idem valet, ac in totum, in univerſum, Ita accipitur *In cap. beneficium ext. de R. J. Calvinus Lexic. Jur. ad hanc Vocul. Oldendorpius Cop. verb. & rer. hoc Vocab.*

Ita Socer, qui ob id, quod abſolutè exhauſtus eſt, & ſolvendo eſſe deſiit, dotem promiſſam ſolvere nequit, gaudet beneficio competentiæ. *L. 22. pr. de Re Judic. L. 17. pr. Sol. Matr.* Quod etiam è contrario Maritus & Pater Mariti in repetenda dote, ſi abſolutè exhauſti ſint, habent. *l. 21. de Re Judic. l. 15. §. ult. cum l. ſeq. l. 83. Sol. Matrim. l. 17. de R. Judic.* Ubi tamen in utroque caſu intelligendum, ſi ſtante Matrimonio conveniantur, poſt Matrimonium enim diſſolutum beneficium hoc ceſſat. *l. 22. ff. de R. Jud. l. unic. §. 7. verſ. quia hoc æquiſſimum. C. de rei uxor. act. Magn. D. D. Struv. Ex. 30. th. 54.*

7. Abſurdè.

Adverbium hoc imitatur naturam ſui adjectivi: Abſurdum verò eſt, quod contra rationē ſtatuitur, quod omnium mentes adſpernantur & reſpuunt: Sic abſurdum vocatur: Licere eidem partim comprobare, partim evertere judicium de functi *l. 7. de bon. liber.* Sic abſurdum vocatur: ſi reſultat iniquitas, vel eluſio atque fruſtratio vel operatio contraria fini, ad quem directus erat actus, vel denique talis ſit interpretatio diſpoſitionis teſtatoris,

quæ contradictionem implicat. *Cardin. Tuschius Concl. 65.*

Sic absurdum vocatur, plus habere Juris eos, qui possessionem duntaxat ususfructus, non etiam dominium sunt adepti. *l.3. ff. si ususfructus pet.* Hanc ergo significationem adverbio competere nulla dubitatio est. In quâ etiam non perrarò in jure occurrit.

Ita absurdè faciunt, qui nuptias contrahunt cum uxore ex linea adscendente, & descēdente, vel linea transversa in proximis gradibus: Qui gradus secundum Jus Canonicum nimis extenduntur. Sed hodie præprimis in terris Saxonicis prohibitio in linea transversa inæquali extendit se ad tertium gradum inclusivè. In linea æquali ad secundum gradum exclusivè. *Dn. Carpzov. Ip. Consist. lib. 2. tit. 5. def. 73. def. 84. & 85.* Quod idem etiam inter affines locum habet. *def. 95. & seq.* Dummodo intelligatur genus affinitatis primum & interdum secundum. def. 93. Si verò contra honestatem & prohibitionem nihilominus absurdè aliquis nuptias contrahat, aut illicitè sese cum quadam commisceat, in linea recta gladio crimen hoc vindicatur. *Carpzov. p. 4. Ip. Forens. Const. 22. def. 1.* Ubi *refert, Anno Christi 1590. Ita in Scabinatu Lipsiensi responsum fuisse.* In Linea Collaterali est linea arbitraria. *Wesenbecius in Parat. ff. ad l. Jul. de adult. Coerc. Quanquam referat Matthias Colerus p. 2. decis. 174. n. 4. pœnam Capitis quandoq; etiam in linea Collaterali indictam fuisse.*

Sic absurdè dicitur: Minorem posse adoptare Majorem: Sicut enim natura impossibile est, Patrem esse minorem natu quam filius: Ita & per Juris fictionem Major filio semper esse debet. *l. 40. §. 1. ff. & §. 4. Institut. de adopt.*

8. Abusivè.

Gr. καταχρηστικῶς sumitur in Jure pro Vocula impropriè: Ita ut sibi invicem propriè & abusivè opponantur. Clarus & perspicuus est textus *in l. 2. §. 1. testam. quemad. aper.* ubi dicitur. *Testamentum a. illud propriè dicitur, quod Jure perfectum est: Sed abusivè quoq; ea testamenta appellamus, quæ falsa sunt, vel injusta, vel rupta. l. 69. §. 1. de Legat. 3.* ibi: *non enim in causa testamentorum ad definitionem utiq; descendendum est, cum plerumq; abusivè loquantur, nec propriis nominibus aut voculis semper utantur.* Synonyma sunt: per abusum, per abusionem. Quod occurrit *in l. 8. in pr. ff. de leg. hered. l. 16. §. 4. de fidejuss. &c. D. D. Doring Bibl. JCt. p. 87. hâc Vocul.* Præclarus ejus in Jure usus est.

Ita abusivè vocatur homo, qui nondum natus est: Licet enim quantum ad ejus commodum spectat, pro nato habeatur, *l. 7. l. 26. de his qui sui vel al. Jur.* Ubi tamen tempore ipsius actus absoluta perfectio requiritur, pro verè nato non habetur. *dd. ll.*

Ita abusivè dividitur ususfructus in causalem & formalem: Ille enim, quoniam cum proprietate conjunctus est, jus alienis rebus utendi fruendi non est: Et proinde formalis usus fructus propriè tantum usus fructus est. *Arnoldus Vinnius ad princ. Inst. de usufr. n. 5.*

Ita abusivè vocatur servitus Jus: Propriè enim non est Jus, sed privatio Juris. *l. 5. §. 9. de N. O. N.* Sed interdum (abusivè tamen) si ex parte domini dominantis prædii consideratur, Jus vocatur. *l. 1. de serv. præd. rustic. l. 2. de serv. præd. Urban. Arnoldus Vinnius ad Tit. J. de serv. rust. vel Urban. præd. proem. n. 1.*

Sic Abusivè in *l. 2. §. 8. ff. de SC. Tertull.* Exheredatus

vocatur heres suus: Qui enim exheredatus est, ille heres esse nequit, interim tamen quoniam hereditas, nisi exheredatus esset ad eum pertineret, proinde suus adhuc heres vocatur. *Wisenbach.p.1.disp.50.th.7.*

9. Abundè.

Significat idem quod largè, in copia, & accipitur tunc, cum aliquid cum quadam cumulatione & abundantiâ factum est, aut fieri debet. Occurrit ita in *l. 89. §.1. de Legat. 2.* ibi: *Huic testamento quinquennio supervixit, & abundè patrimonium reliquit. Calvinus Lex. Jurid. ad hanc part.*

Differt ergo ab (ex abundanti) quæ pro frustra, supervacaneo, sumitur: Ut proditum est in *l.9. ff. de supell. legat. ibi. Legata supellectili, cum species ex abundanti per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur. & l.12. §.46. de Instr. & Instrum. legat. ibi. si quis fundum, ita ut instructus est, legaverit, & adjecerit cum suppellectili, vel mancipiis, vel una aliquâ re, quæ nominatim expressa non erat: utrum minuit legatum adjiciendo speciem, an verò non, quæritur, & Papinianus respondit, non videri minutum, sed potius ex abundanti adjectum.* Manifestè ergo ex abundanti pro frustra seu supervacaneo sumitur.

Voculæ abundè alias Præclarus in Jure usus est. Sic Pater, licet alias necessario filiam dotet, etiam emancipatam, *l. 6. de Collat. l.5. §. fin. de Jure dot. l.5. §. 1. de agnosc. lib.* & etiam patris officio ad id cogi possit. *l. 19. de Rit. nupt. Gail. lib.2. observ.95.* Abundè tamen habentem filiam non necessario sed voluntariè tantùm dotat. *arg. l. 22. §. pen. inf. ff. ad SC. Treb. arg. l. 9. de in rem vers. Matth.*

D.7.

D. 7. th. 4. Magnif. Dn. Struv. Ex. 30. th. 3. Ita Mater filiam abundè patrimonium habentem non dotare tenetur, sed si inops sit, ut conditionem invenire nequeat, tunc à Matre locuplete dotatur. *l. 14. C. de Jure dot. D. D. Strauch. Diss. Justin. 3. th. 5.* Ita abundè se habens cliens Advocato pro adsistentia in lite rectè solvit promissum salarium: *l. 3. C. de postul. Matth. Wesenb. in Cod. tit. de Advoc. divers. Judic. n. 4.* Et licet finitus fuerit processus intra annum, nihilominus totius anni salarium rectè petitur. *Carpzov. p. 1. C. 2. def. ult. ad Ip. Forens.* Et Advocatus, qui promisit advocare usq; ad sententiam definitivam, non cogitur præstare patrocinium pro eodem pretio in judicio appellationis. *l. penult. C. de Judic. Colerus p. 2. decis. 230. n. 2.* Sed Pauperibus ex officio Advocatus datur, præstito tamen prius ab ipsis juramento paupertatis. *Berlich. p. 1. Concl. 7. n. 87. Petrus Greg. Tholos. lib. 49. Synt. Jur. univ. c. 6. n. 11.*

10. Ac.

Adverbialiter acceptum duas recipit significationes. Sumitur enim (1.) pro velut, sicut, quomodo. Talis significatio ei tribuitur *in l. 9. §. 1. ff. de A. R. D.* ibi: *Literæ quoque licet aureæ sint, perinde chartis membranisq; cedunt, Ac solo cedere solent ea, quæ ædificantur aut seruntur.* Ac enim hic sumitur expresse pro sicut. Gleichwie. Item in *l. 54. pr. Locat. ibi. æquum videtur, ipsum quoq; agnoscere onus usurarum, ac si ita fidejussis set.* Adhuc in *Clement. 1. de Judic. ibi. Citationibus ipsis apponi convenit competentem, ac si ad eos personaliter devenissent.* Similiter in *pr. J. quibus. non est permiss. fac. testam. ibi. quanquam Jure Civili omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac servorum peculia in bonis dominorum*

numerantur. Varius ita hujus Voculæ usus est. Sic in Crimine læsæ Majestatis in Imperatorem, Regem, etiam Pontificem ratione temporalis ἐξουσίας. *Carpz. ad l. Reg. 13.4.18.* Et Electores hodie. *A.B. c.24.* commisso liberi æquè puniuntur, ac pater, *§.3. J. de publ. Judic.* Quod tamen de pœnâ infamiæ, hereditatis privationis &c. non verò de mortis illatione intelligendum. *l.5. C. ad l. Jul. Majest.* Intelligendum hoc verò est tam de liberis natis ante crimen, quam post crimen editis. *l. ult. C. de bon. proscript. Wissenbach. Disput. ad ff. 34. p. 2. th. 10.*

Ita & in aliis Juris Materiis ferê omnibus usum habere potest.

(2.) Sumitur pro similiter, pariter, etiam. Expressus Locus est in *l. 11. de Carbon. Edict. Oldendorpius de Cop. verb. & rer. hoc Vocab.*

D. D. Doring Bibliotheca JCtorum, hâc Voculâ.

II. Accommodè: Accommodatè.

Significationem eandem habent, quam particula Commodè. Sed in eo differunt, quod commodè commoditatem simplicem: Accommodê vel accommodatè eximiam, præcellentem & magnam nimis denotat. Ita sumitur in *c.3. de Elect. in 6.*

Albertus de Pergamo Tract. de præpos. n. 40. D. Doring. d.l. ad hanc Vocul.

Non rarum in Jure usum habet. Ita accommodatè facit ille, qui impensas in funus quoddam faciens, testatur se facere hoc, ne cadaver insepultum jaceat, & qui protestatur, se non pietatis causa, sed propter exspectationem impensarum hoc facere. *l. 14. §. 7. 9. 13. de Relig. & sumpt. fun. l. 20. §. 1. de acquir. vel omitt. hered. Dn. Struv. Ex. 15. th. 86.*

Sic, is qui destinavit rem petere, animadvertere debet, an aliquo interdicto possit nancisci possessionem: quia magis accommodè res agitur, si ipsa res possideatur, & adversarius ad onera petitoris compellatur, quàm si alio possidente petatur. *l.24. de Rei Vindic. Wissenbach. P. 1. ad ff. Disp. 4. th.10.*

Ita accommodatè aliquis de rebus in ultimâ voluntate suis disponit, qui ita disponit, ut aut instituat aut exheredet liberos in potestate constitutos, *pr. Inst. de exher. liber.*

Vel qui exheredat justè, posita & approbata causa. Alias enim testamentum est ipso jure nullum. *Nov. 115. c.3. Wesenbec. & Habn. de inoff. test. n.7. Fr. de Barry tract. de Successlon. lib.2. tit.10. n.4. & n.8. tit.3. n.18. tit.8. n.16. D. D. Struv. Exerc. 10. th. 15.*

12. Acriter.

Particula hæc reperitur in *l.32. in f. C. de Locat.* ubi dicitur: *Quod si quis hujusmodi controversiam sacris jussionibus interdictam crediderit commovendam: Si privatus est, acriter cæsus exilii subeat pœnam: si militat, decem librarum auri dispendio feriatur.* Sumitur ergo pro rigidè, severe, durè. Calvinus in Lex. Jurid. ad hanc vocul. Eximiam hoc modo utilitatem habet.

Ita acriter nimis se pœna non habet, quando fures ultra 5. solidos si furati sint, laqueo suspenduntur. *Const. Carol. 159. seq. Dn. Carpzov. p.4. Ip. Forens. Const. Elect. 33. defin. 1.*

Ita acriter nimis plecteretur aliquis, si pœnam corporalem & simul pecuniariam ferre deberet. Landr. *lib.2. a.53. Dn. Carpz. d. l. Const. 11. def. 3.*

Sic

Sic acriter & nimis durê est constitutum, Mulierem quæ Bachata est cum servo quodam, ne illum quidem posse manumittere, qui eo tempore, quo stuprum factum est, in rure absens fuit. *l. 12. §. 1. qui & à quib. manum iss.* Sed hanc duritiem licet JCti mitigare non potuerint. Soli sc. principes interpretationem legum faciunt. *l. 1. C. de LL.* mitigarunt tamen Imperatores in *l. 32. ad l. Jul. de adult. coercend.*

13. Adhæc.

Adverbialiter & continuativè accipitur in *l. 1. §. 1. C. de annal. Except.* ibi: *Ad hæc cum nihilo prohibet etiam ea, quæ aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus & compendiosis sanctionibus renovari.*

14. Adhuc.

Significat, & idem est, quod usque in præsentem diem, vel huc usque *l. 11. de transact. ibi. quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest. Calvinus.*

In Jure egregium ita usum habet.

Sic, quamdiu adhuc exspectatur Tutela Testamentaria, tamdiu cessat legitima. *l. 11. pr. de testament. tutel. l. 9. §. 1. de tutela & rationibus distrab. l. 36. de Exc. tut. l. 120. de V. S. Wissenbach. p. 1. disp. 50. th. 15.* Quod tamen, tanquam quod privata negotia concernit, ad publica indistinctè trahi non commodè potest. Ubi de Jure verius est: Agnatos in Electorali tutela præferri Tutoribus Testamentariis. *A. B. c. 7. Magnif. Dn. D. Strauch. in Exerc. Exoter. 2. th. 7.*

Licet juri huic per contrariam consuetudinem & exemplum quoddam in Electorali Palatina (contra quod tamen

tamen & ejus defensores Marquardum Freherum & Dionysium Gothofredum accommodatè & non absque summis rationibus scripserunt Zacharias Fridenreich & Johannes Zeschlinus, Serenis. Principis Neoburgici Philippi Ludovici Consiliarii) derogatum sit. *vid. Dn. D. Strauch. d. l.* Sic quamdiu adhuc locus est successioni testamentariæ, tamdiu cessat legitima, *l. 39. ff. de acquir. hered. l. 89. de R. J.* In totum non ex parte, jus enim nostrum aliquem pro parte, testatum pro parte intestatum decedere non permittit. *l. 7. de R. J.* ne quidem ex voluntate testatoris. *l. 4. qui test. fac. poss. l. pen. §. 2. de Castr. pecul. l. 55. de legat. 1. Vinnius ad §. 5 de hered. instit. n. 4. 5.*

15. Admodùm.

Particula hæc in Jure sumitur pro valdê, vehementer. *l. 1. in pr. Quod cujusque univers. nom. ibi: Paucis admodum in causis concessa sunt hujusmodi corpora. & l. un. C. ne quis in sua caus. Judic. ibi: In re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiæ.* Synonymon ejus est præmodum: *Gell. lib. 7. N. A. c. 7. inf.* Sed admodum hic intelligimus penult. correptâ, si enim acuatur, Idem est, quam, ad necessitatem. *l. 9. ff. de usufr. Dn. D. Döring. ad hanc vocul. p. 651.* Voculæ huic admodum creber in Jure usus est. Sic mandatarii & negotiorum gestores, licet obligentur ex contractibus, qui pertinent ad solius dantis commodum, contra regulam *l. 5. §. 2. commod.* admodum diligentes esse debent. i. e. debent præstare culpam levissimam. *Vinnius ad §. 11. Inst. Mand. n. 2. & §. 1. de obl. quæ ex quasi contract. n. 3.*

Ita Tutor admodum diligens esse debet in administratione & directione bonorum pupilli: Alias culpam

levem præstabit. *l. 7. C. arbitr. tutel. l. 1. pr. ff. de tutel. & rat. distr.* non verò levissimam. *Dn. Strauch. JCtus incomparabilis & accuratissimus, Reipubl. Brunovicensis ProtoSyndicus Magnificus, Dn. Doctor meus observandissimus, Diss. Justin. 5. aph. 32.*

Ita admodum res suas negligit, qui postquam ex sua materia in alienum solum ædificat, possessionem ædificii in dominum soli transfert, antequam impensas receperit: Illas enim nulla deinde actione recuperare potest. *Vinnius ad §. 30. n. 4.*

16. Ægrè.

Particula ægrè imitatur significationes τῦ ægritudinis vel ægrotationis (nam spreta distinctione *Ciceronis 3. Tuscul.* hæc promiscuè in jure sumuntur. *L. 13. §. 7. de Excusat. Tut. c. 1. x. de Cler. ægrot.*) Recipiunt v. hæc verba duas præprimis significationes. (1.) enim ægrotatio vocatur, quando Elementorum vel humorum concordia turbata, ipsa caro afficitur & dissolvitur. *c. illud relatum. vers. est enim langvior 15. qu. 1.* In hâc significatione adverbium ægrè idem est, quam Infirmè: præstantissimamque ita in Jure utilitatem habet.

Ita ægrè se habens potest mandare merum Imperium. *l. 8. §. ult. & L. sequ. ff. de proc. pr. Tit. Inst. de iis per quos ager. poss.* quod tamen aliàs delegabile non est, ne quidem Jure Canonico, *L. 70. ff. de R. J. c. 3. ext. de off. Iud. deleg.* & *L. 1. §. 1. ff. de off. Præf. Præt.*

Sic ægrè se habens potest nuptias contrahere. *L. 30. de Reg. Jur.*

Et in articulo mortis contractis nuptiis legitimat naturales, etiam mortuo filio, ita tamen ut dotalia Instru-

ſtrumenta neceſſario non requirantur. *L. 11. verſ. licet, C. de natural. lib. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 3. th. 50.*

Sic ægrè ſe habens tutelæ geſtionem recuſare poteſt. *L. 10. ſ. l. pen. §. ult. ff. de Excuſ. Tut. L. un. C. qui Morb.*

Sic ægrè ſe habens dilationem juſtè impetrat. *L. 1. §. 2. ſi qui Caution. In Iud. ſiſt.*

Sic à pœna contumaciæ liberatur. *l. 53. §. 2. l. 60. ff. de re Judic. l. 2. §. 3. ſi quis caution. Colerus p. 1. deciſ. 104. n. 33. Dn. Carpz. Jurispr. Forenſ. p. 1. Conſt. 9. defin. 7. n. 3.*

Ita ægrè ſe habens tempore peſtis, vel ægritudinem ob domus vel loci infectionem metuens, teſtari poteſt, non ſimul congregatis teſtibus. *l. 8. C. de teſtam.* & moribus duobus tantum: Ita tamen ut teſtamentum eius intra annum duntaxat valeat. *Dn. Struv. Ex. 32. th. 21.*

Sic in ægrè habentem, ob ſpolium commiſſum homicidium igneis forpicibus & rota vindicatur. *Carpz. p. 4. Conſt. 5. def. 1.* Quod ſecus eſt, ſi ſpolii intentio abſit. *def. 2.*

Sic in neglectores ægrè habentium pœna arbitraria ſtatuta eſt. *Carpz. l. d. def. 3.*

Sic ob impotentiam ægrè habentis conjux ſeparationem impetrare poteſt. *Carpz. lib. 2. Jurispr. Conſ. Tit. 11. def. 200.*

Sic æger Jure Saxonico nihil rectè alienat. Landr. *art. 82. Royzius deciſ. 1. n. 104.*

Ita ægrè ſe habens Jure Saxonico donare inter vivos prohibetur. Quod tamen moribus non obtinet. *Magnif. Dn. Præſes, Com. Palat. Cæſar. Anteceſſor & Facultatis Jurid. Ordinarius, per totum Orbem Celeberrimus, par. 1. Deciſ. 22. n. 44.*

Ita Impensæ in ægrè habentem & mox mortuum (non in eius uxorem & liberos) factæ præ omnibus ferè debitis ex solvuntur. *Carpz. Jurispr. Forens. p. 1. C. 28. def. 43. Magnif. Dn. Præses de Concurs. credit. disp. 4. th. 33.*

Ita etiam in aliis Materiis eximium usum exhibere potest.

Ægritudo (2.) sumitur, quando animus molestè & cum tædio aliquid perfert: *Ita sumitur In l. 3. ff. si quis aliqu. testar. prohib. ibi: Virum, qui non per vim nec dolum, quominus uxor contra eum, mutatâ voluntate, Codicillos faceret, intercesserat, sed (ut fieri adsolet,) offensam ægra mulieris maritali sermone placaverat, in crimen non incidisse, respondit.* Ubi vox ægram sumitur pro ea quæ animi perturbationem sustinet. Quin ergo hæc significatio ad nostrum Adverbium applicari queat, nulla subest ratio. Itaque egregiam utilitatem exhibebit. Sic ob iram injurias ab altero illatas ægrè habens, si occiderit injuriantem, nihilominus in *L. Cornel. de Sicar.* pœnam incidit: Modo illæ sint leves & tenues. *Dn. Carpz. Jurisp. Forens. p. 4. Const. 6. def. 5. & aliis.*

Sic tempestatem Maris ægrè ferens & propterea merces levandæ navis causâ ejiciens, mercibus non privatur. §. *ult. Inst. de A.R.D.* Non enim præsumitur ejectio voluntaria, sed actio hæc est collecta ex spontaneo & invito. *l. 8. ff. ad L. Rhod. de Jact.*

Ita ægrè & Metu contracta sponsalia non tenent. *c. 14. de sponsal.* nisi spontanea intervenerit cohabitatio. *c. 21. xt. de spons. Dn. Carpz. Jurisp. Consist. Tit. 2. l. 2. def. 30.*

Plura afferre possem de nobilissimo hujus adverbii usu, sed cum brevitati studeam, pergo ad alia.

Æquè

17. Æquè. Æqualiter.

Idem significant hæc adverbia: Utut enim æqualitas ab æquitate differat, tanquam formalis causa vel effectus à Causa efficiente: *D.D.Doring.h.l.p.925.* ut latius ab angustiori. *Joh.Quint.Hedu in Arist.christ.Civit.Elench. 5.Tr.Tract.Tom.16.fol.91. Wesenbecius parat. de J. & J.n. 11.* Sicut tamen hæc tùm ab *Aristotele lib.5.Polit.c.1.circ.fin.* tum Imperatore *in Nov. 23. circa fin. princ.* confunduntur. Ita etiam in illorum adverbiis nulla plane propemodum superest differentia. Item verò valent, quam **gleich/überein.** Lat. Pariter, similiter.

Æqualiter occurrit *in L. 9. §. 12. ff. de hæred Inst.* ubi dicitur. *Et si plures instituantur, dividi inter eos jus oportere, quod si non fiat, omnes æqualiter heredes esse. In L. 74. ff. de usufr. ibi: si meo & tuo servo legatus fuerit usus-fructus, tale esse legatum, quale si mihi & tibi legatus esset, & ideo dubium non esse, quin æqualiter ad nos pertineat.* Item *in L.1.§.6.C. de Comm. serv. manum. ubi dicitur: Jura patronatus secundũ sui naturam omnibus, qui libertatẽ imposuerint, æqualiter habentibus.* Dictio æquè reperitur *in L.13.pr. ff. de hered. Inst. ib. interdum hæc adjectio, æquè hæredes sunt, testatoris voluntatem exprimit.* Usus harum vocularum varius est. Ita Mater non potest plus relinquere vitrico, quam liberis ex priori matrimonio susceptis: Superfluum vero detrahitur, & inter liberos prioris matrimonii æquè dividitur. *Nov.22.c.27.* Quod Jure Sax. *secus. Carpz.p.2.c.43.def.17.*

Adverbia æquè æqualiter adjecta Legato pluribus unius rei, faciunt conjunctionem verbalem, in qua jus accrescendi locum habet, *L. 66. ff. de hered. Inst. L. 16. §.*

ult. de legat. 1. Etiam pro Conjunctione verbali. *L. 89. ff. de legat. 3.*

Æquè se habere debet, dotis & donationis constitutio: *Nov. 97. c. 1. Avth. æqualitas. C. de pact.* Utut hoc non ubique observetur. *Gail. lib. 2. Obs. 78. n. 2.* Non æqualiter contractus initi faciunt locum *L. 2. C. de Resc. Vend.* quæ in utraq; parte, nisi fuerit beneficio renunciatum expresse, aut de contractu juratum. *L. ult. §. 3. de Cond. indeb.* Etiam in transactione obtinet. *L. 36. de V. O. Const. Elect. August. p. 2. c. 34. Dn. Præs. p. 2. decis. 99. n. 54. seq. Dn. Struv. exerc. 6. th. 67.*

18. Æquanimiter,

Vid. infra in Vocab. patienter.

19. Æquivocè.

Adverbium æquivocè sumitur, quando Vocula unius soni affertur, quæ duas vel plures significationes recipit: Tunc enim dicitur: Voculam illam æquivocè acccipi. Quod non raro in jure nostro occurrit, ita Dotis vocabulum æquivocè sumitur: Quandoq; pro χίσι, quæ rem dotalem efficit. Interdum pro titulo, seu causa transferendi: aliquando pro subjecto, quod datur. *Magnific. Dn. D. Strauch. Ex. Justin. 3. Aph. 1.* Ita vocabulum donationis dupliciter sumitur, vel pro ipsa rei datione, vel pro conventione de dando. Priori casu est modus acquirendi, posteriori verò modo est Titulus seu transferendi causa. *Vinnius præm. J. de donat. n. 2.*

20. Æternum.

Adjectivum æternum varias recipit significationes. Sumitur enim (1) Pro τὸ Perpetuum, Uti Veteres Jcti ferè

ferè omnes locuti sunt. Inque quâ significatione etiam *in l. 33. ff. de Serv. Urb. præd. usurpatur, ubi* dicitur, *Nam cum ita scriptum esset satis apertè significari, in perpetuum parietem esse debere: Non enim hoc his verbis dici, ut in perpetuum idem paries æternus esset, quod ne fieri quidem posset, sed uti ejusmodi paries, in perpetuum esset, qui onus sustineret.* (2) Sumitur ut opponatur perpetuo: Ita ut perpetuum sit, quod & initium & finem habet, sempiternum, quod initium quidem habet, sed tamen nullum finem *L. Mercatores. C. de commerc. & mercat.* Æternum verò quod neque finem neque initium habet. *Vultejus Comm. Inst. de societ. §. 4. n. 3.* (3) Sumitur, ut accipiatur, non de tempore, ut in prioribus duabus acceptionibus, sed de Loco, ita ut magnæ quantitatis & immensus Locus dicatur æternus: *vid. Calvinus ad hanc vocul.* In omnibus hisce significationibus Adverbium æternùm etiam usurpatur. Quod facilè demonstrari posset. Cùm in præstantissimis & plurimis materiis occurrat. Sed cum brevitati studeamus, pergamus.

21. Affabiliter.

Sumitur Tunc, quando aliquis summam alteri verbis exhibet reverentiam, seu quando optimis & desideratissimis sermonibus sese offert. Ita in jure usu non destituitur: Ita enim affabiliter se debet exhibere Libertus Patrono. *l. 1. & T. T. ff. de obsequiis Parentib. & Patron.* quæ affabilitas in eo etiam consistit, ne in jus vocare possit Patronum sine venia. *l. 13. l. 4. & seq. de in jus vocand. Casparus Manzius Tract. de act. §. 12. v. & in eum.* Quid hodie obtineat, *vid. Magnif. Dn. Struv. Ex. 4. th. 9.*

Ita.

Ita affabiliter etiam sese exhibere debet donatarius donatori; Si enim grav em injuriam, aut aliud quid simile in illum effuderit, Donatio revocari potest. *l. ult. C. de revoc. donat.*

22. Affabrè.

Dicitur de tali re, quæ curâ summâ summaque arte facta & composita est. Et Licet de tali re præcipuè dicatur, quæ facta est ab illis, qui fabri nominantur, nihilominus tamen ad quemlibet artificem illud applicari posse, dubium nullum est. Et ita in jure eximium usum habere potest. Sic enim dicitur: Quod tunc si affabrè in Tabula fuerit pictum, (contra Regulam Juris: Accessorium sequi principale) tabula picturæ cedat. §. *34. J. de R. D. l. 9. §. 2. d. a. r. d.* Quibus absque effectu opponitur *l. 23. §. 3. de R. V.* Tractat enm hæc Lex tantummodo Regulam, *Magnif. D. Strauch. Ex. Justin. 6. Aph. 49.* Ita non tantum illi, qui affabrè rem efficiunt, sed & omnes alii opifices possunt sibi condere statuta modo rationabilia sint, & à Principe prius confirmentur. Vid. *Magnif. Dn. Præs. Decis. 80. num. ult. Magnif. Dn. Carpz. 1. Respons. Elect. Respons. 48.*

23. Affatim.

Vid. part. abundè.

24. Affirmatè.

Vid. partic. Certò.

25. Affluenter.

Vid. Vocab. abundè

26. Agiliter.

Descendit ab Adjectivo Agilis: Quòd de eo dicitur; qui

qui actiones suas summa cum aptitudine & expeditione perficit. Differt ab aliis, quod agilem actio faciat: Strenuum metus: Robustum, corpus: Fortem animus. *Calvinus ad Vocul. agilis.*

Usum in Jure varium habet. Ita agiliter satis res suas tractat, qui depositas suas res ita custodit, ut non cadat in culpam latam. *l.32. depos. l.1. §.5. de O. & A. l.1. C. depos.* Levem enim præstare non tenetur, multò minus levissimam. *§.3. J. quibus modis re contrah.* Nisi specialiter ita fuerit conventum. *l.1. §.6. depos.* aut si aliquis se ultro obtulerit. *l.1. §.35. eod.* Quæ omnium contractuum naturam irregularem faciunt. *vid. Vinnius ad §.2. Inst. quibus modis re contr. obl. n.12.*

27. Alacrè. Alacriter.

De eo affirmatur, qui diligentiam & curam in rebus suis adhibet, tunc enim ille dicitur gerere suas res alacriter. Usum in Jure amplissimum habet. Sic (præter adductum usum in vocula agiliter) alacriter res suas gerit, qui antequam adeat hereditatem, vel se eidem immisceat, utatur Jure deliberandi. *l.8. l.9. de jure delib. §.5. Inst. de hered. qual. & diff.* Quod Jus deliberandi ad heredem etiam transmitti potest. *l.19. ff. l.7. C. de jure delib.*

Ita heres antequam se immisceat hereditati, aut priusquam illam adeat, alacriter etiam suas res administrat, si inventarium conficiat rerum hereditariarum, *l. ult. C. de jure delib. Barry l.11. t.8. n.2.* (ad quam confectionem requiritur (1.) citatio Creditorum & legatariorum, (2.) autoritas Notarii publici, (3.) subscriptio heredis, (4.) signum crucis, quod ultimum tamen non desideratur) Si enim non confecerit, ultra vires heredi-

tarias etiam tenetur, (sed aliter forsan Jure Sax. ubi ultra vires hereditarias heres non tenetur, licet vel maximè inventarium non confecerit. LandR. *l. 1. art. 6.*) unaque perdit Falcidiam, Trebellianicam, & legitimam. *l. ult.* §. *14. C. de jur. delib. Magnif. Dn. D. Struv. Ex. 33. th. 57.*

28. Aliàs.

Varias in Jure recipit significationes. Aliter enim sumitur *in l. 7.* §. *5. de A. R. D.* ubi dicitur, *quod si toto naturali alveo relicto flumen alias fluere cœperit.* Ubi idem est, quam, in alio loco: Aliter in *l. 35. de N. G.* ibi: *Divortio facto, negotia uxoris gessit maritus, dos non solùm dotis actione, verum negotiorum gestorum servari potest: Hæc ita, si in negotiis gestis maritus, dum gerit, facere potuit, aliàs enim imputari non potest, quod à se non exegerit.* Ubi idem est ac alioquin. Aliter in *l. 19.* §. *2. de recept.* ibi: *Unde videndum erit, an mutare sententiam possit, & aliàs quidem agitatum &c.* Ubi pro particula aliquando accipitur. Sumitur etiam interdum pro particula aliter. *l. 18. ff. de jurejur.* Quod plerumque fit, quando geminatur. *l. 3.* §. *2. de testibus.* Aliquando habet exceptionis notam, ut *in l. 20. ff. de testib. vid. elegantissimè Calvinus in Lex. Jurid. ad hanc partic. ubi plures etiam significationes affert.* Usus hujus particulæ in omnibus hisce acceptionibus non est rarus, sed satis superque constat, cum in pluribus occurrat legibus & materiis.

29. Alibi.

Adverbium alibi est adverbium, quod locum significat. Et si aliquis in loco præsenti non reperiatur, tunc ille in alio loco seu alibi esse dicitur. Amplum in Jure effectum habet. Ita delinqueus puniri potest in loco do-

domicilii, licet vel maximè alibi deliquerit. Nec remissiones hodie necessitatis sunt, ut de Jure Civili, *Nov. 13. c. 5.* quippe quæ urbanitati jam potius adscribendæ. *Dn. D. Strauch. Diss. Justin. 21. aph. 17.*

30. Alicubi, Alicundè, Aliò, Aliorsum.

31. Aliqua, aliquò, aliquorsum, aliquousque alibi, aliunde.

Peculiares in Jure significationes non habent, præter communes: Ideo hæc remittimus ad Brissonium, Albericum, Calvinum, qui de his particulis agunt.

32. Alioquin.

Idem est quam aliàs. Ita tamen si vocula alias sumatur *ut in l. 35. de N. G. supra citata.*

33. Aliquandiu.

Adverbium hoc compositum est ex aliqua & diû: Germ. dicitur: Etwas lange/ziemlich lange; Deque tali dicitur casu in jure, quando aliquis diù aliquod Jus vel aliam actionem exercet. Usum ita varium habet.

Ita enim, qui aliquandiù, nec vi, nec clam, nec precariò usus est servitute in alieno fundo, firmum sibi Jus acquisivit, etiamsi titulum non habeat. *l. 10. & l. 1. §. 2. ff. de itin. actuque priv. Dn. Wissenbach. p. 1. disp. 20. th. 23.*

34. Aliquando.

Est Adverbium, quod exceptionem facit: Si enim ponatur Regula, vocula sequente, aliquando, semper tractatur exceptio & limitatio regulæ propositæ: Usum in Jure eximium habet. Ita Regula est: Tres tutelæ faciunt exemptionem à quarta: *l. 2. §. ult. l. seq. de excusat. l. un. C. qui num. tutel.*

Aliquando tamen prima facit vacationem â secundâ: si scil. ærumnosa sit, & multis negotiis implicita. *l. 3. §. ult. de excus. tut. vid. Bachov. ad §. 3. Inst. de excus.*

Ita Regula est: Procuratores &c. nobis acquirere possessionem, etiam ignorantibus. *l. 49. §. ult. de A. P. l. 47. de usurp.* Sed aliquando nobis non acquirunt, si sc. alieno nomine vel suo possessionem acceperint. *l. 1. §. 20. de A. P.* Modo procuratoribus nostris expreßè non fuerit tradita, quo nobis acquiratur. *l. 13. de donat. junct. 37. §. fin. vers. nam etsi. ff. de A. R. D. Dn. D. Strauch. Diss. 6. Just. th. 22.*

Sic Regula est: Per servos in causa peculiari possessionem nobis acquiri: Sed aliquando non acquiritur per servos, nim. per pignoratos: qui neque debitori neque creditori acquirunt. *l. 1. §. 15. de A. P.*

Ita Regula est: Procuratores nostros posse alienare bona nostra, posseque ea in alium transferre: *l. 11. §. ult. de pignor. act. l. 33. de acq. poss. l. 58. de procur.* Sed aliquando procuratores id facere nequeunt in omnibus rebus, sed tantummodo in fructibus, & quæ facilè corrumpi possunt: Distingvendum enim est inter procuratores cum mandato speciali & omnium bonorum cum libera, & inter procuratores sine libera. *l. 63. de procur. Dn. D. Struv. Ex. 7. th. 20.*

35. Aliquantillum, aliquantisper, aliquanto, aliquantulum, aliquantum.

Non sumuntur in una significatione: Aliquantum enim, aliquantò, aliquantulum differunt ab aliis, quod idem sint quam parum. *l. 6. C. ad SC. Turpill. vid. voc. parum infra.* Aliquantisper refert se ad tempus, sed cum significa-

ficatione brevitatis, quemadmodum etiam tantiſper. Aliquantum verò ſe refert ad modum, ut rei partem deſignet. Egregius hujus vocabuli in Jure uſus eſt. Ita creditor non cogitur contentus eſſe, ſi debitor de debito ſolvat aliquantum, ſeu ſi ſolvat particulatim. *l.4.6.de ſolut. l.38. eod. l.3. famil. herciſc. l.9. C. de ſolut. vid. Magnif. Dn. Strauch. ſæpius alleg. Diſſert. Juſtin. 17. aph. 4. ubi etiam accuratiſſime Antinomiam notiſſimam l. 72. §. 4. de ſolut. & l. 66. §. 3. de legat. 2. reſolvit.*

Sic qui pupillariter ſubſtitutus eſt, poteſt, ſi pupillus ſe hereditati non immiſcuerit, & poſt intra annos pubertatis deceſſerit, aliquantum tantum partem ex hereditate agnoſcere, nim. illam partem, quæ hereditas paterna dicitur: ſpreta hereditate pupilli. *l. 12. ff. de V. & P. S. Dn. Struv. Ex. 33. th. 28.*

36. Aliter.

Adverbium hoc idem eſt ac ſecus, contrario modo: Ei tunc datur locus: Quando primùm de quadam re dicitur, quam contraria res vel actio ſequitur. Tunc enim dicitur, contrario modo, vel aliter ſe rem habere, quàm præcedens: Varium in Jure uſum exhibet. Ita actiones b. f. ſunt, in quibus judici permittitur libera poteſtas æſtimandi inter litigantes, quid alterum alteri ex æquo præſtari oporteat. *§. 30. J. de act.* Aliter verò ſeſe habet, in ſtricti juris actionibus, in quibus judicis poteſtas conventioni adſtricta eſt, ut eam judicando excedere nequeat. *l. 7. de negot. geſt. l. 99. ff. de V. O.*

Aliter adhuc in actionibus arbitrariis (ſeparatam ab actionibus b. f. & ſtricti juris ſpeciem conſtituentibus, *arg. §. 31. J. de act. l. 5. ff. de in lit. jur. l. 3. §. 1. de uſur.*) quæ ab

arbitrio judicis dependent, ita ut si huic satisfiat, absolutio, sin minus, condemnatio sequatur. §. *31. J. de act.*

Ita illud, quod dolo alterius & calliditate improbâ factum est, ipso Jure corruit & extingvitur. *l. 16. de minor.* (Distingvendum tamen hic est inter contractus bon. f. & stricti juris, ut & dolum dantem causam contractui, & qui supervenit) Aliter se res habet in eo, quod metu factum est, illud enim ab initio non est nullum, sed per rescissionem demum nullum fit. *l. ult.* §. *1. quod metus c. Magnif. Dn. Struv. Ex. 8. th. 11. & duob. seqq.*

36. Altè. Altius.

Altum sumitur vel propriè vel impropriè. Propriè duobus modis sumitur: Vel ut sumatur pro excelso ad cœlum porrecto. Vel ut accipiatur pro profundo: Quomodo mare altum dicitur. Impropriè sumitur de tali casu, quando res verè & exactè perpenditur. Ita accipitur in *l. 21. C. de furt.* ibi: *Quam interpretationem prisca quidem jura per conjecturam introducebant: nos autem altius & verius ad eam respicientes, generalem regulam sic ab initio esse prolatam accipimus, &c.*

Adverbia alte & altius omnes hasce etiam induunt significationes. Præsertim tamen significationem quando pro excelso accipitur. Ita enim resultat Nobilissima Juris Controversia: An altius tollendi servitus à servitute altius non tollendi differat. Quod non obstante *Bachovio ad Treutl. vol. 1. disp. 17. th. 7.* affirmamus: non tamen distingvimus has servitutes cum *Perezio ad tit. C. de servit. & aqua. n. 14. & Cæpolla de serv. urban. præd. n. 26.* qui statuunt servitutem altius tollendi esse, quando vicinus cogitur ædes suas tollere & sublatas conservare. Ita enim

im-

impingitur in notisſimum Juris Axioma, quod vicinus cogatur aliquid facere. Veram differentiam, *vid. apud Vinnium ad §. 1. J. de S. U. P. n. 6. & 8.*

37. Alternatim.

Deſcendit à voculis alternus vel alternatio, quæ eſt ſucceſſio per vices, ut Feſtus ſcribit: Sed JurisConſulti illā pro disjunctione uſurpant: Cum dicitur illud aut illud. *l. 7. §. 4. de injur. l. 2. §. 2. ff. quod cert. loc.* Ubi Ulpianus loquitur de rerum alternatione, locorum alternationi mixta. Uſurpatur etiam impropriè pro complexione, & ambarum rerum conjunctione. *l. 9. ff. de ſervo corrupt. Calvinus.* Adverbium ergo alternatim ſignificatum hunc etiam admittere absque dubio eſt. Itaque varium in Jure uſum exhibere poteſt.

Ita alternatim facto legato v. g. Pamphilum aut Mœvium do lego, legatario competit Electio, *l. 34. §. pen. de legat. 1. l. 19. §. 23. de legat. 2.* Similiter ut in legato generis: (generis ſcil. quod Philoſophis vocatur ſpecies: & ejusmodi generis, quod determinatam à naturâ quantitatem habet: Neque enim animalis, neque fundi ſimpliciter, legatum valet, niſi plures tales in poteſtate habuerit. *l. 71. de legat. 1. l. 69. de jur. dot. l. 115. in princ. de V. O.*) ubi Electio legatarii etiam eſt. §. *22. J. de legat.* Modo corpus non quantitas legetur. *l. 4. de tritic. vin. &c.* modoque teſtatoris voluntas non ſit in contrarium. *d.* §. *22.* neque ſermo ad heredem dirigatur. In his enim caſibus heredis eſt electio. An hodie ſuperſit differentia inter legatum vindicationis & damnationis, *vid. Vinnius ad d. §. 22. n. 5.* Simili modo, ſi ita alternatim fuerit legatum: Optionem Mœvii vel Pamphili Cajo do, lego: Legatario

datur

datur electio. Et ita quidem ſemper eſt legatarii: nunquam heredis: In quo differt hoc legatum à ſuperiori: Plures differentias recenſet *Vinnius d. l.*

38. Amabiliter.

Idem ferè eſt hoc adverbium, quam affabiliter, de quo ſupra actum: In eo tamen differunt, quod affabiliter ita dicatur reſpectu habito ad perſonam, quæ alteri promptitudinem ſuam exhibet. Amabiliter verò uſurpetur, quando conſideratur perſona, erga quam aliquis ſuam reverentiam declarat. Breviter. Affabilitas facit Amabilitatem, adeoque differunt, ut cauſa & effectus. Per Affabilitatem, quæ fit verbis & geſtibus egregiis, comparatur in altero amor, qui facit, quo ille ſibi ſit amabilis.

39. Amanter vid. Affabiliter.

40. Amarè.

Germ. vocetur bitter/ herbe/ Lat. Acerbè. Habet ſignificationes duas: Propriam & impropriam. Propria eſt, quando de cibo, potu vel ſimili dicitur, quòd amarè & acerbè ſeſe habeant: Eſtque hæc frequentiſſima acceptio: Impropria tunc locum habet, cùm infortunium, aut aliud alicui obvenit, quod cum moleſtiâ, ægritudine & indignatione quadam perfertur, ita accipitur ejus adjectivum *in l. 2. C. de prætor. pign.* ibi: *Licet enim debuerat incumbere ſuo pignori, ne aliquam inde patiatur jacturam: Tamen ne quid amarum in creditoribus conſequatur: benignius cauſam interpretamur, & ei recuperationem donamus.* vid. partic. ægrè.

41. Ambiguè.

Ambiguè Adverbium tunc habet locum, quando vocu-

vocula vel particula dubia est, ut aliquis nesciat, an hoc vel illo sensu illam accipere & interpretari debeat. *l. 21. ff. de rebus dub.* Hocque sensu dicitur: Chirographum ambiguè se habet. Scriptura ambiguè est concepta. Et ita adjectivum ejus accipitur in *l. 66. C. de Judic. ibi: Si quis intentione ambigua vel oratione usus sit, id quod utilius ei est accipiendum est.* Ex quâ Lege apparet, quod intentio & oratio vocetur ambigua.

Ejus etiam usus hoc modo est *in l. 2. ff. de rebus dub.* ibi: *Quoties in actionibus aut in exceptionibus ambigua oratio est: Commodissimum est, id accipi, quo res, de quô quæritur, magis valeat, quam pereat.*

Item quando dicitur: Quod ambiguè se habentia pacta ita debeant declarari, ut (1.) inspiciatur & colligatur ex circumstantiis verisimilis voluntas paciscentium. *l. 77. de contr. empt. l. 125. de V. S. l. 96. l. 168. §. 1. de R. J. l. 34. eod. l. 3. de R. C. l. 94. de V. O. l. 9. §. ult. de transact.* (2.) Ut accipiatur id, quod rei gerendæ aptius. *l. 67. de R. J. l. 13. l. 21. de rebus dub. l. 80. de V. O. l. 114. de R. J. l. 13. qui pot. in pign. l. 29. locat. l. 2. de act. empt.* (3.) ut minus majori præferatur, *l. 9. de R. J.* (4.) Ut, si omnia hæc deficiant, noceat pactum ei, cui liberum fuit re integrâ loqui apertius. *l. 39. de pact. l. 34. de contr. empt. l. 172. de R. J. l. 99. de V. O.* Magnif. *Dn. D. Struv. JCtus ubique celeberrimus, in Syntagm. Jurispr. Ex. 6. th. 52. Vinnius in absolutissimo tract. de pact. c. 20.*

Ita in eadem significatione occurrit, quando dicitur: Quod quantitas bis vel pluries legata bis vel pluries etiam debeatur, si expressa voluntas testatoris adsit. *l. 34. §. 3. de legat. 1.* sed si voluntas testatoris ambiguè sese habeat,

beat, quod ſemel tantùm debeat præſtari. *d. l. 34. Magnif. Dn. D. Strauch. Exerc. Juſtin. 16. th. 6. in fin.*

Item quando dicitur: Quòd ſi Lex ambiguè ſeſe habeat, illa interpretationem capiat vel ſimplicem, *L. 12. §. 1. ff. qui & à quibus manum.* vel extenſivam, quæ eſt, quando mens & ratio Legislatoris ſunt latiores verbis. *l. 12. l. 13. l. 24. de LL. l. 32. ad l. Aquil. l. 4. de fund. dot.* Vel Reſtrictivam, ubi ſcilicet ſententia & ratio legislatoris anguſtiores ſunt, quam verba. *l. 32. de pact. l. 40. pr. de petit. hered. l. 11. de in Jus Vocand.* Vel Uſualem, quæ eſt, quando Interpretatio Legis ambiguè ſe habentis fit ſecundum diuturnam conſvetudinem. *l. 37. l. 38. de LL. D. Frantzk. p. m. de LL. n. 10.*

42. Amœnè.

Imitatur Adjectivum Amœnus: Denotat verò hoc Jucunditatem rei alicujus. Ita in *l. 7. C. de bon. proſcript.* dicitur. *Quæ etiam gratia & quæ amœnitas, locorum.* Ubi Locus jucunditatem afferens vocatur amœnus.

Ne proſpectus amœnè ſeſe habens auferatur, opus eſt ſervitutis conſtitutione. *l. 16. de ſerv. Urb. præd.* quæ ſervitus conſtitui poteſt tam ratione amœnitatis ſuperioris, ut cœlum videri poſſit, quam inferioris, ut nemora, arbores & viridaria conſpici poſſint. *d. l. 16. Dn. Strauch. Diſſert. Juſtin. 7. th. 17.*

43. Amplius.

Adverbium hoc eſt Eximium, quodque plurimas & nobiliſſimas ſignificationes recipit. Sumitur enim (1.) de tempore: In hac ſignificatione idem ferè eſt, quam diutius. Ita accipitur in *l. 19. C. de teſtibus.* ibi: *diſponimus, non amplius teſtes obſervare compelli judices, poſtquam fuerint*

admo-

admoniti, nisi tantum quindecim dies, &c. (2.) Æquipollet Particulis Clariùs, Expressiùs. *l. 1. ff. de SC. Maced.* ibi. *Cum inter cæteras sceleris causas Macedo &c. pecuniam (ne quid amplius diceretur) incertis nominibus crederet &c.*(3.)Continuationis nota *est. l. 54. de legat. 3.* ubi dicitur*: Si pure tibi legavero, deinde postea scripsero ita: Hoc amplius, si navis ex Asia venerit, heres meus ei fundum dato: verius est &c. l. 108. §. 7. de legat. 1.* ibi: *si ita scriptum erit: Amplius, quam Titio legavi, heres meus Sejo decẽ dato, dubitandũ non erit. &c. & §. 8. si ei, cui nihil legatum est, cum hâc adjectione, hoc amplius aliquid legetur, minimè dubitandum, quin legatum debeatur: multoq; minus &c. si ab eo &c. amplius quam mihi debes, decem dare spondes? quin decem debeantur. l. 15. l. 23. ff. Rat. Rem. hab.* ubi de cautione amplius non peti agitur. *Brissonius, Calvinus ad hanc Vocul.*

In eadem ferè significationem etiam sumitur *in l. 9. §. 1. qui pot. in pign.* ubi dicitur*: Amplius etiam sub conditione creditorem tuendum putabat adversus eum, cui postea quicquam deberi cœperit: si modo non ea conditio sit, quæ invito debitore impleri non possit.*

Hoc insinuat enim digressionem ad similes negotiorum circumstantias. *Brissonus. d. l.*

(4.) Ad quantitatem respectum habet, ita ut sumatur quandoq; pro plus, plusquam, quandoq; pro hoc plus, hoc plusquã. Habet vim amplificandi, addendi & includẽdi aliquod ulterius, quã quod in stipulationem deductũ est. *Gœdd. ad l. 82. n. 1. de V. signif. Briss. d. l.* Interdum etiam sumitur pro toto: Licet enim comparativa sint amplius & minus, interdum tamen minus sumitur pro nihilo, Amplius pro toto. *Alciat. in Comm. de V. signif. Spigelius. h. l.* Plura habentur *apud Calvinum ad hanc partic.*

44. Amplissimè.

Vid. Partic: Latè. Eminenter. &c.

45. Animosè.

Vid. Strenuè.

46. Annuatim.

Descendit ab annuus; quod Germanicè vertitur Jährlich. Dicitur de tali re vel facto, præcipuè verò de alimentis, quæ vel in anno vel per anni intervallum semel præstantur. Sicut enim indies, quotidie, de diebus loquuntur, ita refert se annuatim ad annos. Sic annuatim potest relinqui legatum, quod Legatum primo anno purum, sequentibus verò annis conditionale est. *l. 4. l. 11. l. 14. de annuis & menstr. legat.* Conditio enim inest, si legatarius vixerit, *dd. LL.* nisi Voluntas testatoris sit in contrariũ: *l. 22. C. de legat.* aut Reipublicæ & Collegiis aliquid fuerit relictum. *l. 3. §. ult. ad l. Falcid.*

Ita stipulatio fieri etiam potest, ut annuatim res præstetur. *l. 16. §. 1. de V. O.* Sed differt hoc debitum annuum à legato annuo: Quod in illo una sit Obligatio, pura & perpetua: Quod secus esse diximus in annuo Legato. Rationem diiversitatis tradit, *Dn. Struv, Ex. 35. th. 31.*

Sic annui seu annuatim debiti reditus pecunia parentis empti, quorum commoda & alienare & heredibus transmittere possunt filii, imputantur eis in legitimam. *l. 30. §. 2. C. de inoffic. testam.* Quæ legitima hodie est triens vel semis; tam in Liberis quã parentibus & fratribus. *Nov. 18. c. 1.* Et debet illa hodie relinqui titulo universali: Licet pro non completa legitima, actio ad supplementum locum habeat. *Vinnius ad §. 3. Inst. de inoff. test. n. 4. & ad §.*

6.n.4. Sin verò relinquatur titulo particulari, aut planè non relinquatur, querelæ locus datur. *T. T. Inst. ff. & C. de inoff. testam.* Unicus tamen illi hodie locus relinquitur, si sc. Testator nominatim in testamento expressas causas exheredandi non probaverit. Alias testamentum est ipso jure nullum. *Nov. 115. c. 3. Dn. Struv. Ex. 10. th. 15. &c.*

Ita qui annuatim præstandos reditus possident, immunes sunt à satisdatione. *Magnif. Dn. Carpz. p. 1. C. 5. def. 16. & Dn. Struv. in. Ex. 5. th. 25.*

48. Ante. 49. Antea.

Sunt Adverbia, quæ sese ad tempus præteritum referunt: Eorum usus in Jure tunc est, quando de tali actione vel re agitur, quæ ab antiquis annis pendent, vel quæ in superioribus temporibus etiam factæ aut non factæ sunt;

50. Antiquè.

Est Adverbium, quod tempus denotat. Refert sese verò ad tempus præteritum. German dicitur. **Vor Alters, vor vielen Jahren.**

51. Arcanè.

German. dicitur. **Heimlich in Verborgen.** Opponiur Voculæ apertè, de qua infra agetur circa Adverbiũ palam.

Varius hujus Vocabuli in Jure usus est. Ita potest aliquis de criminibus arcanè commissis (non committendis) cum altero transigere. *l. 18. C. de transact.* modo delicta intelligantur, quæ ad publicã salutem pertinent. A quibus non excipiuntur gravia: veluti crimen læsæ Majestatis &c. Sed tamen Adulterii crimen: de quo, licet fuerit olim Capitale, transigi tamen non potest. *l. 10. C. ad l. Juliam de Adult. Coerc.* Cæterũ hodie de omni delicto transactio fieri potest. *Dn. Carpz. p. 3. Crimin. qv. 148. n. 17.*

52. Argutè.

Germ. vocatur. Spitzfindig/ höhnisch. Peculiarem in Jure significationem non habet: Licet varius alias ejus usus sit, qui exinde etiam constat, quòd dicitur: Advocatũ non posse adversario argutè i.e. malis technis, fraudulentis cautelis, fallaciis & injuriis, ne quidem in bona causa occurrere. *l.14. §. 1. C. de Judic. l. 6. §. 1. C. eod. Dn. Struv. Exerc. 7. th. 8. & 9.*

53. Articulatim.

Descendit à Vocabulo Articulatus, quod ab Articulo venit: Varias horum Vocabulorum significationes *vid. apud Calvinum ad hasce Vocul.* Articulatim, horum vocabulorum significationẽ quam plurimum illam induit, quando articulatus &c. sumitur pro positionalis, & cum, non de uno verbo, sed de tota quadam oratione dicitur. Ita in Jure usum egregium habet.

Sic de Jure Civili Articulatim conceptus libellus sustinetur. *Dn. D. Strauch. Ex. Justin. 24. aph. 5.* Et si non fuerit oblatus articulatim conceptus, positiones sunt formandæ, positio nimirum in specie & articulus *D. Strauch. d. l. Ex. 25. Aph 5.*

Sed Jure Saxonico articulatim conceptus libellus est ipso Jure nullus, adeo ut Judex illum ex officio rejicere possit, non impugnante reo; Reus etiam tàm ante quam post litem contestatam propterea excipere potest: absolvi etiam potest ab instantia, ut actor simul condemnetur in expensas. *Carpz. Jurispr. Forens. p. 1. Const. 2. def 1.*

54. Audacter.

Idem est ac confidenter, ita tamen, ut non in bonam sed in malam partem sumatur. Synonymon habet τὸ Audenter, quod præterea interdũ sumitur pro temerè, impudenter, & liberius quã par est. *ut in l. 1 si pars hered. petat Calvinus. Brissonius.*

55. Augustè. *Vid. partic. eminenter, splendidè.*

56. Avidè. *Vid. Cupidè. Studiose &c. infra.*

Lit. B.

1. Balbè.

Denotat vitium, quod Linguæ accidit. Germ. dicitur stammlend. Deque eo dicitur, qui, verba continuâ serie & consveto more pronunciare nequit. Differt à muto, quomodo Surdaster

daster à surdo. Mutus nimirum & surdus sermone & auditu planè sunt privati: sed balbus & surdaster aliquam tantum & non omnimodam privationem, perferunt. Rarus hujus vocabuli in jure usus est: cùm quod de mutis in materiis juris v. g. Testamenti confectione *l. 6. §. 1. ff. qui testam. fac. l. 7. l. 10. ff. l. 8. C. eod.* Judiciis *l. 12. §. 2. de Judic. &c.* dicitur, ad balbos applicari non possit. *Vinnius ad §. 3. J. quibus non est permiss. fac. testam*

2. Barbarè.

Descendit à vocabulo Barbarus: Barbarus verò describitur, quod sit, qui aliô quam Romanorum Principum Jure utitur. *l. 28. C. de Episc. & Cler. l. penult. in f. C. de bon. damnat.* Sed etiam ille Barbarus vocatur, qui aliam quam Græcam & Latinam linguam loquitur. *Brisson.* In hâc ergo significatione, idem est Adverbium barbarè, quam aliá lingua, præter Græcam & Latinam. Ita Testamentum barbarè etiam fieri potest: Potest enim erigi lingua quacunque. *l. 19. C. de testam. in f. l. 15. eod.*

Ita dispositum est, quod in negotiis imperialibus & imperium concernentibus barbarè aliquis loqui non possit. Barbarà verò lingua vocatur, quæ alia est, quam Latina & Germanica. Adeoque nec linguâ Gallicâ nec Italica nec ulla alia hic uti licet. *Dn. Limnæus ad artic. 14. capit. Carol. 5. verb.* In Schrifften und Handlungen des Reichs/ *n. 1. & seq. Ubi etiam potissimas linguas Europæ nostræ. recenset.*

3. Basilicè. *Vid. Eminenter, splendidè.*

4. Beatè *vid feliciter.*

5. Belle, *Vid. pulchrè.*

6. Bellicosè.

Bellicosè adverbium à bellicosus venit, quod iterum à bello descendit. De eo dicitur, qui strenuè, armatè, & heroico animo militiam sequitur. Adeoque bellicosum esse & militem agere differunt. Plus enim continet illud, quam hoc. Illud continet præter nudum militis statum, summam scientiam militârem, egregiam belligerandi cupiditatem, & diuturnam in bello perseverantiam.

Egregius & Amplissimus huic Adverbio in nostro jure usus tribuitur.

Sic non tantum bellicosè vivens sed & quilibet alius in bel-

lo:

lo existens miles, liberrimè testatur. *T. T. J. ff. & C. de Test. milit. D. D. Struv. Ex. 34. th. 1. & seq. Dn. D. Strauch. Præceptor meus unà cum prælaudato meo Doctore nunquam satis colendus, in dissert. Justin. 9. th 30.* Liberrimè heredem instituit: Ejus enim prætemitio habetur pro exheredatione. *l. 9. ff. de testam. milit* Liberrimè substituit. adeo ut etiam extraneo substituere possit *l. 15. de V. & P. S.* Fidejussor constitui non potest. *l. 8. §. 1. qui satisd. cog.* Quod etiam in nostris militibus obtinet. *D. D. Strauch Diss. Justin. 14. aph. 14.* 8. Benè. *Vid. Accomodatè, Commodè.*

8 Benevolè. Benignè.

Ita differunt, quòd Benevolè faciat, qui favorem suum alteri verbis & nuda destinatione exhibet. Benignè verò ille facere dicatur, qui ipso facto propensionem suam præstat.

9. Bis.

Germ. vocatur. Zweymal. Dicitur de tali casu, quando actio vel res secunda vel altera vice existit. Peculiaris in jure usus non est. vid. supra part. Abermal. *10.* Blandè

Idem est, quam affabiliter, quod supra explicatum est. In eo exigua differentia tamen latet, quod affabiliter in bonam plerumque partem, blandè in malam interdum partem etiam accipiatur. Dicitur de eo, qui optima, desideratissima, & jucundissima ad alterum verba facit, vel qui gestibus etiam alteri sese amabilem præstat. Ejus usus in jure creberrimè reperitur. Sic vi & metu contractum testamentum non consistit: Libera enim debet esse ultima hominum voluntas. *Carpz. Jurisp. Forens. part. 3. const. 5. defin. 8. 9.* Consistit tamen, si blandè aliquis erga alterum sese gerat, perq; has blanditias hunc ita disponat, ut testamentum condat & hæreditatem vel legatum quoddam relinquat. *l. 3. ff. si quis al. test. l. 11. C. de testam. mil. l. 70. de hered. Inst. Magnif. Dn. D. Struv, Syntagm. Jurispr.* Exerc. *32. th. 5.*

11. Breviter.

Adverbium hoc refert sese interdum ad tempus, & quidem ad tempus, exiguum & minus diuturnum. Sed hæc impropria est acceptio: Crebrius sumitur de qualitate alicujus rei, ita ut res, quæ sine ambagib9 & longo circuitu tractatur, breviter sese habere dicatur. Usus hujus Particulæ magnus in jure est, quod per multas paginas demonstrare possem, sed cum ille ipse omnibus fere inclarescat, idcirco hic in nomine summi DEI subsisto.

Lit. C.

Adverbium I.

Cæsim.

HOc Adverbium ſuam à cædendo, & cum eo unam eandemque ſignificationem recipit. Cædere autem tripliciter potiſſimum in jure accipitur.

Aliter (1.) *in l. 17. §. 6. l. 18. l. 38. in fin. ff. de Action. empt. & vend. l. 66. fin. d. contrah. empt. & vend. l. 241. d. V. S.* pro ſeparare, abſcindere, vel decidere ſumitur. Hinc, ut in hac ſignificatione uſus præſentis Adverbii appareat, quæritur? an ille, qui forte ramos ex arbore, *cæſim* dejiciens prætereunti damnum dedit, attamen neque dolus, neque culpa dejicientis intervenit, teneatur ex L. Aquilia? & Reſpondetur quod non, *per text. in l. 31. ff. ad L. Aquil. vid. Magnif. Nobiliſſ. atq; JCtisſimus Dn. D. Struve, Præceptor atq; Patronus meus ætatem ſuſpiciendus, Syntag. Jur. Civ. Exerc. 14. th. 21. princ. & n. 2.*

Aliter (2.) *in l. 32. in fin. C. locati*, pro ferire, percutere, vulnerare & fuſtigare ſumitur. Unde & hic quæritur: An ille, qui aliquem juſſerat meretricis faciem, cultello parvulo ad aptandum pennas parato, *cæſim* ſignare, mandatarius verò cultellum illũ punctim in jugulum impingendo mulierem occiderit, teneatur ex L. Cornelia de Sicariis? Negat Decianus *in tract. crimin. lib. 9. cap. 36. n. 6.* ex illa ratione, quod mandans non habuerit animum occidendi, nec illi imputari posſit, quod mandatarius fines mandati exceſſerit: Sed contrarium rectius defendunt *Jul. Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt.*

 89.

89. num. 5. Gometz. var. resolut. tom. 3. cap. 3. num. 18. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 4. cas. 352. num. 2. Magnif. Dn. Carpz. prax. Crim. part. 1. quæst. 4. num. 21. quia mandans ad ea, quæ ex mandato secuta sunt, tenetur, & is causam mortis dolosè præbuit. *l. 15. ff. ad l. Cornel. de sicar.* Porrò quæritur hîc: an ille, qui *cæsim* alicui vulnus inflixit, alio vulneratum occidente, saltem de vulnerato, alter verò de occiso teneatur? Distingvit Prælaudatus *Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 14. th. 24.* an illatum vulnus simpliciter lethale fuerit nec ne, & priori casu dicit utrumque, tàm *cæsim* vulnerantem, quàm occidentem de occiso teneri; posteriori verò casu vulnerantem saltem de vulnerato, & interficientem de occiso teneri pronunciat. *per l. 11. §. 3. l. 15. §. 1. ff. ad L. Aquil. non obstante l. 15. ff. eodem. Wissenb. part. 1. Exercit. ad ff. 21. th. 15. Costal. in d. l. 15. Busius ad d. l. 11. num. 12. & seqq.* Ut autem de lethalitate vulneris *cæsim*, punctimve illati certò constet, judex, ejusque Assessores unà cum Actuario & Chirurgo uno, seu pluribus, si haberi queant, juratis, cadaver occisi diligenter inspicere, & omnium vulnerum *cæsim*, punctimve factorum, & ictuum, & quæcunque symptomata accesserint, quid viderint, animadverterint, consignationem accuratam instituere debent. *Ord. Crimin. Carol. V. artic. 149. verb.* **soll der Richter.**

Aliter (3.) *in l. 4. C. ad L. Corn. de Sicar.* pro occidere & interimere sumitur. Cujus intuitu & hîc quæritur: An alter ex duellantibus alterum, *v. g.* provocatus provocantem *cæsim* punctimve occidens, ordinariæ homicidii pænæ obnoxius sit? Affirmat hoc Dn. D. Franzk. in Illustrissima Aula Saxo-Gothana Consiliarius dum vive-

ret

ret Magnificus, *lib. 2. var. resol. 23. per tot.* Vid. *Dn. Carpz. in prax. Crim. p. 1. q. 29. n. 71. & seqq.* ubi quasdam refert limitationes.

2. Cæteroquin.

Hoc Adverbium duplicem in jure habet sensum. Uno significat idem quod Sed. Quando enim *in l. 29. ff. d. jur. fisc.* quæritur: An pœna ejus, qui delatorem corrupit, ad hæredes transeat? tunc *verbis: cæteroquin (id est,* sed, *Gloss. in d. l. 29. verb. cæteroquin) ad hæredem ejus non transit,* negativè respondetur. *Non obstante l. 2. ff. d. bon. eor. qui ante sent. mort. sib. consc. l. 4. §. 6. C. d. hæret. & Manich. l. 5. §. 1. Cod. ad L. Jul. Majest.* Altero denotat idem quod aliàs, *ut in l. 35. §. 3. ff. d. hæred. inst.*

3. Cæterùm.

Hoc Adverbium in jure variam habet significationem. (1.) accipitur pro sed, adversativè, *ut in l. 64. §. 3. ff. d. Evict. l. 7. §. 16. ff. de publ. in rem action. l. 6. §. 2. ff. Comm. divid. l. 7. §. 8. l. 11. ff. d. minor. l. 1. C. si advers. rem judic.* (2.) quemadmodum nonnunquam particula Sed, *Magnificus Præ-Nobilissimus atq; JCtissimus Dn. D. Richter, Præses, Patronus atq; Præceptor meus filiali cultu sanctè honorandus, part. 2. decis. 99. num. 188.* ita etiam hoc nostrum Adverbium *in l. 9. §. 5. ff. de minor.* explicativè, & (3.) pro nota exceptionis, *in l. 3. pr. ff. d. solut. & liber. l. 4. pr. ff. d. Usu & habit. l. 13. §. 7. ff. ad L. Jul. de Adult.* accipi videtur (4.) idem valet, quod alioquin, *ut in l. 12. §. 1. ff. d. pact. dotal. l. 12. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 31. ff. d. rei vind. l. 15. §. 7. ff. de re judic. l. 17. §. 7. d. injur. l. 63. §. 7. d. furt. l. 2. §. 28. ff. ne quid in loc. publ. l. 3. §. 3. ff. d. liber.*

exhib. l. 5. §. 4. d. carbon. edict. l. 32. fin. ff. d. recept. qui arb. recep. l. 49. fam. ercisc. l. 5. §. 10. ff. d. oper. nov. nunc. (5.) est nota absurditatis, *ut in l. 4. §. 3. ff. d. alien. jud. mut. caus. fact. l. 15. §. 33. ff. d. damn. infect.* (6.) denique accipitur pro certè, *ut in l. 9. §. nummularios quoq;. ff. de edend. Gloss. ib. verb. caterùm.*

4. Callidè.

Hujus adverbii mater est calliditas, ejusque *in l. 1. §. 2. ff. de dol. mal.* synonyma sunt: dolus, fallacia, fraus, & machinatio. Usus præsentis adverbii in jure frequens est.

Ita *in l. 3. C. de plus petit.* dicitur, quod is, qui *callidè* cautionem, certâ quantitate sibi debitâ, super ampliore pecunia exegit, & debitorem in judicium vocavit, totum debitum perdat, nisi ante litem contestatam actor pœnitentiâ ductus desistat, vel post litem contestatam cum reo transigat, & reus geminatâ vice promittat. *Magnif. Dn. Brunnem. in comment. ad d. l. 3. C. de plus pet.*

Ita *in l. 1. ff. si quis omiss. caus. test.* illis, qui *callidè* & in fraudem legatariorum hereditatem, partemve ejus ab intestato possident, cum eam ex testamento adire possent, Prætor occurrit, & in eos actiones pollicetur, unde legatariis & fideicommissariis perinde tenentur, ac si hæreditatem adiissent. *Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 34. th. 45. in fin. Wissenb. p. 1. Exerc. ad ff. 59. th. 1.*

Sic quod callidè & per interpositam personam fit, clam fieri dicitur. *Bart. in l. pupillus. 5. §. sed si. 3. & 4. ff. de autor. tut.*

Hinc etiam quæritur, quid juris, si tutor, nomine alterius emptoris subjecto, prædia pupilli *callidè* & per frau-

fraudem sibi comparavit. Resp. si Præses illa prædia venundari decreverit, etiam successor Præsidis servatâ actione pupilli. *l. 5. C. de præd. min.* illud decretum revocare potest. *l. 9. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Si verò nullum decretum intercesserit, ipso jure nulla fit & irrita alienatio. *l. 2. l. 11. C. de præd. min. Duar. comm. ad tit. ff. de rebus eor.* Imò habet pupillus non solùm personalem tutelæ actionem. *l. 3. l. 6. C. arbit. tut.* sed rei quoque vendicationem *l. 4. l. 10. C. de præd. min.* nec omne pretium. *d. l. 4. & 10. C. d. t. Wesemb. in parat. ad tit. ff. de reb. eor. n. 5. Dn. Habn. in observ. ad d. loc. Wesemb. num. 5.* (propterea quod is, qui contra legum interdicta mercatur, pretium amittat, *Dn. Habn. d. l.*) restituere tenetur.

Sic quando publicus debitor & qui manifestè convictus est, *callidè* ad superiorem judicem provocat, illius appellatio non recipitur. *l. fin. C. quor. appell. non recip.*

Et quamvis infamia ei non irrogetur, pudor tamen ejus oneratur, qui *callidè* aliquem ad accusationem exhortatur. *l. 20. ff. de his qui not. infam.*

Sed quæritur, an Advocatis (quorum aliàs laudabile, imò nobile. *Joh. Igneus in auth. ex causa. col. 60. C. de liber. præter. Ioh. Bapt. Magon. in parad jud. cap. 6. pag. m. 60. 61. & 64.* vitæque hominum maximè necessarium est officium. *l. 14. per tot. C. de Advoc. 1. l. 4. C. de Advoc. 2.*) suis clientibus, uti communiter vocantur, patrocinium præstantibus, *callidè* postulare, fallaciisque uti liceat? quod negatur, quia jurare tenentur, se, quod verum & justum putaverint, clientibus suis consulturos esse. *l. 14. §. patroni. 1. C. de judic.* Eos tamen in bona causa ad vincendum adversasarium, calliditate, fallaciâ, & deceptione uti, & fraudem

fraudem, calliditatem calliditate repellere posse, per illud Augustini *libr. quæst. 6. quæst. 10.* inquientis: *Cum bellum justum susceperis, apertâ pugna, an insidiis & calliditate vincas, nihil ad justitiam interest, c. Dominus. 2. 23. quæst. 2.* autumat Schnobelius *Disp. ad ff. 3. th. 4. Covar. lib. 1. var. resol. 2. n. 1. Wesenb. in paratit. ad tit. C. de Advoc. 1. num. 6. Mynsf. cent. 3. observ. 6. Anton. Perez. in Comm. ad d. t. Cod. n. 17.* Verùm his omnibus egregiè calculum suum subducit *Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 7. th. 8. per text. expreß. in d. l. 14. §. 1. C. de judic. Lancell. Polit. de Off. Advoc. cap. ult. n. 15. Jac. Buric. tract. de Advoc. cap. 7. 8. Scotan. Disp. 17. thes. 11.*

5. Calumniosè.

Hoc Adverbium idem significat, quod per calumniam. *l. 8. ff. de stipul. Prætor. l. 3. ff. ad SCt. Turpill.*

Ita *calumniosè, sive per calumniam*, in possessionem ventris nomine missa videtur mulier, quæ sciens, prudensque se prægnantem non esse, vel ex alio concepisse in possessionem venire voluit. *l. 1. §. per calumniam. 2. ff. si mul. ventr. nom.* propptereaque infamia notatur. *l. 15. & l. 16. ff. de his qui not. infam.*

Sic qui *calumniosè* in servitutem petitus est, in militia retinetur. *l. 29. ff. de liber. caus.*

Et *calumniosè* satis petere, vel per calumniam desiderare, ut cautio interponatur, dicitur, qui nullo jure sed vexandi adversarii causâ cautionem postulat. *l. 3. §. 1. ff. ut legat. l. 1. §. pen. l. 8. ff. de prætor. stipul.*

Sic *calumniosè* qui petit hæreditatem, huic causâ cognita, hæreditatis petitio denegatur. *l. 43. ff. de hered. petit.*

Item

Item qui *calumniosè* Epiſcopum accuſaverit, 30. pondo auri, fiſco inferendis multabitur. *l. 22. pr. C. de Epiſcop. & Cler. ibiq. Magnif. Dn. D. Brunn.*

Sic *calumniosè* ubi transactum eſt, transactio non valet. *Magnif. Dn. Præſes in expoſ. l. 2. C. de transact. n. 6. & 12. pag. 8. & 9.*

Quique alicui pecuniam dedit, ne ſibi quis negotium faceſſeret, vel litem *calumniosè* motam inſtitueret, is actionem de calumniatoribus contra eum habet, qui pecuniam accepit, intra annum in quadruplum pecuniæ acceptæ, poſt annum in ſimplum. *l. 7. ff. de Calumn. Magn. Dn. D. Struv. Exerc. 7. th. 56. theſ. 57. & 58. Zœſ. in com. ad d. t. ff. de calumn. n. 7.*

Sic qui ad inſtinctum alienum *calumniosè* accuſat, ſi pronunciatur calumniator, infamiam non evitat. *l. 8. C. de calumniator. vid. Magnif. Dn. Brunn. in comm. ad hanc l. 8. & ibi allegat. Bachov. ad Treutl. vol. 1. diſp. 8. th. 6. lit. s. Hillig. in Donell. lib. 18. c. 8. lit. x.* imò etiam ferro punitur. *Gothofr. ad d. l. 8.* ſi ſæpius ſc. & reiteratò *calumniosè* delator extiterit. *Magnif. Dn. Brunn. in comm. Cod. ad l. 5. C. de delator. Petrus Caball. cent. 1. Reſol. crim. cap. 16. n. 39. Finckelth. obſerv. 5. n. 10.*

Sic qui ipſe aliquem *calumniosè* in publicis judiciis accuſaverit, jure Civili & Canonico, eâdem pœnâ, qualem reus, ſi condemnaretur, meritus fuiſſet, plectitur. *l. ult. C. de accuſat. l. fin. C. de calumn. Can. 2. & 3. cauſ. 2. quæſt. 3. Magnif. Dn. Brunnem. comment. ad d. l. fin. C. de accuſat. Zœſ. in comm. ad tit. ext. de calumn. n. 2. Caniſ. in ſumma jur. Canon. lib. 4. tit. 19. §. 3. 4. 5.* Et pro qualitate cauſæ in eodem judicio eademque in ſententia, in qua reus abſol-

ſolvitur, uno contextu condemnatur. *Farin. pr. Crim. lib. 1. tit. 2. de accuſat. quæſt. 16. n. 30. p. 231.* ita tamen ut accuſati præcedat abſolutoria, ſtatimque accuſator de calumnia condemnetur. *Salic. in l. 1. n. 3. C. de calumn. quem refert Clarus in pr. crimin. quæſt. 62. verſ. ſed quæro. Juſtus Oldekop. in Obſervat. crim. tit. 2. obſerv. 28. n. 1.*

Sic antiquitus ille, qui in judicio publico *calumnioſè* egerat, litera K. in fronte notabatur. *Cic. pro Roſc. l. 1. §. 2. ff. ad SCt. Turp. ibiq. Gothofr. in not. lit. n. vid. l. 13. in fin. ff. de teſtib.* quod tamen poſtea ſublatum eſt. *l. 17. C. de pœn. Buſius ad l. 8 ff. de calumn. n. 4. Anton. Perez. in Comment. ad tit. C. de calumn. num. 5. Zœſ. in Comment. ad tit. 2. lib. 5. Decretal. num. 1.* Hodie verò arbitrio judicis relinquitur condemnatio. *Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 49. th. 86. Perez. d. l. d. n. 5. Carpzov. pr. Crim. part. 3. quæſt. 106. n. 41. ibique alleg. Dd.* Judex autem *calumnioſè* judicare non præſumitur. *l. 3. §. 1. ff. quod met. cauſ. l. vir bonus. 18. ff. judic. ſolv. l. 7. §. ait Prætor ff. de appell. l. 137. §. cum ita. ff. de V. O. Carpzov. part. 1. conſt. 23. def. 13. n. 3.*

Calumnioſè appellans peccat mortaliter, & obligatur ad damna partis adverſæ. *Navar. in manu. cap. 25. n. 39. Strig. in §. appellatio. n. 15. Tabien. in §. appellatio num. 7. Graff. deciſ. aurear. lib. 3. cap. 7. num. 21. Sot. de juſtit. lib. 5. artic. 3.*

Imò contra *calumnioſè* maleque in officio ſuo verſantes Advocatos (qui tamen minus rectè Advocati ſed potius iniquiſſimi rabulæ vocantur. *Magn. Dn. Brunn. in comment. ad l. 14. C. de Advoc. 1. in fin.*) judex inquirere, atque illis interdicere, ne poſtulent, vel procurent, omnesque actus forenſes prohibere valet. *Marant. de ordin. judic.*

judic. sub rubr. de inquisitione, vers. tertio modo, n. 182. part. 6. Sin verò Advocatus causam quam injustam esse ignorat, defendit; *calumniosè* egisse non dicitur, modo non sit ignorantia crassa: sufficit namque causam esse verisimilem. *Magn. Dn. D. Struv. Exerc. 7. thes. 6. add. Sot. d. l. quæst. 8. art. 3. Parlador. 1. rer. quot. 2. n. 2. seqq. Umm. disp. 2. thes. 10. n. ult.*

6. Cancellatim.

Hoc Adverbium à Cancellare descendit, & in jure eximium usum habet. Sic qui tabulas, cautionesque, licet in illis lineæ *Cancellatim* ductæ reperirentur, surripuit, furti tenetur. *l. 82. §. fin. ff. de furt.*

Sic totum testamentum lineis *cancellatim* ductis repertum, totum etiã corrumpitur. *l. 3. C. d. Edict. Div. Hadr. toll. ibiq; Magnif. Dn. Præs. in interpret. ad d. l. pag. mihi. 486. num. 173. Carpz. part. 3. const. 3. defin. 5. n. 1. 2. & 3. Fernand. Vasq. de succ. lib. 2. §. 15. n. 60. per l. 1. & l. 3. ff. d. his quæ in test. delent. l. 2. ff. d. tit. ibiq; Busius in Comm. ff. Magnif. Dn. Brünem. in Comm. ad l. 30. C. d. testam.* Propterea quod satis constet, testatorem prioris voluntatis pænituisse. *Vasq. d. l. num. 63. & 113. Carpzov. d. l. n. 2.* Cum enim voluntas ultima sit ambulatoria usque ad extremum vitæ Spiritum, *l. 4. ff. d. adim. & transf. leg. Magnif. Dn. D. Struv Exerc. 32. th. 48. num. 2. Gail. lib. 2. observ. 117. num. 3.* Testator utique priorem voluntatem, quando testamentum cancellat, mutasse indicat, testamentumque annullatum relinquit. *Flamin. de Rub. Vol. 1. Cons. 30. num. 8. 78. & 84.* & maximè quando lineæ transversæ *cancellatim* ductæ circa hæredis institutionem, vel testium subscriptionem, aut consignationem, vel alio in loco, ubi de substantia testa-

menti agitur, reperiuntur, immissionem impediunt, licet hæres contrarium probare velit. Vitium enim, quod ex primo aspectu potest cognosci, & per visum deprehendi, immmissionem statim impedit. *Magnif. Dn. Præs. d. l. p. 487. num. 180. Menoch. adipisc. poss. remed. 4. n. 704. Sichard. ad d. l. fin. n. 17. Francisc. de Barry lib. 11. tit. 13. n. 18.* Si verò ex parte saltem aliqua & certam ob rationem cancellatio facta est, tunc ipsa cancellatio restringatur ad rationem, ipsamque causam cacellationi adjunctam. *Io. de Imo. Consil. 89. n. 2. per text. in l. 2. ff. d. his quæ inrest. del. Capoll. Cons. 7. col. 2.*

Sed quæritur hîc (1.) an etiam testamentum nuncupativum vitietur per lineas in eo *cancellatim* ductas? id quod prima fronte quidem ex mente quorundam negandum esset, propterea quod hujus testamenti essentia non consistat in scriptura, nec quoad hoc testamentum sola expressa revocatio sufficiat, multo minus ergo tacita, quæ ex cancellatione præsumitur. Verùm nos hac in parte affirmantium sententiæ subscribimus, & dicimus, quod & nuncupativum testamentum per lineas à testatore *cancellatim* inductas retrò reddatur nullum, ob generales supra adductas rationes. *Vid. Magnif. Dn. D. Struv. d. Exerc. 32. d. th. 48.*

Quæritur (2.) An lineæ in instrumento, ab eo, qui nullam habet autoritatem, *cancellatim* ductæ, scripturam vitient? & Respond. quod non, *per l. 1. ff. d. his, quæ in test. delent. l. nostram. C. de testament. l. 1. C. si tabul. testam. null. extab. l. si Chirographum. ff. de probat. l. inductum. Cod. d. solut. l. postquam. l. Labeo. ff. d. pact. Menoch. arbit. jud. q. lib. 1. quæst. 96. n. 24. Flam. de Rub. d. l. n. 24.*

7. Ca-

7. Capitaliter.

Hoc Adverbium ſapit naturam ſui nominis adjecti- vi, quod in jure noſtro frequentisſimum eſt. Sic capitalis accuſationis mentio fit *in l. 1. §. 13. ff. ad Sct. Turpil.*

Sic vocantur minæ capitales *in l. 7. C. d. his, quæ ut indign.* cauſa capitalis. *l. 6. §. 3. Cod. d. appell. l. 2. §. 1. ff. d. jur. fiſc. l. 3. ff. d. ſtat. hom. quæſtio.* capitalis. *l. 6. C. d. quæſt.* inimicitiæ capitales. *l. 13. ff. d. procur. §. 11. Inſtit. de excuſ. tut. vel curat.*

Sic *capitaliter* punitur ille, qui capitalem fraudem commiſit. *l. 23. §. 2. ff. d. ædil. edict.*

Ita ſervus in cauſa fraudati cenſus punitur capitaliter. *l. 1. §. 21. ff. de quæſt.*

Capitaliter autem puniri dicuntur illi, quibus mors, aut exilium, aut ſervitus contingit. *l. 2. ff. d. pœn. l. 103. ff. d. V. S. l. 13. ff. de bon. poſſ. l. 2. ff. d. publ. judic.* Propriè tamen & ſtrictè loquendo pœna capitalis non eſt, niſi quæ mortem naturalem & vitæ ademptionem importat. *Gloſſ. in l. transigere, 18. Cod. d. transact. Caſpar. Valaſc. in repet. l. imperium. 3. num. 99. ff. de jurisd. Proſper Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 19. num. 2.* & hæc notatio nominis maximè in Foro Saxonico probatur, ubi ea ſolùm dicitur pœna capitalis, quæ vitam hominis adimit. *teſte Dn. Carpz. pr. Crimin. part. 3. quæſt. 129. Weſenbec. in parat. ff. de quæſt. num. 5. Moller. ad Conſtitut. Elector. 1. num. 15. part. 4.*

Atque ita, qui publici Canonis frumenta in diverſis littoribus diſtrahunt, unà cum emtoribus *capitaliter* puniuntur. *l. 3. Cod. quæ res venir. non poſſeſſ. l. 7. Cod. de navic.*

Eademque ratione, quando frumentum, quod devotissimo exercitui mittitur, in prædam lucrumve vertitur, nemini illud mercari licitum est; honestiores enim si hoc fecerint, stylum proscriptionis, & omnium bonorum amissionem incurrunt; inferiores autem vilioresq; personæ *capitaliter* plectuntur. *Magnif. Dn. D. Brunnem. ad l. fin. C. quæ res ven. non poss. ibique Perez. n. 2. Boër. decis. 178. n. 21.*

Sic *capitaliter* punitur ille, qui Prætori, etiam propter privatas inimicitias cum eo, alapam dedit. *Jason. in l. 1. C. de precib. Imper. offer. Dn. Hermes in fascic. suo Jurispubl. cap. 32. q. 66. in fin. pag. mihi 618.*

Hic quæritur, an is, qui dolosè, & modum castigationis excedendo, liberos vel conjugem tàm vehementer percutit, verberat, aut vulnerat, ut vulneratos aut percussos exindè mortem obire oporteat, *capitaliter* puniri possit? & Resp. quod sic, *Magnif. Dn. Præses. part. 1. dec. 1. n. 5. Const. Crim. Carol. V. art. 137.* Landrecht *lib. 2. artic. 13. Novell. Elect. August. const. 6. part. 4. Const. Provinc. Vinar. art. 6. Carpz. pr. Crim. part. 1. q. 15. n. 9. ubi hanc sententiam multis confirmat præjudiciis.*

Porrò quæritur: An minor viginti quinque annis, qui se fatetur adulterum, etiam *capitaliter* veniat puniendus? & Respondetur quod sic. Minores enim ut pote doli regulariter capaces in criminibus & judiciis publicis ætatis suffragio non juvantur. *l. 1. C. si advers. delict. l. 9. §. 2. ff. de min. l. 37. fin. ff. eod. Magnif. Dn. Præs. part. 1. decis. 1. n. 60.*

8. Captiosè.

Hoc Adverbium à nomine captio, i. e. deceptio, descen-

ſcendens, ex natura ſui primitivi, quando ſc. captioſum idem quod damnoſum denotat, *captiosè* (1.) idem quod damnosè ſignificat. *l. 14. §. 5. ff. quod metus cauſ. l. 5. ff. de transact. l. 41. ff. de uſurp. & uſuc.* differunt tamen à ſe invicem, ut cauſa & effectus. (2.) *Captiosè* idem ſignificat quod dolosè, & adeò latè patet, ut ſimul includat adverbium inſidiosè. *l. 1. verb. & adverſus captiones, ibiq; Gloſſ. ff. de minor.* in eo tamen differunt, quod adverbium *inſidiosè* extra contractus, ſed adverbium *captiosè* in contractibus uſu venire deprehendatur. *d. l. 1. ff. de minor. ibique Gloſſ. Calvin. in Lexic. Jur. verb. captio.* Quod tamen non approbandum, ſed maximè improbandum, atque damnandum eſt; quoniam contractus non *captiosè*, ſed honeſtè & bona fide, probâque merce celebrari debent. *Magnif. Dn. Præſ. p. 2. dec. 96. n. 27.* & aliàs contractus *captiosè* & per dolum, cauſam contractui dantem, celebratus, ipſo jure nullus eſt. *l. 7. pr. ff. de dol. mal. l. 16. §. 1. de minor. l. 3. in fin. ff. pro ſoc. add. Gœdd. de contrah. ſtipul. c. 3. n. 114. & ſeqq. Ludwel. in comm. ad §. 1. Inſtit. de except.*

Sic *captiosè* pupillus egiſſe dicitur, qui aliquid in fraudem Creditorum geſſit. *l. 6. §. 10. ff. ſi quid in fraud. cred.*

Ita legatum *captiosè* relictum non ſubſiſtit. *ſecundum comm. Dd. opin. Gail. lib. 2. obſ. 117. n. 5. Jaſ. in l. captatorias. 70. ff. de hæred. inſt. l. 64. de legat. 1. l. nonnunquam. 52. ff. de cond. & demonſt.*

Item articuli tâm probatorii quàm reprobatorii *captiosè* concepti, rejiciuntur, eò quod articuli ſic debeant formari, ut nō ſint obſcuri, vel *captiosè* & ambiguè poſiti, ſed clari, rotundi, & aperti. *Gloſſ. in l. qui juraſſe, §. ſi pater.*

in verb. acquisiti. ff. de jurejur. Bald. in l. sive possidetis. 16. & ibi Bartol. in summ. C. de prob. Aym. Cravett. lib. 1. cons. 5. n. 18. Dn. Carpzov. in process. jur. tit. 13. §. 2. n. 8.

Hoc loco quæritur: Num testamentum inter conjuges metu factum subsistat? Resp. quod non *per text. notabil. in l. fin. ff. si quis aliq. test. prohib. Bart. ibid. n. 16. & per text. in l. fin. C. eod.* quia probato metu, institutio tanquam *captiosè* in testamento facta vitiatur. *Gail. d. lib. 2. observ. 117. n. 5. vid. Bart. in l. un. §. quæ exonerandæ. n. 4. ff. quar. rer. act. non dat. & ad d. l. fin. C. n. 1. Castr. in l. 1. n. 1. in fin. C. eod.*

9. Carè.

Hoc Adverbium, quod germanico idiomate significat **Theuer**/insignem etiam in jure usum habet.

Sic emptoris & venditoris commune votum est: Vili emere & *carè* vendere. *l. 8. C. de resc. vend. ibiq; Gloss. cum Dd.*

Ille verò, qui aliquid accipit, ut res suas *carè* vendat, graviter est puniendus. *Gloss. ad l. 3. verb. nundinarum. ff. de fer. & dilat.*

Ita in illum, qui contra annonam fecerit, societatemve coierit, quò annona *carè* venum eat, *ex L. Jul. de annon.* viginti aureorum. *l. 2. pr. & §. 1. & 2. ff. h. t.* imò extra ordinem etiam gravior. *l. 6. ff. de extraord. crim.* hodiè verò, pro qualitate admissi, etiam capitis pœna statuitur. *Constit. Crim. Carol. V. artic. 113. Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 49. th. 76. Wissenb. part. 2. Exerc. 36. th. 15. Schotan. Exam. jurid. part. 7. tit. 12. ad L. Jul. de annon. Matth. tit. 9. c. 2. Theodor. Diss. 9. th. 2. Boër. decis. 296.*

Cau-

Causam, quod res in Republ. *carè* emantur & vendantur, Magnif. Dn. Carpz. abundantiam nummorum, quibus res venales æstimantur, & appretiantur, potissimam esse statuit, atq; ex *Bodini Respons. ad paradoxa Domini de Malestroict*, exemplum, quod in Hispania & Portugallià, ex magna auri argentique abundantia, res quæque pretio majori, quàm alibi vendantur, adeò ut etiam quindecim ducatos quotannis quis solvat pro barba solummodo tondenda, adstruit *Comment. in Leg. Reg. German. cap. 8. sect. 9. n. 13. & 14.*

Quæritur hîc: an Magistratui, quando annona nimis *carè* emitur vel venditur, justum pretium, quod contrahentes impunè augere nequeant, annonæ statuere liceat? & Respondetur quòd sic. *per l. 1. §. 11. de Off. Præfect. Urb. l. 2. pr. C. ut nem. lic. in empt. spec. se excus. & de mun. sitocom. lib. 10. junct. arg. l. 1. C. de Episcop. audient. & add. l. fin. ff. ad L. Jul. de annon. Dn. Hahn. in obs. ad parat. Wesemb. lib. 48. tit. 12. n. 4.*

Quæritur porrò, an emptor adeò *carè* emens, ut pro re, decem aureos valente, sedecim persolvat, ultra dimidium dici possit deceptus, & propterea contractus *ex l. 2. C. de resc. vend. (quæ omninò etiam ad emptorem pertinet. Magnif. Dn. Præs. part. 2. dec. 99. n. 34. 35. seqq. Dn. Brunnem. in comm. ad d. l. 2.)* sit rescindendus, vel ei id, quod verum pretium superat, restituendum? Et Resp. quod non. Ultra dimidium enim deceptus non est, & prius rem & quidem tempore contractus, duplo pluris emisse quis probare debet, quàm ultra dimidium læsus dicatur. *Mynsing. cent. 4. observ. 73. n. 3. Perez. in comm. ad dict. tit. Cod. n. 8.*

10. Castè.

Hoc Adverbium significationem & naturam sui primitivi non mutat, maximumq; in jure nostro usum habet.

Sic *Castè* vivendo homines animas Deo præsentare possunt. *Nov. 14. §. 1.*

Et *castè* vivere debet Episcopus. *Nov. 6. c. 5. Rittersh. p. 1. c. 8. n. 53.*

Magis tamen à fœminis, quàm à masculis, ut *castè* vivant, leges exigunt. *Gloss. in l. 43. §. quæ in adulterio. 12. ff. de rit. nupt. Francisc. Connan. lib. 5. comm. cap. 10.*

Sic mulier *castè* vivere dicitur, quæ legitimè nubit. *Nov. 2. cap. 3.*

Et raptor, *in l. un. Codic. de rapt. virg.* pro raptu (qui libidinis explendæ causâ de loco in locum, vel saltem ex una domo in aliam fit. *Clarus §. raptus. n. 1. Farin. q. 145. n. 74. & cons. 33. Carpzov. pr. Crim. part. 1. q. 40. num. 26.*) Virginis vel viduæ *castè* honestèque viventis, imò propriæ sponsæ, (propterea quod sponsa, sponsalibus, donec in domum deducta fuerit, renunciare posfit, *l. 1. C. de sponsal. & d. l. un. C. d. t. vers. quibus etiam connumeramus.*) ut & illius, quæ antea meretrix fuit, postmodum verò vitam inhonestam deposuit, & *castè* vivendo mores correxit, *Damboud. pr. crim. c. 97. n. 12. Berlich. part. 5. conclus. 41. n. 57. Molin. tr. 3. D. 105. n. 15.* ultimò suppliciò subjicitur. Hocque procedit, licet libidinis causâ mulierem *castè* viventem rapiens, eam, quòd non potuerit commodè fâcere, non cognoverit. *Jul. Clar. d. §. raptus. n. 4. Ægid. Boss. in tit. de rapt. mulier. n. 14. Chass. super consuetud. Burgund. fol. 16. in fin. Carpz. d. l. n. 27.* Nisi spontè à stupro, vel pœnitentiâ ductus, vel quòd de matrimonio cogitaverit,

verit, abstinuerit. *Dec. lib. 8. c. 7. num. 34. Menoch. caſ. 261. num. 34. & caſ. 360. num. 32. Farin. quæſt. 145. num. 209. Covar. in Clement. furioſ. p. 2. princ. num. 8.* Et quod de propriam rapiente Sponſam diximus, in eo ſcil. etiam ultimum ſupplicium locum habere, verum ſaltem eſt de Jure Civili, non verò hodiernis moribus. *Hippol. de Marſil. in d. l. 1. Cod. d. rapt. Virg. num. 90. Forſt. de ſucceſſ. lib. 9. cap. 3. num. 14. Farin. d. quæſt. 145. num. 91. Anton. Matth. lib. 48. tit. 4. c. 2. num. 12.* Neque Jure Canonico, *per cap. pen. extr. de raptor. ibiq; Zoeſ. in Comm. ad Jus Canon. num. 3.*

Quæritur autem hic, utrum ille, qui *caſtè* viventem virginem rapuit, & in flagranti crimine deprehenditur, à conjunctis perſonis & tutoribus, occidi impunè poſſit? & Reſpondetur quod ſic. *Zœſ. in comment. ad tit. 17. extr. de raptor. num. 2. Anton. Perez ad d. tit. Cod. de rapt. Virg. num. 2. Dn. Brunnem. Comm. ad d. l. un. Cod. d. t. Clarus §. fin. quæſt. 92. num. 3. Farin. dict. l. n. 212. add. Menoch. d. caſ. 360. num. 33.*

Ita etiam in disquiſitionem venit, quam pœnam illi mereantur, qui in ipſo raptu virginis *caſtè* honeſteque viventis, conſilium, & auxilium rapienti præbuerunt? & Reſpondetur, quod tàm fœminæ, quàm mares ultimo ſupplicio veniant ſubjiciendi, *per d. l. un. §. pœnas. 2. ibiq; Dn. D. Brunnem. Anthon. Matth. d. l. num. 2. Carpzov. d. l. d. num. 27. Rittersh. in Novell. part. 12. cap. 11. n. 1.*

Præterea quæritur, utrum Virginem *caſtè* viventem rapiens, raptam poſtmodum in matrimonium ducere poſſit? de jure quidem Civili negatur, *per d. l. un. Codic. d. t. Novell. 134. & 150. Perez. d. l. num. 6.* niſi quod olim

raptor pœnæ causâ raptam, quæ per lictorem ipsi adducebatur, in uxorem duceret, *uti ex Quintiliano probat Cujac. ad Novell. 143. pag. 400. Rittersh. d. l. num. 8.* Verùm hodiè Jure Canonico, rapta si consentiat, cum raptore nuptias licitè contrahit. *cap. pen. & ult. extr. d. rapt. cap. accedens. extr. d. convers. Conjug. Bald. in Rubr. quod met. caus. col. 1. vers. sed numquid per actum spontaneum, extr. in antiq. Abb. Sicul. in cap. insinuante. extr. qui cler. vel vovent. Boër dec. 100. num. 17. Zœs. d. l. num. 3. Canis. in summ. jur. Can. lib. 3. tit. 18. §. 7. Molin. tr. 3. D. 105. num. 9. Farin. d. l. num. 26. & 97. Decian. lib. 8. cap. 13. num. 48. Sanchez. d. matrim. lib. 7. Disp. 13. num. 28.* atque ita pœnam capitis raptor effugit. *Carpzov. prax. crimin. part. 2. quæst. 75. num 68.*

Item quæritur hic, an maritus eam, quam *castè* semper vixisse, & virginem adhuc esse credidit, *castè* tamen eam virginitatem non servasse, sed defloratam ab alio deprehendit, retinere teneatur? Et Respondetur quod non, *per ea, quæ adducit Magnific. Dn. Præses part. 2. decis. 90. per tot.* Nisi sponsus eo animo adfectus sit, ut etiam vitii conscius eam nihilominus duxerit, vel postea cognoverit. *Magnif. Dn. Præs. d. l. num. 9. Zœs. ad titul. 1. extr. d. sponsal. & matrim. num. 43. Navar. in summ. cap. 22. num. 27. vers. nono. Pont. lib. 12. c. 18. num. 2. Beust. de matrim. part. 2. fol. 154. Menz. in tractat. de conjug. fol. 88. Spekhan. cent. 2. class. 2. quæst. 7.* Neque ad dissolutionem hic aliquid facit conditio illa: Si te virginem invenero: hæc enim per se nulla est, copulâ exploratoriâ subsecutâ; secus verò si per fœminas exploratio & demonstratio fiat. *Covar. part. 2. c. 2. Moz. d. div. matrim num. 13.*

Althus.

Althus. diceol. lib. 1. cap. 89. num. 28. vers. per se nullum, ferè in fin. pag. mihi. 278.

Sed quid dicendum de eo, qui eam, quã scivit *castè* nõ vixisse, sed ab alio vitiatã esse, matrimonio sibi copulavit, an ad Collegium opificum admittendus, vel etiam anteà admissus in eo sit retinendus? Et Respondetur, quod sic. Qui enim ejusmodi vitiatam ab alio ducit atque retinet, nihil mali committit. *Dn. Carpzov. lib. 4. Respon. 99. n. 11. Petr. Heig. part. 1. quæst. 21. num. 16.* sed potius quòd illam ducit, atque ita ab erroris sui semita revocat, non minimum charitatis opus exercere dicitur *in cap. inter opera. 20. extr. d. sponsal. D. Ungepaur p. m. Exerc. Justin. 3. th. 9. in nego.* Hinc etiam dignitas ejus, qui nihil admisit, non est impedienda. *l. spurii. 6. in fin. pr. ff. d. Decur. Modest. Pistor. Vol. 1. Consil. 46. num. 7. vers. non enim impediendã. add. Dn. Carpzov. J. P. F. part. 2. constit. 6. & 14. per tot.*

Et ita *in Judicio Moguntin. quod Erphordiæ habetur, Mens. Octobr. Anno 1662.* judicatum fuit. Das Klägers Eheweib / unerachtet / der in ihrem Jungfer-Stande von dem / mit welchen Sie verlobet gewesen / beschehener Schwängerung / an ihren Ehren nicht anrichtig worden; Derowegen den / und weil Sie sich sieder des Christlich und erbar verhalten / ihrem Ehemanne das Handwerck zu legen / und sambt seinem Weibe deroselben Innung und Zunfft-Genoß als untüchtig zu entsetzen nicht geziemet noch gebühret; sondern daran zu viel und unrecht gethan / auch Klägern in solche Zunfft und Ehren-Aembter / allermassen Er selbige tempore destitutionis besessen / nechster Gele-

genheit zu restituiren / und die dißfalls verursachte Schäden und litis expensas, vorbehältlich Richterlicher Moderation, zu welchen allen Sie hiermit condemniret werden / zu erstatten gehalten seyn / iedoch dem beklagtem Handwerck an anderer Zunfft- und Innungs Gerechtigkeit hierdurch nichts benommen/sondern in bester maaß Rechtens vorbehalten seyn soll. Von Rechts Wegen. Et quamvis dicti opifices contra hoc pronunciatum beneficium restitutionis in integrum interponere vellent, à Nobilissima tamen Facultate Juridica hujus loci mense præterito responsum fuit: Aus den Acten so viel erscheinet / das berührtes beneficium restitutionis nicht statt hat/V. R. W.

II. Celeriter. Celerrimè.

Hæc Adverbia temporis, unum idemque, nisi quod gradu differunt, significant, idemque denotant, quod statim, ilicò, & sine ulla dilatione. *Calvin. Lexic. jur. hic.*

Usum eorum, quod attinet, frequens ille & elegans in jure reperitur.

Sic quando reus *celeriter* & sine causa è custodia dimissus est, Præses Magistratum punit, & dimissum capi, iterumque vinciri jubet. *l. 10. ff. de custod. & exhib. reor.*

Sic quando tutor prædium majoris pretii, pretio minori vendidit, Præses Provinciæ residuum pretium una cum usuris, quamvis pupillus major factus alienationem ratam habuerit, à tutore *celeriter* restitui jubet. *l. 6. C. arbitr. tut.*

Sic

Sic quando in deposito compensatio locum non habet, ab utraque parte res deposita *celerrimè* est restituenda, *l. 11. C. depos.*

Et cum Prætori dilatio videtur periculosa, rem *celeriter* excutere debet. *l. 1. ff. de damn. infect.*

Ita, Actiones quando *celeriter* inter se conjunguntur, una occultari dicitur, *in l. 3. §. 12. ff. de donat. inter vir & uxor.*

Ita nullum præsentius remedium suppullulantibus turbis & detestandis seditionibus reperitur, quàm si *celeriter* comprimantur. *Dominic. Arum. tract. de Comit. cap. 5. n. 30. p. 274.*

Sed quæritur, an contra bannitum, in provincia judicis deprehensum, *adeò celeriter* procedi possit, ut absque communicatione aliorum indiciorum, si quæ contra eum extant, & sine prævia defensione, torturæ subjiciatur? & Respondetur, quod non, *per Ordin. Crim. Carol. V. art. 47. sub rubr.* **Ausführung der Unschuld vor der peinlichen Frage zu vernehmen.** *l. si non defenduntur. 19. ff. d. pœn.* deprehensus enim bannitus, & jam captivus, non tantum super fuga & bannimento est audiendus, sed etiam alia indicia, si quæ contra eum extant, ante torturam ad elidendum sunt communicanda, & ipse cum defensione sua omninò est audiendus. *Prosper. Farin. pra. Crim. lib. 1. quæst. 11. num. 45. 46. & 47.* aliàs confessio extorta quamvis ratificata, ipso jure nulla est, *l. 1. §. Divus Severus. 17. ff. de quæstion. Zanger. de tortur. cap. 5. num. 31. 34. & seqq. Justus Oldekop. in tract. contr. Magn. Dn. Carpzov. part. 2. decad. 2. quæst. 6. & in suis Obs. Crim. tit. 4. Observ. 2. n. 3. seqq.*

12. Centies.

Numerandi hoc Adverbium eſt, & in Pandectis Florentinis *centiens* ſcriptum ſæpè inveniri ait *Calvin. in Lexic. jurid. verb. Centiens.*

Significatio & uſus hujus adverbii *centies* apparet *in l. tantum. 88. ff. d. V. S. ibi: Sic dicimus centies aureorum habere, qui tantum in prædiis cæterisq; ſimilibus rebus habeat,* id eſt *centum aureos in bonis habere is dicitur, ex cujus ſubſtantia, hæc aureorum ſumma poteſt confici;* res enim æſtimantur pecuniâ numeratâ. *l. 1. ff. d. contrah. empt.*

Sic *centies* aureorum legatis valet legatum, & hæres ad dandum pecuniam legatam compelli poteſt, etiamſi in hæreditate nulli ſint aurei, quia ex venditione rerum hæreditariarum quantitas legata facile poteſt redigi, ſi modo hæreditas ſolvendo ſit. *l. ſi pecunia. 12. ff. de legat. 2. Wiſſenb. ad tit. ff. d. V. S. Diſput. 23. num. 13.*

Sic quando Dd. vocem millies, *in l. 4. §. 1. ff. de ſtatu liber.* interpretantur, & dicunt, quod idem ſonet ac *centies* centena millia, tunc ſimul innuunt, hanc conditionem: ſi hæredi *centies* centena millia dederis: ſervo adjectam, pro maximè difficili, imò impoſſibili haberi, nec ſervum exinde libertatem conſequi. *d. l. 4. §. 1. ff. d. ſtatu lib. ibiq; Gothofr. in not.*

13. Certè. Certò. Certo Certius. Certisſimè.

Affirmandi hæc Adverbia ſunt, ſuamque ab adjectivo Certus, a, um, originem ſumunt.

Certum autem in jure varie ſecundum ſubjectam materiam, modo latius, modo anguſtius accipitur, atque illud

illud propriè certum dicitur, de cujus certitudine constat, & quando apparet, quid, quale, quantumque sit. *l.74.§.1. ff.d.V.O.*

Hinc adverbium *certò* etiam idem significat, quod liquidò, & verè, *in l.5.§.2. Cod.d. summ.Trin. & fid. Cathol.*

Ubi verò adverbium *certò certiùs* quasi repetitum extat, tunc etiam majorem, & magis infallibilem certitudinem innuere videtur, id quod apparet *ex l.10.§.14.* ib. *neq. enim dos in fraudem creditorum constituenda est & hoc certò certius est, & sæpissimè constitutum. ff. quæ in fraud. credit.*

Significationem & Usum adverbii *certè*, quod attinet, duplicem potissimum in jure deprehendimus.

In prima significatione nominaliter & in genere neutro usurpatur, & denotat, idem quod certum est: atque ita positum reperitur, *in l.52.§.2.* ibi: *illud quidem certè, quoquo modo sese res haberet, cum Domino posteriorum mularum agi non posse.* Id est: *illud quidem certum est, quoquomodo sese res haberet, cum Domino posteriorum mularum agi non posse.*

In altera significatione adverbialiter idem sonat, quod Germanicum **Warlich / gewißlich / fürwahr.** Et ita positum reperitur, *in Novell.17 cap.6. in fin.* ibi: *Et duorum propones electionem utrum velit dato verbo absolute abrenuntiare, & agere, quæ judicata sunt: Certè si hoc non: sacris eum terminis restitues, & ibi executionem inferes temperate, & cum debita venerabilibus locis reverentia,* id est, *certè si hoc non elegerit, sacris eum terminis restitues, & ibi executionem inferes temperatè & cum debita venerabilibus locis reverentia.*

At-

Atque ita quoque accipitur, quando dicimus: ubicunque aliquid *certè* actum est, ibi conjecturæ locus non est. *Johan. Cöppen dec. 1. Enucl. quart. num. 185. pervulgat. l. continuus. 137. §. cum ita. 2. in fin. ff. d. V. O.*

Hac occasione quæritur, an debitor etiam impensas immodicas & superfluas, quando scil. se nudâ Creditoris super iisdem assertione *certò certiùs*, *imò certissimè* staturum promisit, præcisè solvere teneatur, an verò expensæ illæ immodicæ & superfluæ nihilominus moderandæ veniant? Et priùs primâ fronte affirmandum videtur, utpote quod quilibet favori pro se introducto renunciare possit. *l. si judex. 41. ff. de minor. l. pactum. 46. fin. ff. d. pact. l. 29. Cod. eod.* Et moderatio expensarum in favorem victi, ne is plus æquo gravetur, introducta sit. *Andr. Gail. observ. 151. n. 11.* Verùm, quia in omni promissione, modicum & superfluum excluditur. *l. sciendum. 19. §. illud sciendum. 4. ff. d. ædil. edicto. l. 30. de oper. libert. l. 3. Cod. d. dot. promiss. Joach. Beust. in l. 17. ff. d. jurejur.* Et sub generali sermone & obligatione ea non veniunt, ad quæ verisimiliter in specie, quis se non esset obligaturus. *l. obligatione. 6. ff. d. pignor. l. creditor. 60. §. Lucius. 4. ff. mand. l. Lucius 21. §. pen. ff. ad Municip. Magnif. Dn. Præs. part. 2. decis. 99. num. 93. Flamin. de Rub. Vol. 1. Cons. 33. n. 54. Decian. Consil. 532. num. 2.* negativa sententia verior, & in foro recepta est. *Magnif. Dn. Carpz. part. 1. const. 31. defin. 32. Dn. Berlich. part. 1. concl. 54. n. 78.*

14. Cessim.

Hoc Adverbium unicam habet significationem, & sonat, idem quod retrò. Quando verò cum verbo Eo

Con-

conjunctum reperitur, tunc *cessim ire* primò significat retrò ire; & in hac significatione bis positum reperitur *in l. 51. §. 2.* ibi: *interim superius plostrum cessim ire cæpit,* & ibi: *quodsi neq; mulæ, neq; homines in causa essent, sed mulæ retinere onus nequissent, aut cum conniterentur, lapsæ concidissent, & ideò plostrum cessim redisset, atq; hi, quo conversum fuisset, onus sustinere nequissent, neq; cum Domino mularum, neq; cum hominibus esse actionem. ff. ad L. Aquil.*

Secundo significat calce percutere. *Gothofr. in not. ad l. 43. pr. lit. z. ff. d. ædil. edict.*

Hinc quæritur, an venditor, qui equum *cessim ire,* id est, retrogredi, vel calce percutere solitum vendidit, teneatur, ita ut emtor de hisce equi vitiis experiri, & pretium repetere queat? & de jure civili respondetur quod sic. *per d. l. 43. in pr. junct. Gloss. in l. ob quæ 4. §. animi autem verb. dixerunt. ff. d. ædilit. edict. Specul. tit. de rescind. vendit. §. nunc dicendum n. 2. Johan. Wilhelm Rövenstrunck d. redhibitor. judic. equest. c. 4. n. 4. & sqq. ubi plures alios morbos redhibitionem admittentes refert. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 1. n. 81.* Verùm quoad posterius, quod sc. equus non sit calcitrosus, aliud obtinet de Jure Saxonico, quo venditor non nisi de tribus hisce vitiis equi tenetur, puta (1.) quod non sit retrogradus, daß es nicht stetig sey. (2.) Nec cæcitate latente vel invisibili laboret, daß es nicht starr-blind sey & 3. quod non sit scabiosus, daß es nit Haar schlecht sey. Weichbild. *artic. 97. ibiq; Gloss. Magnif. Dn. Præs. part. 2. dec. 95. n. 30. pag. 289. & 290. Carpz. part. 2. const. 34. def. 17. n. 7. Matth. Coler. d. l. n. 82. & part. 1. decis. 228. n. 7. Reinhard. part. 6. diff. 56.* Et hæc assertio procedit in venditore alia vitia ignorante, & dolosè non

K reti-

reticente *Dn. Præses decis. 95. n. 30.* ubi tamen *n. penult.* addit, venditorem ad refusionem pretii teneri, si equum vendiderit mucosum sive pituitosum.

15. Civiliter.

Hoc Adverbium imitatur naturam sui nominis, & frequentissimum in jure usum habet.

Non autem uno modo accipitur, sed vel generaliter, & significat idem quod secundum Jus Civile, ejusque præcepta & sanctiones. Vel specialiter, & ita

(1.) Civiliter & Jure Prætorio experiri sibi invicem opponuntur. Atque hoc sensu *Civiliter* institutæ actiones dicuntur illæ, quæ ex legitimis & civilibus causis descendunt; hoc est, quæ jure Civili strictè dicto, legibus sc. plebiscitis, SCtis, Decretis Principum, atque autoritate prudentum introductæ sunt. *l. 7. pr. ff. d. just. & jur. Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 46. th. 61.*

(2.) Opponuntur sibi invicem *Civiliter* & naturaliter, *ut in l. 1. §. 2. ff. d. V. O. l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix.* Et ita adverbium *Civiliter* positum etiam reperitur *in l. anniculus. 134. ff. d. V. S.* quando enim ibi dicitur, quod annus civiliter, hoc est civili modo, & secundum juris civilis rationem & interpretationem, non ad momenta temporum, sed ad dies numeretur. *Alciat. & ante eum Alber. Rosat. ad d. l. 134. d. V. S.* tunc omninò hanc significationem recipit, ut civiliter & naturaliter sibi invicem opponantur; naturaliter enim annus à momento ad momentum, *ut in edicto de minoribus. l. deniq; 3. §. minorem 3. ff. de minor.* Civiliter verò à die in diem tempus ita supputatur, ut dies ceptus habeatur pro completo, ut in L. Julia & Papia, cum quæritur, quis sit anniculus, *d. l. 134. d. V. S.*

V.S. item in testamenti factione. *l. in usucapionibus 6. ff. de usurpat. & Usuc.* & in plerisque aliis causis. *l à qua ætate 5. ff. qui test. fac. poss. item in Usucapione. l. 1. ff. d manumiss. l. si cui legetur. 49. ff. d. legat. 1. junct. l. si annos 49. ff. d. condit. & demonstr. addatur Gœdd. in l. 2. §. 1. ff. d. V. S. n. 23. sqq.*

Ita civiliter tollitur obligatio acceptilatione. *§. 1. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 1. ff. d. acceptil.* novatione. *§. 3. Inst. d. t. l. 1. ff. d. novat.* Naturaliter verò solutione. *pr. Inst. d. t.* aut interitu rei promissæ. *l. 107. ff. de solut.* Ita *civiliter*, & juris ministerio, verbis, sine facto corporali acquiritur stipulatio. *l. 5. §. 1. ff. d. V. O.*

Ita *civiliter*, cogitatione & in animo retinetur possessio. *l. si id quod 25. §. ult. ff. d. acquir. vel amitt. poss. l. 10. C. eod. l. 1. §. sive autem 24. ff. de vi & vi armata*, contra verò possessio naturaliter acquiritur, & retinetur solâ corporali, quæ in facto consistit, apprehensione & detentione. *l. possessionem. 29. & l. 1. pr. ff. d. acquir. vel amitt. poss. d. l. 1. §. 24. ff. eod.*

(3.) Opponuntur sibi invicem *civiliter* & criminaliter. *Civiliter* autem instituuntur illæ actiones, quæ ad privatum ipsius agentis commodum intenduntur, & in jure etiam forenses dicuntur. *l. 1. §. 1. ff. d. incend. ruin. naufr.*

Sic *civiliter* agere dicitur, qui pecuniariter agit. *l fin. ff. d. privat. delict.* Et furti, qui vult, etiam *civiliter* agere potest. *l. fin. ff. d. furt.*

Sic etiam ex L. Cornelia injuriarum actio civiliter moveri potest. *l. 37. §. 1. ff. d. injur. & famos. libell. §. 10. Inst. eod. l. 7. l. 9. l. 21. ff. eod.*

Fortuita etiam incendia *civiliter* exercentur *in l. 28. §. 12. ff. de pœn.* deque falsi crimine *civiliter* agitur. *l. unic. C. quand. civil. act. crim præjud.*

Occaſione adverbii noſtri civiliter quæritur: (1.) an commodati actio *civiliter*, an vero jure Prætorio competat? Et affirmatur prius, *per l. 17. §. 3. ff. commodati. vid. Accurſ. & Dyn. item Nicas. ad §. ſed iſtæ. Inſt. d. act. n. 30. Non obſtante l. 1. ff. d. t.* Prætor enim tanquam moderator & cuſtos juris civilis, non ſolùm Prætorias ſed etiam civiles actiones ſe daturum pollicetur, & Prætoriæ actiones non ſunt, quas Prætor dat approbando, vel confirmando, ſed quæ ab eo ſunt introductæ. *l. 1. ff. d. his quæ dejec. vel effud. l. 1. ff. d. calum. l. 7. §. 7. ff. de pact. Pac. centur. 8. n. 7.*

Quæritur (2.) quomodo minor ſine conſenſu curatoris obligetur? Reſpondetur neque *civiliter*, neque naturaliter, *per l. 3. C. de reſt. in integr.* ubi minor, curatorem habens, prodigo, cujus contractus ipſo jure nullus exiſtit. *l. 6. d. V. O.* comparatur. *& per l. 1. de curat. furioſ.* ubi non minus minori quam pupillo per dationem curatoris bonorum ſeu rerum eſt ademta adminiſtratio, Ergo etiam obligatio, à qua jus alienandi divelli nequit. *d. l. 6. ff. d. V. O. arg. l. 21. & ibi Gœdd. d. V. S. l. 3. pr. d. O. & A.* Niſi obligatio ſit merè perſonalis, qualis in matrimonio contrahendo conſpicitur. *l. 20. ff. d. rit. nup.* & minor rem ſuam non deteriorem ſed meliorem effecerit. *l. 101. ff. d. V. O. add. pr. Inſt. d. Autor. tut. l. 14. ff. de condict. indeb. Dn. Franzk. p. m. Exercit. ad Inſt. 3. quæſt. 5.*

Quær. (3.) An actione *civiliter* inſtitutâ poſtmodum etiam criminaliter agi poſſit. Et reſpondetur quod ſic. *per d. l. un. C. d. t. Cujac. 5. obſervat. 15.*

16. Clam, Clanculum, Clandeſtinè Clandeſtinò.

Hæc

Hæc Adverbia, quorum usus in toto jure maximus & frequentissimus est, sonum quidem, non verò ipsam significationem variant.

Originem horum adverbiorum quod attinet:

1. Adverbium *Clam* à claudendo sive à clavibus, quòd his, quæ celare & abscondere volumus, claudimus, duci putat Festus *libr. tert.*

Clam alias etiam præpositio est, quæ accusativo & ablativo præponitur; Priscianus tamen *libr. 14.* adverbium magis esse credit, cum nec localem habeat significationem, (quam plerumque præpositiones possident,) & diminuatur (quod nulla præpositio habet) ut *clanculum*, & possit absque casu proferri (id quod etiam de præpositione non prædicatur) ut *clam* ferre sententiam. i. e. notam in urnam mittere. *Cic. lib. 3. d. Legib.* & verè quoque illâ adverbiorum naturâ, cujus est qualificare & informare, præditum sit. *Dn. D. Döring. in Biblioth. JCtor. p. 690. n. 5. add. l. cum interdum 6. C. arbitr. tut. Bald. in l. precibus. 8. n. 35. C. de impub. & alior. substit. Andr. Tiraquel. ad l. si unquam. 8. in gloss. verb. revertatur. n. 85. C. d. revocand. donat.*

Clam autem dicitur facere is, qui celandi animo habet eum, quem prohibiturum se intelligeret, & id existimat, aut existimare debet se prohibitum iri. *l. 3. §. fin. ff. quod vi aut clam.*

Sic *clam* possidet hæres ejus, qui precariam possessionem tenebat, si in ea maneat. *Paul. lib. 5. sentent. tit. ult.*

Clam etiam uti dicitur, qui prohibitus utitur. *l. 3. pr. & §. 11. ff. de itin. act. priv.*

Et *clam* factum videtur, quod quis, cum contro-

versiam haberet, habiturumve se putaret, fecit *l. 73. §. vi factum. ff. d. R. I.*

Sic *clam* possidere eum dicimus, qui furtivè ingressus est possessionem, eo ignorante, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, & ne faceret timebat. *l. 6. ff. d. acquir. vel amitt. possess.* talis autem clandestina & quasi violenta possessio non prodest, etiamsi Principis rescripto sit munita. *l. 11. C. und. vi. Flam. de Rub. Vol. 2. consil. 69. n. 210.*

Sic *clam* ab aliquo aquam ducere dixit Ulpianus *in l. 1. ff. d. aq. quot. & æstiv.*

Ita *clam* & occultè fieri dicitur, quod fit coram duobus vel tribus saltem testibus. *Boër. cons. 40. n. 5. Cephal. consil. 421. n. 57. lib. 3. cons. 435. n. 96. eod. libr. 3. Socin. jun. consil. 88. n. 47. 52. lib. 2. Flamin. de Rub. vol. 1. consil. 21. numer. 58.*

Sic qui aliter fecit, quàm denunciavit, vel qui decepto facit eo, ad quem pertinuit, non facere, vel si quis denunciaverit se opus facturum, non semper non videtur *clam* fecisse, si post denunciationem fecerit, debebit enim & diem & horam denunciatione complecti, & ubi & quod opus futurum sit, neque profusoriè aut obscurè dicere, aut denunciare, neque tam arctare adversarium, ut intra diem occurrere ad probibitionem non posit. *l. 1. pr. & §. 1. ff. quod vi aut clam.* actus enim ille etiam habetur pro *clam* celebrato, & non tenet, quando ad eum proceditur alià horâ quam statutâ. *l. fin. §. fin. & ibi Bartol. ff. quod vi aut clam. Specul. in tit. de sent. probat. §. juxta. vers. est etiam nulla.*

Sic idem *clam* & pro suo possidere quis non potest. *l. pen. in fin. pr. ff. pro suo.*

Ita

Ita quod callidè, & per interpositam personam fit, *Bart. in l. pupillus. 5. § sed si. 3. & 5. sanè 4. ff. de autor tut. vid. supr. hac disp. 2. adverb. callidè.* Item quod spretâ autoritate ejus fit, qui eam impertiri debuit. *Archidiac. in c. certum. de consecrat. dist. 1. verb. furtivè. Felin. in cap. consuluit. numer. 21. & 22. X. d. off. & potest. judic. deleg.* Item quod ante fit actualiter, & in ipsa substantia vel qualitate, quàm denunciatum fuerit. *Mascard. d. probat. vol. 1. concl. 297. n. 14.* item quod fit non servatâ solennitate requisita & consuetudine, *clam* fieri dicitur. *Bart. in l. fin. ff. de rit. nupt.*

II. Adverbia *Clandestinè* & *Clandestinò* descendunt ab adjectivo clandestinus, a, um.

Clandestinum autem in jure dicitur quod probari non potest. *Card. in Clem. 1. vers. nota. de haret. Felyn. in cap. scripturam. X. de fid. Instrum.*

Item clandestinum dicitur tempus nocturum. *Bald. in l. cum fratrem. C. de iis quib. ut indig. Alexand. Vol. cons. 1. Flam. de Rub. Vol. 1. cons. 11. n. 104. & 105.*

Sic *clandestinò* fieri dicitur, quod non potest pervenire ad notitiam ejus cujus interest. *Bald. in l. 2. C. de his qui ex publ. rationib. lib. 10. Gloss. ib. in verb. occultè per l. clam possidere & ibi Dd. ff. d. acquir. poss. Decian. in l. quo tutela. §. clam. n. 1. ff. d. R. I. Tiber. Consil. 81. n. 33. lib. 4.* Exemplum habemus in alienatione, quæ tunc *clandestinò* facta dicitur, quando ad illius, cujus interest, notitiam non pervenit. *Menoch. arbitr. lib. 2. cas. 194.*

Sic *clandestinè* etiam tunc facta censetur alienatio, quando per interpositam personam facta dicitur. *Menoch. lib. 3. præsumt. 125. Althus. dicæol. lib. 1. cap. 110. n. 14.*

Sic

Sic *clandestinè* factum dicitur, quod non est contractum coram amicis & testibus. *Cephal. consil. 82. n. 26. lib. 1. Flamin. d. Rub. Vol. 1. cons. 21. n. 60.*

Clandestinè autem sive clam & clanculum factum, sive contractum non tenet, nec valet, sed pœna coërcetur. *d. l. fin. ff. d. rit. nupt. l. non existimo 54. ff. d. administ. tut. l. pen. C. de rescind. vendit. Flam. de Rub. cons. 4. num. 60. Vol. 2.*

Imò nec valet sententia *clandestinè, clam, vel clanculum* & in loco non publico recitata. *l. cum sententiam C. d. sent. & interl. omn. jud. Flam. d. Rub. d. l. num. 61.* quoniam *clam* facta omnia fraudulenta præsumuntur. *dicente ipsâ infallibili veritate: qui male agit, odit lucem. & est textus in cap. fin. §. quam. X. d. clandest. desponsat. Flam. de Rub. d. Vol. 1. cons. 21. n. 56.* Suspecta sunt. *l. nemo. C. d. summ. Trin. & fid. Cathol. l. inter. C. de sent. Cravet. cons. 129. n. 11. lib. 1. & lib. 2. cons. 205. n. 5. Flam. d. Rub. Vol. 2. cons. 77. n. 426.* Et ex illis dolus & culpa præsumitur. *Barbat. lib. 4. cons. 25. Alban. consil. 97. n. 5. Cæpoll. cons. 39. n. 63. Bald. in l. 11. C. de repudiand. hæred. Tiraq. in tract. d. retract. convent. in præfat. n. 13. 14. & 15. Cæsar. Manent. cons. 101. n. 53. Menoch. lib. 3. præs. 124. n. 40. sqq. Roman. cons. 406. Honded. cons. 35. n. 64. & 66.* Et semper durioris partis interpretationem recipiunt. *Dn. David Döring. d. l. p. 477. n. 68. add. Magnif. Dn. Carpz. part. 4. const. 20. def. 7. n. 6.*

Et quemadmodum illa quæ in facie, capite & præcipuis membris, & quæ in loco, theatro, foro, curiave fiunt, ut in omnium notitiam statim perveniant, graviora nonnunquam habentur illis, quæ *clam* peraguntur. *§. atrox. 9. Inst. d. injur. §. ex malefic. 18. Inst. d. action. Farinac. quæst. 18.*

num.

num.67. Menoch. caſ. 263. n. 27. centur 3. per l.7. §. 6.7. & 8. & l. 8. l.9. ff. de injuriis. Ita quandoque etiam *clam* commiſſa delicta, graviora cenſentur iis, quæ palam committuntur. *l. palam. 33. pr. & §. 1. ff. d. rit. nupt. l. fin. d. effract. l. non exiſtimo 54. ff. d. adminiſt. tut. l. 1. C. d. malef. Tiraq. cauſ. 75. d. pœn. temper.*

Hinc quæritur 1. An ſponſalia *clam* celebrata ſubſiſtant: & Reſpondetur quod non: quia, ſi vel nullis teſtibus intervenientibus (ut maximè parentibus ſint orbati contrahentes. *Reformat. D. Auguſt. Elector. Saxon. d. Ann. 1582. tit.* **Von Ehegelöbnüſſen §. Wenn aber.** *Petr. Heig. part. 1. quæſt. 22. n. 33. Magnif. Dn. Carpz. d. part. 4. conſt. 20. def. 7. n. 5.)* Vel ſine parentum conſenſu ſponſalia facta ſunt, ipſo jure (ſicut nec cætera, quæ contra leges fiunt, ſubſiſtunt. *l. 5. C. d. Legib.*) tam Civili quam Canonico pro invalidis habentur. *l. 2. ff. d. rit. nupt. l. 68. ff. d. jur. dot. l. 4. C. d. inceſt. & inut. nupt. c. aliter. 1. cauſ. 30. quæſt. 5. ubi in §. ita peracta. Matrimonia aliter quàm legitimè peracta adulteria potius, vel contubernia, vel ſtupra, aut fornicationes quam conjugia vocantur. Brandmyl. in utriusque juris differ. verb. deſponſatio. p. 81. & 82.* **Ehe-Ordnung** *Sereniſſ. Elector. Saxon. Joh. Georg. Tit.* **Von Verlöbnüſſen.** *Dn. D. Struv. Exerc. 29. th. 15. Dn. Carpz. Jurispr. Conſiſtor. lib. 2. d. 33. 34. & lib. 5. Reſpon. 109. n. 9. ſqq. & dict. Juriſpr. Conſ. d. lib. 2. def. 38. 39. 40. Menoch. libr. 3. præſumt. 1. n. 99. & ſqq. Mozz. de ſubſtant. matrim. num. 13. ſqq. Covar. tom. 1. p. 2. c. 6. n. 10. Maſcard. concl. 1035.* Verùm ſi res amplius non eſt integra, ſed ad ſponſalia *clam* celebrata acceſſerit concubitus, tum matrimonio utique ſunt conſummanda. *cap. ſufficiat, & cap. cum cauſam X. de raptor. cap. Veniens 13. X. d. ſponſal. c. per tuas 6. X. d. condit. appoſ.*

Magnif. Dn. Præses part. 1. dec. 8. n. 6. & 55. Magnif. Dn. D. Struv. d. l. th. 17. Dn. Carpz. d. l. 2. def. 36. 37. Duaren. in tit. ff. solut. matr. n. 4. pag. 243. Schneidevv. ad tit. Inst. de nupt. part. 2. n. 35.

Quæritur (2.) qua pœnâ ille, qui conspirantes cum latronibus & similibus facinorosis, sciens dolo malo *clam* suscipit atque fovet, ut latrocinia sua & facinora possint exercere, sit afficiendus? & respondetur quod eâdem pœnâ, qua ipsi latrones & facinorosi. *l. 1. ff. d. receptat. l. 1. C. de his qui latron. l. un. C. d. crimin. pecul. l. 5. §. 12. d. SCt. Syllan.* & dispendio facultatum, *secundum Perez. comm. ad d. t. C. de his qui latron. n. 2.* Ille verò, qui post perpetratum delictum latrones receptat, & *clandestinò* fovet, pœnâ arbitraria veniat plectendus. *d. l. 1. in fin. C. d. t. vid. l. 2. C. eod. l. 40. d. pæn. l. 13. ff. d. offic. Præsid. Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 48. th. 102. Dn. Carpz. prax. crim. part. 3. quæst. 134. n. 37. & sqq. & part. 2. quæst. 87. n. 49. sqq.*

Quæritur (3.) an is, qui scienter per aliquot dies ad se aliquem facinorosum *clam* receptum *clam* retinuit, & postmodum Magistratui indicat, nihilominus criminis de receptatoribus reus sit? & respondetur quod non, *per ea quæ adducit Magnif. Dn. D. Struv. d. l. th. 104.*

Quæritur (4.) An quis ob solam scientiam delicti jam commissi, quòd illud *clam* penes se habuit, pœnâ aliquâ teneatur? Et regulariter hoc negatur, utpote quod nemo alterius delictum revelare teneatur. *can. placuit. 6. quæst. 2. l. pen. ff. d. furt. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 82. Petr. Theodor. in Colleg. crim. Disput. 3. th. 15. lit. c.* Nisi ipse vel conscii delicti fuerit particeps, vel delicti adhuc perpetrandi scientiam habuerit, illudq; cum potuit, non impe-

impediverit. Vel delictum fuerit atrocissimum, quale est crimen læsæ Majestatis, Parricidii, Assassinii, latrocinii, quæ ut publicè ob suam enormitatem coerceantur, Reipubl. maximoperè interest. Unde crimina hæc perpetrata non revelans, à pœna arbitraria immunis non est. *l.5. §.6. ibiq; Salyc. C. ad L. Jul. Majest. Dn. Carpz. d. l. n.56. 60. & seqq. Prosper. Farin. consil. crim. 104. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disput.3. th.5. circ. fin.* Vel à Magistratu interrogatus. Vel juxta ordinationes à superiore promulgatas, (Rüge-Ordnungen/) vel denique ratione officii delictum Magistratui denunciare obstrictus fuerit. *Magnif. Dn. D. Struv. d. l. th. 104. in fin.*

Sed quid si parentes, cognati, vel affines requisiti à Magistratu, ubinam filius *clandestinò* se detineat, interrogati fuerint, tenenturne hoc indicare, & si ignorantiam prætendant, juramento sese purgare? Et *ex l.15. ff. ad L. Aquil.* hoc utique affirmandum esse videtur. Verùm cum obstet hîc metus perjurii, atque hi non tâm dolo, quàm amoris atque affectionis vi victi fecisse id videantur, negantium sententiæ, ut æquiori & rectiori, meritò subscribimus, *per l. 2. ff. d. receptat. l. parentes. 6. ibiq; Salycet. in pr. vers. nota quod cogi non debeat. C. d. testib. Dn. Carpz. d. l. n.52. Anton. Gomez tom.3. var. resol. c.12. n.12. Prosper. Farin. de testib. quæst. 54. n.170. Jul. Clar. in pract. §. ult. quæst. 24. vers. scias tamen. Jason in l. 3. ff. d. justit. & jur. Matth. lib. 47. Digest. tit.1. c.1. n.3. Wesenb. in parat. ad d. tit. ff. d. recept. n. 2.* Nisi & hic prædictæ personæ criminis sint participes. *arg. l.10. C. ad L. Fab. de plagiar. l.39. §. mulierum. ad l. jul. d. adult. Matth. & alleg. d. l. Wissenb. part. 2. disp.31. th.21. Anton. Perez. d. l. n.3.*

Quæritur (6.) quid juris, si pars sibilet in aurem judicis, *clam* & secretò cum eo loquens? Respondetur quod ex hoc ipso judex reddatur suspectus, *uti notat Specul. tit. de position. §. 7. Abb. in cap. accedens. n. 8. X. ut lit. non contest. Lanfranc. de Oriano in rep. c. quoniam contra. verb. recusationes. X. de probat.*

17. Clementer.

Hoc Adverbium, quod genitricem suam recognoscit clementiam, idem quod benignê, gratiosè, leniter, humaniter, & misericorditer, significat, usumque in jure gratissimum habet. Quemadmodum autem Clementia, (quæ in Principibus equidem potentissima dos, *Magnif. Dn. Præses part. 1. decis. 1. num. 200. pag. 36.* & adeò pretiosa est, ut Principes nullum modum habeant certiorem & minus sumptuosum acquirendi corda, & eadem conservandi, quâm ipsam Clementiam. *Domin. Arum. tract. de Comit. cap. 5. n. 48. pag. 290.*) non solius Principis est, aut eorum Magistratuum, qui parem habent cum Principe in judicando potestatem, *uti Calvinus in Lexic. jur. verb. clementia, adserit*; sed promiscuè in jure nostro partim ad ipsum Deum, *ut in l. 23. pr. verb. nam ita credimus. C. de nupt.* Partim ad Imperatorem sive Principem, quando nimirum Imperatoris sanctio clementissima, *ut in dict. l. 23. §. 1. C. de nupt.* & ipsa Clementia Imperatoria. *dict. l. 23. §. 6. C. de Nupt.* & Principalis cognominatur, *ut in l. 1. l. 2. §. 3. & l. 3. C. de his qui ven. ætat. impetrav.* Partim ad judices, quando sc. clementiorē i. e. mitiorem sententiam dicere, *ut in l. 3. ff. de decurion.* & clementiorem examinationem instituere possunt, *ut in l. 1. C. de adsertion. tollend.* Partim denique ad privatos etiam homines, quando eorum ulti-

mæ

mæ voluntates clementes dispositiones vocantur, *ut in l. un. C. de L. Fus. Canin. tollend.* spectare dignoscitur; Ita etiam (quà ipsum Adverbium) Prætor cum eo, qui rem alicujus metu ablatam detinet, quando eidem, ut rem saltem restituat, pœnam verò quadrupli evitet, facultatem concedit, satis *clementer* egisse dicitur. *in l. 14. §. 1. ff. quod met. caus.*

Hic autem primò quæritur: An Magistratus, facinorosis reis, gratiam admissi criminis facere, iisque Pænam mortis *clementer* remittere possit? Et negatur quoad Magistratum inferiorem; tum quòd merum hic solummodò Imperium, & in foro Saxonico superiorem ac altam jurisdictionem (Die Ober- und Blut-Gerichte) absque regalibus, quibus à Principe investitus non est, habeat. *Dn. Carpz. pr. crim. part. 3. quæst. 150. n. 49. Prosper. Farin. in prax. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 6. n. 2. 22. sqq.* tum quòd Magistratus & judex inferior semel judicata & legibus decisa minimè mutare possit. *l. judex posteaquam. 55. ff. de re judic.* ejusque sententia quando legibus est mitior, corruptela dicatur. *Andr. Tiraquel. in tract. de pœnis temp. caus. 50. n. 21. Besold. disp. polit. 3. class. 1. th. 14.* Aliud verò est quoad ipsum Principem, aliosque Status Imperii, & Magistratus superiores, quibus Regalia & jura territorialia ex potestate absoluta competunt, de quibus omninò affirmatur, quod reis pœnam mortis *clementer* remittere & pœnæ veniam indulgere queant, eò quòd juxta communiorem & veriorem tam JCtorum, quàm Politicorum sententiam jus aggratiandi, reisque pœnæ veniam indulgendi, rectissimè inter Regalia seu jura Majestatis referatur. *Prosper. Farin. allegat. loc. n. 2. per leg. relegati. l. ad bestias*

ſtias §. ex provincia. ff. de pœnis. l. 2. C. de bon. damnat. Anton. Peregin. de privil. Fiſci lib. 5. tit. 2. n. 1. & ſqq. Anton. Theſſaur. deciſ. 21. in princ. Chriſtoph. Beſold. claſſ. 1. diſp. polit. 3. th. 14. Johan. Bodin. lib. 1. de republ. cap. 10. num. 164. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diſput. 10. th. 7. lit. b. & quòd hodiè non ſolus Imperator, ſed & Principes inferiores, Duces, Comes, Barones, & Civitates Imperiales ceu Status Imperii Regalia teneant. *Dn. Carpz. Comment. in Leg. Reg. German. cap. 3. ſect. XI. n. 5. Regner. Sixtin. in ſyllog. rer. quotid. concl. 27. Joh. Dauth. in miſcellan. quæſtion. juris publ. quæſt. 1. Rutger. Rulan. de commiſſ. lib. 5. cap. 4. n. 41. Johan. Georg. Becht. de ſalv. conduct. th. 161. Domin. Arum. ad Aur. Bull. Diſcurſ. 1. p. 18. Tob. Paurmeiſt. de jurisdict. Imper. Roman. lib. 1. cap. 6. n. 4.* Status verò Imperii in ſuis territoriis Imperatorem repreſentare, vel idem quod Imperator in Imperio, *Andr. Gail. de Pac. Publ. lib. 1. cap. 6. n. 10. Conrad. Rittersh. partit. Feudal. lib. 1. cap. 5. quæſt. 19. Thom. Michael. de jurisdict. concl. 45. Borcholt. de Feud. cap. 5. n. 37. Ludolph. Schrader. de Feud. 2. part. 9. part. princip. ſect. 10. n. 36. & part. 10. ſect. 1. n. 33. Weſenbec. Vol. 1. Conſ. 27. n. 29. Bornit. de Majeſt. cap. 14. Ventur. de Valent. in Parthen. litig. lib. 1. cap. 2. n. 6.* & conſequenter etiam reis pœnæ veniam dare poſſe dicantur. *Dn. Carpzov. pr. crim. part. 3. quæſt. 150. numer. 8. & 9. Petr. Heig. part. 2. quæſt. 22. numer. 6.*

Quæritur (2) An Imperator, Princeps, vel alius quis ſupremus Magiſtratus etiam in delictis lege divinâ ſeverè, & ſub certâ pœna prohibitis, veluti eſt homicidium, adulterium, blaſphemia, ſortilegium, ſodomia, pœnam reo delinquenti *clementer* remittere poſſit? Et reſpondetur

quod

quod non. Quia indubitati juris est, inferiorem haud posse abrogare legem superioris; quantò igitur Imperator, vel quilibet Princeps in orbe terrarum ipso Deo Ter Optimo Max. inferior est, tantò minus hic mandato Divino contravenire, & mortis supplicium absque justa & sufficientissima causa remittere potest. *Magnif. Dn. Præses. part. 1. Decis. 4. n. 28. 29. & 30. Dn. Carpz. d. l. n. 33. Dn. Hermes in fascic. jurispubl. cap. XI. n. 124. Petr. Heig. part. 2. quæst. 24. n. 30. sqq. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disput. 10. th. 7. lit. b. Henon. Disput. polit. 9. th. 13. Christoph. Besold. Disput. Polit. 3. class. 1. th. 14.*

Quæritur (3.) An Princeps vel alius quis Magistratus superior illorum Reis delictorum, quibus Lege Divina certa pœna statuta non est, semper, & sine ulla differentia pro suâ absolutâ potestate *clementer* remittere possit? & itidem respondetur quod non. Quoniam sibi quilibet Princeps, vel alius Magistratusque superior, cavere debet, ne suâ, quam à Deo concessam habet, potestate abutatur, & semper atque indifferenter, in crimine præsertim scandaloso cuivis delinquenti gratiam *clementer* facere persuaderi sibi patiatur, neve hac gratiæ facilitate atque impunitate reis concessa, & his ipsis & aliis, ob spem consimilis veniæ delinquendi fenestra aperiatur; & Princeps graves populi de neglectu justitiæ querelas in se exuscitet, & tandem impotentes impatientesque hominum animos adversus se, propriamque salutem ad vindictam commoveat. *Castellan. 4. de Offic. Reg. 15. Carpz. pr. crim. part. 3. quæst 150. n. 44. 36. & 37.*

Quæritur (4.): An Imperator alicui privilegium immunitatis à collectis vel contributionibus Turcicis *clementer*

menter concedere possit? Affirmat hoc Cluten. *in Syllog. rer. quotidianar. conclus. 22. lit. g. si scil. ex certâ scientia & de plenitudine potestatis, similesq; clausulæ rescripto Imperiali insertæ sint.* Verùm quia ejusmodi clausulæ sæpè ex consuetudine styli præter mentem Principis rescriptis inseri solitæ parum operantur. *Schultz de Jur. Publ. Volum. 1. Disput. 12. lit. I.* neque Princeps beneficium cum incommodo alterius concedere censeatur. *l. 43. ff. de vulgar. subst. cap. suspicio. 15. X. de offic. deleg. l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. publ.* Unde ipsemet Imperator Maximilianus I. per rescriptum suum in schedulâ quadam ad acta causæ annexa mentem suam clarè aperuit, declarando, quod animi sui non sit per clausulam PLENITUDINIS POTESTATIS, ullius partis infringere jus aut violare, ex stylo enim curiæ eas clausulas inseri solitas esse, *referente Zas. lib. 2. Consil. 10. n. 26.* Et quoniam Regem Romanorum in Capitulatione Cæsareâ Electores ita adstringunt, ut sine ipsorum Consilio & consensu collectas non indicet; Veluti habentur verba Capitulationis Ferdinandi III. §. 14. ibi: **So offt auch die Nothdurfft erfordert/ einiger Steuer halber etwas an die Stände des Reichs gelangen zu lassen/ wollen wir uns darzu der ordentlichen Mittel/ als Reichs- und Creiß-Tage gebrauchen/ oder da es je die eusserste Nothturfft erfordeten thäte/ mit Rath und Gutachten mehr erwehnter Sechs Churfürsten verfahren/ etc.** Multò minus igitur Imperator, si pro lubitu & ex plenitudine potestatis collectas non potest indicere, alicui de illis collectis, in quas Status Imperii consenserunt, suam quotam poterit remittere, utpote quòd aliorum præmia & beneficia, aliis non debeant esse damnorum occasio. *l. 4. C. de stat. & imag. l.*

4. C.

4. C. *de emancip. l.* 6. *pr. C. unde vi. l.* 4. *ff. de natalib. restitut. l.* 1. *C. de precib. Imperat. offerend.* Distinguimus tamen *cum Domino Hermete in Fascicul. Juris Publ. cap. XI. n.* 77. inter collectas, vel contributiones pro præteriti & pro futuri temporis satisfactione militiæ, & dicimus, quod Imperator, quando Status pro certâ summa in contributionem, non pro futuri, (nisi & hîc pro eo, cui quid remittit, id quod remissum est ipse expendere, & quasi in sui præjudicium alteri suam quotam *clementer* remittere velit) sed pro præteriti temporis satisfactione militiæ consentiunt, gratiam alicui facere, & pro eâ parte, quæ in ipsum caderet, collectas *clementer* remittere possit. *Dn. Herm. in Fascic. juris publ. dict. loco. Michaël Schiferer de Elect. conclus. ult. & Thomas Michael de jurisdict. Rom. Imper. conclus.* 27.

Quæritur (5.) An Princeps Privilegium semel *clementer* concessum, adimere & revocare possit? Distinguimus. Privilegium vel ex merâ liberalitate Principis, sine aliquo dato aut facto, vel in tertii præjudicium & injuriam *clementer* ita concessum est, ut Dominium sive jus reale nullum translatum sit; & hoc privilegium Princeps revocare potest. *l. nec avus.* 4. *C. de emancipat. Petrus Antonius à Petra. tract. de potestat. Princip. cap.* 24. *n.* 238. *Castrens. in l. digna vox* 4. *n.* 2. *verb. prædicta intelligo, quando concessio non continet dominii translationem. C. de legib. & in Consil.* 229. *col.* 3. *vers. ultimò probatur. part.* 1. Vel Privilegium clementer concessum, & respectivè acquisitum est (1.) titulo oneroso datâ & accepta pecunia; Vel (2.) in remunerationem ob factum aliquod gratum & singularia privilegiati merita; & *hoc posteriori casu* hujusmodi privilegium & concessio propriè donatio non est, sed potius

tius species quædam permutationis seu recompensationis servitiorum, & benemeritorum, proptereaq;, etiamsi ingratitudo superveniat, irrevocabile manet. *l. si pater. §. fin. C. de revocand. donat. Petra in dict. tract. de potest. Princip. cap. 32. dubit. 2. princ. num. 135. Dn. Hermes dict. cap. XI. de jurib. reservat. & Regal. Imperat. compet. n. 78. Tiraquell. in l. si unquam. verb. donatione largitus. n. 14. C. de revocand. donat. Dn. Klock de contrib. cap. 16. num. 185. Alexander Consil. 716. n. 3. vol. 3. Felin. in cap. novit. num. 7. & 12. X. de judic. Capyc. Decis. 121. num. 15. & Decis. 166. num. 3. Pruckman. Cons. 39. n. 51. vol. 1.* Priorî autem casu illa privilegii concessio, quia transit in contractum, (quem ne quidem ipse Princeps de plenitudine potestatis revocare potest, uti hoc sanior & crebrior sententia probat, eamq; refutatis contrariis pluribus confirmat *Petra dict. cap. 32. dubit. 2. princ. num. 56. num. 120. & num. 154. Bald. in l. qui se patris. n. 13. sqq. C. unde liberi Tiraquel. dict. loc. n. 13. sqq.*) ita firmiter tenet, ut nec propter supervenientem læsionem enormem Princeps eam revocare possit; quia contractus ab initio voluntatis, postea necessitatis est, *l. 5. C. d. O. & Act.* adeò ut nec restitutioni locus sit, *ex l. 2. C. de rescind. vendit.* quia quoad læsionem contractus initium attendendum est, non verò tempus & lucrum superveniens. *l. si voluntate 8. ibi: quod fuerat tempore. C. de rescind. vend.* Dolum tamen abfuisse præsupponimus, cum aliàs fieri potuit, ut concessio privilegii concedenti aliquando lucrosa fuerit, mox autem damnosa sit, quo casu posterioris temporis damnum attendi non debet, sed hoc cum prioris temporis lucro compensandum venit, uti in locatione sterilitas cum fertilitate præcedenti compensatur.

Dn.

Dn. Hermes dict. cap. XI. n. 81. Gail. lib. 2. observat. 23. n. 12. Utrique verò casui exceptionem facit necessitas, publicaque utilitas, utpotè quæ unica à tramite communium regularum juris deflectendi causa est. *Petr. dict. tract. cap. 32. n. 7. quæst. principal. per tot.* quæ tamen ita comparata esse debet, ut utilitas directò & principaliter statum Reipublicæ concernat, & necessitas præcisa sit, cui aliter nisi per ablationem juris tertii provideri & occurri non valeat. *Cacheranus Consil. 26. num. 2. Bursatus Consil. 16. num. 73. & 76.*

Quæritur (6.) An deportatus, & à Principe *clementer* restitutus pœnæ tantum remissionem accipere censeatur, an verò simul recuperet bona & famam & honores? Distinguit hic prælaudatus Dn. Hermes *in fascic. suo Jurispubl. dict. cap. XI. de jurib. reservat. & Regal. Imperat. competent. num. 121. per l. 1. & l. fin. C. de sentent. pass. & restit. Fachin. lib. 9. c. quæst. 17. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 19. n. 8. & observat. lib. 1. observat. 114. n. 2.* Inter Principis gratiam sive indulgentiam, & ipsam restitutionem, ita ut si Princeps usus sit verbo indulgere, pœnæ tantùm gratia facta & reditus in patriam concessus videatur, si verò usus sit verbo restituere, tunc restitutio plenissimè facta censeatur. Verùm hanc distinctionem inter restitutionem & gratiam sive indulgentiam respuere videtur allegata *l. fin. §. fin.* ibi: *ideoq; tantum ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit, utq; deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio, bonorum ac dignitatis uno nomine amissorum omnium sit recuperatio.* Ex hisce enim verbis apertè videmus, quod indulgentia & restitutio, in hoc passu

 & quo-

& quoad effectum non differant, sed unũ operetur idem quod alterum. Salvâ igitur Autoritate Dn. Hermetis distinguendo inter restitutionem generalem, specialem plenam, & specialem minus plenam, ita respondendum erit: quod restitutionis sive indulgentiæ verbum, si *generaliter* positum est, ita sit accipiendum, ut à Principe *clementer* restitutus, non nisi pœnæ tantùm, & ne quidem simul infamiæ remissionem consequatur, *per l. 7. C. d. sentent. pass. & restit. Magnif. Dn. D. Struv. Exercit. 49. thes. CXI. in fin. Dn. Brunnem. ad dict. l. 7. Wissenbach. part. 2. Disput. 37. th. 29.* At si *specialiter minus plenè* quis ita restitutus est: reditum in patriam tibi concedo, *aut* pœnæ gratiam facio, tunc etiam hæc restitutio contra mentem & intentionem Principis, ultra pœnæ remissionem ad bona statim, & honores extendenda non est. *l. 2. l. 3. C. d. t. l. 2. ff. eod. Jason in l. Gallus. §. & quid si tantùm. num. 62. Wissenbach. dict. loc. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 19. n. 8.* Si verò *specialiter plenè* restitutionis sive indulgentiæ verbum ita positum sit: restituo te in integrum, tunc restitutus recuperat simul bona, honores, & famam. *l. 1. C. de sentent. pass. & restit. l. fin. §. fin. C. eod. l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. l. videamus 38. §. in Faviana 4. ff. de Usur. Bartol. in l. & qui. §. si in metallum. n. 1. ff. de munerib. & honor. Bald. in l. sed si hac. §. sed si pœnam. num. 1. ff. de in jus vocand. Socin. in cap. absolutos, num. 3. sqq. de hæretic. Decian. Consil. 436. num. 3. verb. visâ instructione. Schurff. consil. 3. num. 7. centur. 3. verb. præsens casus talis est, & consil. 94. num. 8. dict. centur. 3. verb. quod responsiones.* Ut autem uno verbo tota res expediatur, notandum est, quod semper in restitutione ad ipsissimam volun-

voluntatem Principis *clementer* reltituentis respiciendum sit. *per text. in l. 2. l. 3. l. 4. & l. 9. C. de sentent. pass. & restit. ibiq. Dn. Brunnemann. in suo commentar. addat. Gail. dict. tract. de pac. publ. lib. 1. cap. 19. per tot.*

18. Cominus.

Hoc Adverbium geminatâ litera M. non rectè scribi notat Calvin. *lib. singul. parerg. n. 47.*

Usus autem & significatio hujus Adverbii patet *ex l. 12. C. d. Legib.* ibi: *Si Imperialis Majestas causam cognitionaliter examinaverit, & partibus cominus constitutis, sententiam dixerit, omnes omnino judices, qui sub nostro imperio sunt, sciant hanc esse legem non solùm illi causæ, in qua producta est, sed & omnibus similibus.* Et *ex l. 3. C. de fructib. & lit. expens.* ibi: *Terminato transactoq; negotio, posthac nulli actio, neq; ex rescripto super sumtuum petitione præstetur, nisi judex qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis, juridica pronunciatione significaverit victori causæ, restitui debere expensas, aut super his querelam jure competere.* Ubi *Cominus* idem significat quod coram & in præsentia.

Quæritur autem hic, an sententia, altero litigantium *cominus* non constituto, lata valeat? Et respondetur quod non. Ut enim sententia vires rei judicatæ consequatur, partibus præsentibus, sive *cominus* constitutis, lata sit, necesse est, aliàs ipso jure est nulla. *l. 47. ff. de re jud. & effect. sentent. l. 60. ff. eod. l. 7. C. quom. & quand. judex. Nov. 112. c. 3.* etiamsi pro absente, *arg. l. 9. ff. d. t. Magnif. Dn. Brunnem. comm. ad d. l. 7. C. quom. & quand. jud.* nisi alterutra parte per contumaciam absente lata sit. *l. 1. C. d. t.*

Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 44. th. 5. Perez. ad d. t. Cod. n. 2. Gail. lib. 1. observ. 109. Menoch. lib. 2. præsum. 74. Hill. ad Donell. lib. 27. c. 6. lit. E. Ubi tamen iterum notandum, quod si pars impedimentum, & se non per contumaciam abfuisse, plenè probaverit, publicatio sententiæ retractanda sit. *cap. cum Bertoldus. 18. X. de sentent. & re jud. Dn. Brunneman. processf. civil. cap. 27. n. 45. Sichard. ad l. 1. C. ex quib. caus. major.*

Quæritur 2. An citatione, ut in judicio partes se *cominus* constituant, & publicatio sententiæ legitimè fiat, opus sit? Et communiter affirmatur. Quia *primò* omnibus in actibus præjudicialibus (inter quos etiam refertur publicatio sententiæ. *Ordinat. processf. judic. Elector. Saxon. tit. 35. verb. circa publicationem* der verfasten Urtheil / als einen *præjudicir*lichen *punct*) requiritur citatio partium, si subsistere debent. *d. l. 7. quom. & quand. jud. ibiq. Bartol. n. 1. clement. sæpè. vers. sententiam verò. d. verb. signif.* Et *secundò* regulariter citatio cum assignatione certæ diei, publicationem semper præcedit. *Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 56. Carpz. Processf. tit. 16. art. 3. n. 16. & 10. Mynsing. cent. 3. observ. 71. Camil. Borel. tom. 2. decis. tit. 28. Tusch. conclus. 152. Andr. Gail. lib. 1. obs. 109. Tiber. Decian. vol. 3. respons. 43. n. 40. Borgn. Cavalcan. vol. 3. decis. 19. n. 8. Bernh. Græv. lib. 1. concl. 109. n. 2. Afflict. decis. Neapol. 246. num. 16.* Aliàs nec valent Principis sententiæ, etiam in notoriis, sine citatione publicatæ. *Gothofr. in not. ad d. l. 12. C. d. t. Wurmser. 1. pract. 22. n. 13. add. Oldendorp. c. 30. de re jud.* In Camera tamen Spirensi, & ubi Generalis citatio ad totam causam recepta est, hæc specialis citatio ad audiendam sententiam non requiritur. *Magnif. Dn. Brunnem. Processf.*

Processf.Civ. d.l. n. 44. nisi quando altera pars, post conclusionem decessit, ubi lis ante publicationem est reassumenda. *Magnif. Dn. Carpz. d. l. n. 28. & 29. Mynf. d. l. Gail. d. l. n. 3. & 4. Rutger Ruland. de commiss. lib. 2. cap. 5. n. 6.*

19. Comiter.

Hoc Adverbium à Comitate ortum suum trahit, & in jure nostro idem significare, quod hilare, & lubenter, ex Brissonio notat Calvinus, *in lexic. jur. hîc.* Ejusque usus sese offert *in l. non dubito. 7. §. 1. ff. de captiv. & postlim. revers.* Ubi populus alterius populi Majestatem *comiter* conservare dicitur.

Comiter autem conservare, in *alleg. l. 7.* est comiter observantiam, libero populo non indignam, superiori exhiberi. *Gothofr. in not. ad. d. l. 7.*

Ita Vasallus comiter videtur observare Dominum feudi, propter reverentiam, in promovenda ejus incolumitate, atque commodo, & avertendo, quod fortè imminet damno, Domino exhibendam, *2. Feud. 23. vers. quomodo. 5. 6. 7.* **Lehn-Recht.** *cap. 3.* Item quòd ipsum Dominum criminis accusare. *2. Feud. 33. §. similiter. & 2. Feud. 24. §. item si delator.* Vel actione, aut exceptione famosâ contra ipsum experiri non possit. *arg. d. §. similiter. junct. l. 10. §. 12. d. in jus vocand. l. 11. §. 1. de dol. l. 5. §. 1. de obseq. parent. & patron. præstand. Magnif. Dn. D. Struv. Syntagm. jur. Feud. cap. XI. aphor. 3.*

Quæritur autem hîc, an vasallus, quatenus talis, Dominum suum feudi comiter observans, sit Domino subditus? Et respondetur quod non. Nam licet Dominus ratione feudi, aliqualem in Vasallum superioritatem habeat,

beat, propterea tamen jurisdictionem in Vaſallum non habet, & conſequenter Dominus Feudi non eſt judex Vaſalli ſui ordinarius, ſed extraordinarius ratione feudi tantùm. *Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de proceſſ. cap. 32. num. 4. Roſenthal. de feud. c. 11. concluſ. 34. Beſold. Theſaur. pract. voc.* **Huldigung** & vocabulo **Lehnman/Lehnspflicht**. Neque ſequitur, ego ſum Vaſallus; Ergo ſum ſubditus. *Magnif. Dn. D. Struv. d. l. cap. 8. aphor. 6. n. 9. add. 2. Feud. 5. verb. ſi ideò jurat fidelitatem. & ibi Matth. de Afflict.* Jus enim Vaſallagii ſubditum non facit, nec ſubjectionem operatur. *cap. cæterùm. X. de judic. clement. Paſtoralis. de ſentent. & re judic. Magnif. Dn. D. Struv. d. cap. XI. aphor. 2. n. 2. Dn. Carpzov. lib. 4. Reſponſ. 70. n. 24. Klock. de contribut. cap. 14. ſect. 2. n. 4. Dn. Carpz. Comm. in Leg. Regiam Germ. cap. 13. Gail. de pignorat. c. 15. n. 13. Marta de jurisdict. p. 4. c. 133. Paurmeiſt. de jurisdict. cap. 8. n. 42.*

20. Commodè. Commodius.

Hæc Adverbia qualitatis ſunt. *David Döring. in Bibliothec. JCtor. pag. 690. num. 23.* & gradus comparationis, etiam in germanico idiomate, quando ſcilic. Commodè **Wohl/füglich**/& commodius **füglicher / beſſer** ſignificat, admittere videntur.

Sic adverbium *commodè* reperitur *in l. frater tuus. 1. ibi. quod ſi diviſio prædii ſine cujusquam injuria commodè fieri potuerit, portionem ſuis finibus tibi adjudicatam poſſidebis. & in l. ad officium 3. ibi: cum autem regionibus dividi commodè aliquis ager inter ſocios non poteſt, vel ex pluribus ſinguli: æſtimatione juſtâ facta, unicuiq; ſociorum adjudicantur, compenſatione pretii invicem factâ, eoq; cui res majoris*

pretii

pretii obvenit cæteris condemnato. C. commun. divid. Et adverbium *commodius* reperitur *in l. mandasti filio. 46. ibi: agemus inter nos negotiorum gestorum, sicut ageremus, si aut nullum mandatum intercessisset, aut Titio mandasses, & ego, quia per me commodius negotium possim conficere, emissem. ff. de negot. gest. l. sed & si. 28. ff. d. judic. l. is qui destinavit 24. ibi: longè commodius est ipsum possidere, & adversarium ad onera petitoris compellere, quàm alio possidente petere. ff. de rei vind.*

Quæritur hîc (1.) An malæ fidei possessor impensas, quæ *commodè* & citra rei interitum intermitti non potuerunt, repetere, & oppositâ doli exceptione tamdiu rem, donec de impensis ei satisfiat, retinere possit? Et respondetur quod sic. Quia, cum hæ impensæ pro maximè necessariis habentur, repetitio hæc & retentio tribuitur causæ non personæ, & culpa esset in malæ fidei possessore, si illas impensas omitteret. *l. 5. C. d. R. V. l. 38. de petit. hæred. l. 5. l. 14. ff. de dol. mal. & met. exc. l. 13. ff. de condict. indeb. l. 7. §. 12. d. Acquir. rer. dom. l. 45. §. 1. de act. empt. Magnif. Dn. D. Struv. Exercit. XI. th. 31. Cujac. lib. 10. observ. 1. Dn. Brunnem. in Commentar. suo ad d. l. 5. C. de rei vind. ibiq; Gothofr. in not. Donell. lib. 20. cap. 7.* Unde idem etiam observatur in impensis ratione fructuum factis, quia fructus non intelliguntur nisi deductis impensis. *l. Mutius. 30. ff. pro socio. l. 46. de usur. l. 7. §. fin. solut. matrim. l. 16. de impens. in rem dotal. fact. l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Prælaudatus Dn. D. Struv. d. Exerc. XI. th. 30. Dn. Brunnem. dict. loc. addatur Garf. de expensis. cap. 1. n. 13. sqq. Franc. Sarmientus lib. 1. select. interpret. cap. 10.* Excipiuntur verò ab illa regula, quod neq; impensas, tam ratione ipsius rei, quâm

fructuum factas, repetant fures, raptores, & violenti invasores. *l. 27. §. 25. ff. ad L. Aquil. l. 1. C. de Infant. expos. n. 4. l. 13. de condict. furtiv.* quoniam horum mala fides singulariter vitiosa est. *arg. §. 2. Inst. de usucap.* & quotidiè contrectatione delictum repetere videntur. *l. 67. §. 2. de furt. l. fin. de condict. furt. Dn. D. Struv. d. Exerc. thes. 31. Perez. in Comm. ad tit. Cod. de rei vind. n. 22. & in dict. tit. C. de infant. expos. Fachin. lib. 1. cont. cap. 54.*

Quæritur (2.) An creditor pignoris servandi causâ expensas necessarias, quas *commodè* facere potuisset, non faciens propterea debitori teneatur, & conveniri possit? Affirmatur. Quoniam omne damnum à creditote culpâ lata & levi, rei pignoratæ, datum, debitori restituendum est. *Trentacin. lib. 3. tit. de pignor. Resol. 6.* jam verò hæc culpa levis etiam in omissione, si scilicet expensas possibiles pro pignoris conservatione non fecerit, consistit. *Neguzant. de pignor. memb. 3. part. 7. n. 4.* Liberum tamen & integrum creditori est, utrum velit sumptus, pro pignoris conservatione necessarios (quos, ut & utiles, *l. si servos. 25. ff. de pigner. action.* actione contrariâ. *l. 8. ff. eod. l. 6. l. 7. C. de pignorib. & hypoth.* moderatos tamen repetit. *d. l. si servos. 25. ff. de pignorat. action.*) expendere, an verò debitori, quod *commodè* hoc facere non possit, nec velit, denunciare. *d. l. si necessarias. 8. ff. de pign. act. & d. l. 25. ff. eod. Dn. D. Brunnem. Comment. ad alleg. l. 7. C. de pign. act. Neguzant. dict. loc. n. 5.*

Quæritur (3.) An res Ecclesiæ, urgente necessitate, & ubi Ecclesia *commodè*, & aliter liberare se non valet, alienari possint? Affirmatur. Et quidem locum habet hæc assertio nostra non tantum in casu, quo Ecclesia, vel

alia

alia domus venerabilis, ære alieno maximè, & quidem ita gravata est, ut *commodè* creditoribus suis aliundè satisfacere non queat; *can. ea enim.* §. *hoc jus. caus. 10. quæst. 2. cap. 1. X. de reb. Eccles. alien. vel non. Novell. 120. cap. 6.* §. *hoc etiam. junct. Novell. 46. & Novell. 67. 1. quoniam contingit.* Verùm etiam caussâ utilitatis & in necessitate famis, sepulturâ fidelium, alimentatione pauperum, & quæ inter causas pietatis ferè maxima est, in redemptione captivorum, *v. g.* à Turcis, Tartaris aut Saracenis, aliisve infidelibus, & à quolibet legitimo hoste; quoniam non est absurdum animas hominum quibuscunque vasis, vel vestimentis præferri. *l. 21. in fin. C. de SS. Eccles. can. Apostolicos. 13. can. sacrorum. 15. can. sine exceptione 52. can. terrulas. 53. can. si quis. 56. can. aurum. 70. caus. 12. quæst. 2. Auth. hoc jus porrectum. & Auth. præterea. C. de SS. Eccles. ibiq; Magnif. Dn. Præs. in Exposit. omnium Authenticarum. Dn. Brunnem. ad dict. Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. Henric. Zoes. in comm. ad. tit. 13. X. de reb. Eccles. alien. vel non. num. 11. Schneidw. ad* §. *sacra. 8. n. 8. Inst. de rer. div. Canis. ad cap. nulli liceat. 5. num. 5. X. de reb. Eccles. alien. Rittersh. ad Novell. part. 1. cap 8. n. 32. sqq. Reinking. de Regim. secul. & Eccles. lib. 3. clas. 1. cap. 3. n. 4. sqq. Reiter. in tractat. de alienationibus. part. 1. cap. 15. sect. X. num. 5. & 6.* Non verò solùm vasa, vestimenta, & aliæ res mobiles, sed, uti quæsitum est, urgente necessitate etiam res immobiles, mobilibus non extantibus, vel non sufficientibus rectè alienantur. *Magnif. Dn. Præs. ad dict. Auth. hoc jus porrectum. num. 12. dict. can. ea enim.* §. *hoc jus. caus. 10. quæst. 2.* Quemadmodum autem res quæ imperiali Domo ad Ecclesiam pervenerunt, hoc est, quæ Imperator Ecclesiæ

donavit, vel cum ea permutavit, aut alio titulo ei concesſit, nullo modo ad aliurn, & ne quidem aliam in Eccleſiam transferuntur, *dict. Novell. 120. cap. 7. pr. dict. can. ea enim. §. hoc jus. cauſ. 10. quæſt. 2.* uti nec prædia, hac expreſsâ lege, ne alienentur, Eccleſiæ relicta; item templa ipſa, & monaſteria illa in quibus ſacra fit liturgia, (latini vocant Miſſam, ſive officium Miſſæ) hoc eſt, quando leguntur ſacræ literæ, & ineffabilis communio, ſive Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini populo adminiſtratur, alienari patiuntur: *Ritterſ. ad Novell. dict. part. 1. cap. 8. n. 69.* Ita neglectis ſolennitatibus & certis requiſitis, maximè verò Epiſcopi autoritate, capitulique conſenſu & ſubſcriptione, nec illæ res Eccleſiæ, quæ aliàs alienari non prohibentur, firmiter alienantur, ſed alienatio non canonicê vel non adhibitis ſolennitatibus requiſitis facta, pro illicita habetur; *uti patet ex dict. auth. hoc jus porrectum. verſ. in cæteris. ferè usq; ad finem. C. de SS. Eccleſ. & dict. Novell. 120. dict. can. ſine exceptione. 52. cauſ. 12. quæſt. 2. Caniſ. ad dict. cap. nulli. 5. n. 9. X. de reb. Eccleſ. alien. vel non. Perez. ad dict. tit. Cod. de SS. Eccleſ. n. 18. Reinking. dict. cap. 3. n. 13. vid. omninò Dn. Brunnem. in Comment. Cod. ad dict. Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ. & Ritterſh. dict. loc. num. 43. ſqq.* quoniam illud quod contra Leges & Canones factum eſt, nullius momenti eſt, & pro infecto cenſetur. *l. 5. C. de Legib. c. quæ contra 64. de R. J. in 6. Caniſ. dict. loc. num. ult. Schneidevv. ad dict. §. ſacræ. 8. n. 9. Inſtit. de rer. diviſ.*

21. Communiter.

Hoc Adverbium triplicem nobis in jure ſignificationem

onem exhibet. *Primò* significat idem quod publicê,& coincidit cum germanico illo **der Gemeine wegen**. Quando enim *in l. unic. C. de caduc. tollend.* dicitur: quod *communiter* omnibus prodest, etiam privatæ Principis utilitati præferendum est; Idem est ac si dictum esset: ea, quæ publicè omnibus prosunt, privatâ Principis utilitate sunt potiora. Privata enim ibi opponuntur publicis, & vicissim publica privatis. Posito autem & cognito uno contrariorum, ponitur & cognoscitur etiam alterum. *arg. princ. Instit. de his qui sui vel alien. jur. sunt. arg. princ. Inst. de tutel. §.3. in fin. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* ibique Pacius in sua anal.

Secundò respectum habet ad communionem & societatem. Hinc quando *in l. 31. ff. pro socio.* bis positum reperitur, & una vice ita dicitur: *communiter* autem res agi, potest etiam citra societatem; idem sonat, ac si diceretur potest etiam res communis esse citra societatem. Et alterâ vice ita: donatio nobis *communiter* obvenit; idem significat, quod donatio nobis facta, nobis communis est.

Ita *in l. 32. ff. eod.* dicitur: Nam cum tractatu habito societas coita est, pro socio actio est; cum sine tractatu, in re ipsa negotium *communiter* gestum videtur. *Id est:* quando sine tractatu habito societas coita non est, tunc in communione negotium gestum esse videtur.

Eandem significationem habet *in l. 33. in fin.* ibi: *& ideò societate sine tutoris autoritate coita, pupillus non tenetur, attamen communiter gesto tenetur. ff. pro socio.*

Sic quæ communiter habentur, rixas excitare solent. *l. cum pater 77. §. dulcissimis ff. de Legat. 2.*

Hinc etiam nemo cum altero rem communiter habere cogitur. *l. si non sortem. § si centum. ff. de condict. indeb. l. pen. ff. commun. divid. l. fin. Cod. eod. Simon. Ulric. Pistor. in not. ad Hartm. Pistor. observ. 147. n. 13. Joh. Schneidevv. in §. quædam actiones. tit. de action. commun. div. n. 17. Inst. de Act.*

Et quemadmodum de rebus suis aliquis *l. dudum. 14. C. de contrah. empt.* ita etiam in re quam cum alio *communiter* tenet, invitus quid facere non cogitur. *l. 1. l. falso. 3. c. de comm. rer. alien. l. ante divisionem. 16. C. de jur. dot.*

Sic divisio rei *communiter* habitæ, citra alienationem fieri nequit. *l. 1. §. 1. l. magis puto. 5. §. ult. l. qui neg. 8. in fin. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. pen. C. de præd minor.* quoniam ipsa divisio alienatio dicitur *l. si pupillorum. 7. ff. de reb. eor.* & vicem emtionis obtinet. *l. 1. C. comm. utriusq. judic.*

Sic quod *communiter,* i. e. nomine communi, ab alterutro gestum est, omnium commodo cedit. *l. si societatem. 73. in pr. & l. sequenti. 74. ff. pro socio. Anton. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 5. n. 3. Johan. Harprecht. in pr. Inst. de societat. num. 23.* & non immeritò communioni imputari debet. *Schneidevv. in §. quædam actiones. tit. de act. famil. hercisc. n. 56. Inst. de actionib. Anton. Faber in Cod. lib. 4. tit. 27. def. 1. num. 1.* Salvà tamen gestori sumptuum factorum repetitione & interesse; quoniam, sicuti lucra, ita & damna communicari debent. *l. verum. 63. in pr. l. jure societatis. 82. l. 38. & passim. ff. pro socio. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. defin. 22. num. 4.* Lucrum autem nullum, nisi omni damno & ære alieno, sicuti nec damnum nisi omni lucro deducto intelligitur. §. *2. in fin. Inst. de societ. l. Mutius. 30. ff. pro soc. l. 39. §. 1. ff. de V. S. Magn. Dn. D. Struv. Exercit. 22. th. 29. junct. tot. th. 30.*

Ita

Ita de Jure Saxonico Maritus & uxor bona *communiter* illata, pro indiviso possidere dicuntur. *Magnif. Dn. Præs part. 2. decis. 76. n. 36.* **Landrecht.** *artic. 31. & 45. lib. 1. Dn. Carpzov. part. 2. const. 25. defin. 8. n. 4. Coler. decis. 12. n. 7. sqq.*

Ita non solùm pro dote, sed & pro dotalitio, ac rebus paraphernalibus, mulieri in omnibus mariti defuncti bonis, tam feudalibus quàm allodialibus, jus retentionis, quo in bonorum *communiter* habitorum possessione tamdiu maneat, donec ipsi dos illata & numerata restituatur, & in omnibus legitimè satisfiat, competere testatur Dn. Carpzov. *dict. part. 2. Constit. 25. defin. 8. n. 5. per ibi allegat.* **Weichbild.** *art. 57. §.* **Hat ihr aber.** *Constit. Elect. Saxon. 25. in fin. p. 2. Zobel. in addit. ad Gloss. artic. 20. lib. 1.* **Landrecht.** *lit. e. versic. sic etiam non cogitur. arg. l. ubi adhuc 39. C. de jur. dot. Constit. Elector. 33. part. 3. Andr. Rauchbar. part. 1. quæst. 3. n. 22. addatur Gloss. in l. un. C. etiam ob Chirogr. pecun. pign. ten. Dn. Brunnem. ad l. un. §. 1. C. de rei uxor. action. Anton. Neguzant. part. 5. princ. memb. 4. n. 5. & part. 2. memb. 4. n. 24. Bald. in l. pen. n. 2. ff. de pignor. act. Covarr. part. 1. Resol. cap. 2. num. 1. Wesembec. part. 1. Consil. 77. n. 9. Vincent. Caroc. decis. 21. num. 1. Mynscentur. 6. observat. 45. n. 5. Dd. communiter in l. divortio. §. ob donationes. ff. solut. matrim.*

Et ita referente Carpz. alleg. loc. Domini Scabini Lipsienses in causa Albertti & Henrici Fratrum à **Buchsdorff zu Zinnitz** Mense Febr. Ann. 1636. pronunciarunt: **Ob wohl den Wittiben / beydes in der verstorbener Männer Erb- und Lehen Gütern / biß so lange sie ihrer Vermächtnüs / und anderer Weiblichen Gebührnüs befriediget / das** jus retentionis **zuständig / etc.** Quæ-

Quæritur autem hîc: An Conjugibus propterea, quòd bona *communiter* illata pro indiviso poſsidere dicantur, in bonis venditis jus retractus competat? Et quoad maritum reſpondetur quod ſic. Quoniam mulier in domum Mariti traducta, ſtatim conſummatis nuptiis, de Jure Saxonico, in ejus poteſtatem tranſit, & omnia bona in ipſius tutelam transfert. *Magnif. Dn. Præſes. d. part. 2. deciſ. 76. n. 37. & 38. ubi à Magnifica & Nobiliſſimâ hujus Illuſtriſſimæ Salanæ Facuitate Juridicâ. Menſe Septembr. An. 1627. Johanni* **Francken zu Eiſenberg** *ita reſponſum fuiſſe adſerit;* **Hat euer Schwiegermutter Chriſtoff Schnarckens ſeel. hinterlaſſene Wittib zu Eiſenberg den** 19. April. Anno 1626. **ein Gut zu Kurßdorff / unter der Stadt Eiſenberg / welches euer Schwäher-Vater Chriſtoff Schnarcke erblichen erkaufft / ohne ihrer Kinder und derſelben Ehemänner Wiſſen und Willen einem Einwohner daſelbſten / Benedict Fuchs genandt / umb** 380. **fl. verkaufft / darwider ihr ſo bald euch ſolches wiſſend gemacht / öffentlich** proteſtiret, **und als ein Näher-Käuffer bey dem Amptſchöſſer zu Eiſenberg euch wegen eures Weibes angegeben etc. So ſeyd ihr wegen eures Weibes in dem angezogenen Kauff zu tretten nochmahls befugt. V. R. W.** Quoad uxorem verò reſpondetur quod non. Eò quod ad jus retractus ille ſolùm admittatur, qui venditoris agnatus ſive cognatus eſt, *Magnif. Dn. Præſ. l. c. num. 29. 30. & 31.* uxor verò, uti expediti juris eſt, neque agnatione neque cognatione maritum attingat, *gloſſ. in l. L. Cornelia. 12. ff. de teſtam. Bartol. in l. cum aliena. C. de Legat.* Sed ſaltem perhibeatur affinitatis principium. *gloſſ. in l. non facilè. 4. ff. de gradib. l. de crimine. C. de his qui accuſare non poſſ. Menoch. lib. 4. præ-*

ſum.

sum.tom.1.præsumpt. 89.n.63. Hinc sæpè, nunquam tamen satis laudatus Magnif. Dn. Præses *loc.cit. sub n.36.* in Dicasterio Jenensi Mense Jul. Ann. 1621. ad informationem Even/Nicol Hennickens zu Schascheltwitz uxoris ita pronunciatum refert: **Ihr seyd eures Mannes Verkauffung umbzustoßen/ oder euch der Nähergeltung anzumassen nicht befugt/V.R.W.**

Quæritur porrò: An extra causã communionis, quod ab altero de pecuniâ *communiter* habitâ acquiritur, commune efficiatur? Negatur. Quoniam nunquam societas universorum bonorum, nisi specialiter id actum est, contracta intelligitur. *l.3.§.1.l.societates.5.l.si unus 67.§.si unus 1.ff.pro socio.* Hinc certum est illud, quod alteruter fratrum aliunde acquisivit, quantumvis fratres longo tempore indivisam parentum hæreditatem retinuerint, non esse in commune redigendum. *l.si fratres.6.ff.pro socio. Anton. Fab in Cod.l.7.tit.1.def.29.n.3.* Neque sequitur: res ex pecuniâ *communiter* habitâ empta est; Ergò non ipsius, qui eam comparavit, propria, sed communis est; Quia & res per te ex mea pecuniâ empta non mea, sed tua est. *l.si ex ea.C.de R.V.l.ex pecunia.12.C.de jur.dot.l.multum.6.l.qui aliena 8.C.si quis alteri vel sibi sub alterius nom. vel alien.pecun. emerit.* Pecunia tamen illa per quam res empta est, iterum conferri debet, aut actione in personam repeti potest. *l.4.C.pro soc. Rom. consil.3. Anton.Fab.dict.defin.29.n.3.*

Tertiò. idem significat quod plerumque, & illud germanicum **gemeiniglich.** Et ita positum reperitur *in Nov. 39.c.1.* ibi: *ea enim quæ communiter omnibus prosunt, iis, quæ specialiter quibusdam sunt utilia, præponimus.*

Sic ab Excellent. Doctorum communiter receptâ, & uſu inveteratâ opinione, nec judex judicando nec JCtus reſpondendo facilè recedere debet. *Magnif. Dn. Præſ. part. 1. deciſ. 69. num. 31. pag. 454. l. 1. ff. de offic. Quæſtor. l. 1. ff. ſi cert. petat. Bald. in cap. cum innitaris. 5. num. 8. extr. de conſtitut. Bartol. in l. fin. Cod. de pœn. judic. Panormit. in cap. ex liberis. 7. num. 2. extr. de ſponſal. Andr. Alciat. de Præſumpt. reg. 1. præſumpt. 51. num. 2. Flamin. de Rubeis. vol 1. Conſil. 32. num. 16. Henning. Göden. Conſil. 37. num. 2. Hartman. Piſtor. part. 1. quæſt. 30. num. 7. Decian. Conſil. 518. num. 3. in fin.* Quoniam Doctorum communis opinio, in non expreſè à jure deciſis, vim legis habet. *Flamin. de Rubeis. vol. 2. Conſil. 46. num. 38. add. Dn. Carpz. part. 4. conſtit. 42. defin. 16. num. 56.* Et imperitus judicatur, qui novas tenet opiniones. *Magnif. Dn. Præſ. part. 1. deciſ. 18. num. 30. arg. l. 1. ff. de Senator. Bald. ad l. ultim. C. de pœn. judic. qui mal. judic.* Et quòd aliàs judex, qui omittit communem opinionem adhærendo opinioni ſingulari unius Doctoris, litem faciat ſuam. *Magnif. Dn. Præſ. dict. part. 1. deciſ. 69. num 32. pag. 454.* Propter veritatem tamen & rationem juris à communi opinione tutisſimè recedere poſſumus. *Finckelthuſ. obſerv. 1. num. 11. & 12. Rauchbar. part. 1. quæſt. 32. num. 102. Curt. jun. part. 2. Conſil. 160. num. 11. Heig. part. 1. quæſt. 26. num. 56. Matth. Coler. de Proceſſ. execut part. 1. cap. 6. num. 91. Decian. vol. 2. Reſp. 13. num. 70. Hartm. Piſtor. part. 1. quæſt. 24. num. 37.* Quoniam ea opinio præferenda & amplectenda eſt, quæ meliori nititur ratione, ut ita verior opinio metienda potius ſit à veritate & ratione, quàm ab autoritate & numero Doctorum. *Magnif. Dn. Præſ. part. 2. deciſ. 96. n. 90. 91. &*

91. & 92. Dn. D. Brunnem. in Comment. ad l. DEO autore. 1. §. 6. Cod. de V. I. E. Dn. Carpzov. lib. 9. Respons. jur. Elector. tit. 7. Respons. 70. num. 8. seqq. Finckelthus. observat. 32. n. 23. Pruckman. vol. 1. Consil. 50. num. 3. seqq. & vol. 1. Cons. 46. num. 146. Menoch. lib. 2. præs. 71. num. 24. Freher. de fama lib. 2. cap. 18. num. 54. Vivius decis. 440. num. 15. add. Tiraquel. in l. 11. connubialium. gl. 1. part. 11. num. 4. Brandmyl. de differ. Jur. Civ. & Canon. pag. 262. sub voce opinio. Renneman. disput. de princip. jur. 7. th. 30. seqq.

Ita Doctores *communiter* concludunt, quod venditor eo in casu, quando emptor rem restituit, impensas refundere teneatur, *per l. intra utile. 39. §. ult. ff. de minor.* quæ lex vult, ut minor adversus venditionem à curatoribus factam restitutus, pretium & sumtus ab emptore in rem ipsam factas restituat. *Magnif. Dn. Præs. part. 2. decis. 99. num. 213. pag. 369.*

Ita neganti matrimonium, si conjecturæ pro matrimonio adsunt, *communiter* juramentum purgationis imponitur. *Panormit. post Gloss. in cap. continebatur. 6. verb. juramento debet. & in cap. attestationes. 10. in Gloss. fin. extr. de desponsat. impub. Jason. in l. 3. & l. admonendi. ff. de jurejur.* Ubi hoc juramento præstito, vel à stupratâ, & juri suo renunciante, remisso, ad consummationẽ matrimonii nemo cogi potest. *Magnif. Dn. Præs. part. 1. decis. 8. num. 92.* Neque verò stuprum negans juramentum purgationis præstare præcisè cogitur; sed illud evitare potest, si probationem in se suscipiat. *Carpzov. part. 1. constit. 22. defin. 16.* At si postea in susceptâ probatione deficiat, juramentum purgationis antea impositum, adhuc præstare tenetur, &, si reus in præstando juramento illo con-

O 2 tumax

tumax sit, pro confesso habetur. *Magnif. Dn. Præs. dict. part. 1. decis. 8. num. 96. 97. & 99. Reusner. lib. 4. decis. 25. num. 32.*

Quæritur: An illud, quod *communiter* per errorem statuitur, jus faciat? Et ex *l. 3. §. fin. ibi: hodiè propter usum imperitorum si in argento relatum sit candelabrum argenteum, argenti esse videtur, & error jus facit:* Et ex *Wissenbach. part. 2. disput. 33 th. 16.* primo intuitu simpliciter affirmativè respondendum esset. Verùm cum secundum Henric. Zœs. *in Comment. ad lib. 1. ff. tit. IX. num. 26.* hæc quæstio altioris sit indaginis, quàm ut ad eam absolutè vel affirmando, vel negando respondeamus; distingvimus (1.) cum Gothofredo *in not. ad d. l. 3. §. ult & ad l. 23. §. 2. ff. de fideicommiss. libert.* inter errorem juris, & facti. (2.) cum Henrico Zœsio *alleg. loc.* inter errorem illum, cui alicujus privata, & eum, cui publica utilitas & favor singularis subest, *ut in l. Barbarius 3. ff. de offic. Prætor. §. sed cum aliquis. Inst. de testam. l. testes servi. 1. C. de testam.* Et ita hoc posteriori casu cum *Magnif. Dn. D. Johan. Brunnem. in Comment. ad dict. l. 1. C. de testam.* respondemus, quod pro circumstantiarum varietate error facti jus faciat, non per se, sed per accidens, & occasionaliter. *add. Paul. Busius in suo Commentar. ad d. l. 3. n. 6. ff. de off. Prætor.*

22. Competenter.

Hoc Adverbium idem quod justè & moderatè significare volunt David Döring. *d. l. pag. 691. n. 24.* & Albert. de Pergam. *tract. de præpos. n. 47.* Sed cum nullum dubium, quin hoc Adverbium ab adjectivo nomine com-

competens proximè descendat, & nemo sit, ni. ⸱orte in jure hospes, quem lateat quid competens judex, *in l. pen. ff. de jurisd. l. 2. ff. si quis in jus vocat. l. 28. ff. de re jud. l. sed & ea. ff. de procur. & aliis innumerabilibus locis.* competens cautela, *in l. 41. ff. de jud.* competens allegatio, *l. 2. C. de accusat.* competens portio, *l. 5. C. de leg. l. 2. C. ad SCt. Trebel.* competens defensio, *l. 20. C. de excus. tutor.* competens pœna, *l. 3. C. de lucr. advoc. lib. 12.* competẽs tribunal. *l. sed & ha. §. 1. ff. de procur.* significet; haud difficulter se nobis quoque exhibet hujus nostri adverbii significatio. Idem enim competenter in jure nostro quòd convenienter, congruenter, legitimè, debito modo, & quòd Germanicum illud, gehörig, significat. Atque in hac significatione sese offert *in l. si cum dotem. 22. §. nec non illud quoq; 6. ff. solut. matrim.*

Sic dicitur competenter providere, *in l. sancimus. 7. C. pro soc.* competenter convenire, *in l. si hi. 4. C. quand. ex fact. tut. vel curat.* competenter emendare. *in can. paternarum. 24. quæst. 3.* competenter satisfacere. *in cap. gravis 11. x. de restit. spoliat.*

Sic *generaliter loquendo,* competenter quis in eo foro, cujus judicium, etsi maximè velit, effugere non potest, convenitur. *Ilico Ummius. Disp. ad process. direct. 4. th. 1. n. 2.* In *specie autem* forum competenter quis sortitur vel ex privilegio, vel ex jure communi, & quidem quinq; modis (1.) ratione patriæ & domicilii, (2) delicti, (3) rei sitæ (4) continentiæ causæ, & (5) contractus. *Dn. D. Strub Exercit. 9. th. 13.*

Quando autem *ratione contractûs* debitor in loco obligationis contractæ *competenter* convenitur, non æ-

què inter Dd. convenit, quis ſit locus obligationis contractæ, an is, ubi ipſum contrahendi factum intervenit, an in quem ſolutio collata eſt. Nos utrumque locum ad *competenter* conveniendũ debitorem idoneum eſſe ſtatuimus, ita tamen, ut ſi in ipſo actu aliquid ſpecialiter actũ vel ſolutio in aliquem certum locum collata eſt, competentia fori etiam ad illam ſpecialitatem (ut ita loquar) reſtringatur. *l. 21. d. Obl. & Act. l. 3. de reb. nutor. judic. poſſ.* Sin verò nihil ſpecialiter actum eſt, tunc ipſe locus in quo contractus celebratus proponitur, ſolutioni præſtitutus videtur, ibique debitor *competenter* convenitur, nec quoad veritatem juris civilis, utrum ibi reperiatur nec ne, diſtingvitur. *Ulpian. in l. 19. §. 1. ff. de judic. Novell. 69. cap. 1. §. 1. junct. l. 2. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. l. 12. ex quib. cauſ. major. Dn. D. Struv. Exercit. 9. th. 42. Donell. lib. 17. comm. 14. fol. 62. Azo. in ſumm. numer. 26. C. de jurisdict.* In foro tamen & jure Canonico receptior & rectior eſt ſententia, ut tunc reus *competenter* conveniatur in loco contractus, quando ibi reperitur, *per cap. Romana. 1. §. contrahentes verò. de for compet. in 6. Dn. D. Brunnem. Comm. ad l. juris ordinem. 2. C. de jurisd. omn. jud. & de for. compet. Ilic. Umm. d. l. n. 5. Covar. pr. quæst. 10. n. 3. Coler. ad cap. olim. n. 27. x. de Except. Toming. deciſ. 5. n. 5. Vult. ad l. 2. n. 26. C. de jurisdict. Zanger. de Except. lib. 2. c. 1. n. 123. Parlador. 2. rer. quotid. part. 2. §. 1. n. 3. Anton. Faber. defin. un. n. 5. C. ubi in rem. Gilhauſ. in arbor. jud. civ. cap. 1. pag. 2. §. 1. n. 14.* Si verò ibi non reperitur, tunc nec per ſubſidium citatus comparere tenetur. *Dn. D. Struv. d. Exercit. 9. th. 42. Gail. lib. 2. Obſervat. 36. n. 4. Zanger. de except. d. l. n. 73. ubi quatuor exceptiones refert. add. Donel. & Hillig. 17. Com. 14. k.*

Car-

Carpz. 2. Responf. Elector. 30. Obrecht de jurisd. l. 3. cap. 12. n. 19. seqq. ubi etiam n. 23. aliquas affert exceptiones. Verùm quando abſens in loco contractûs bona poſſidet, tunc arreſto uti licet; ut reus in loco contractûs non repertus aut veniat, & reſpondeat, aut ob contumaciam miſſionem in bonorũ poſſeſſionem patiatur. *d. c. 1. §. contrahentes. de for. cõp. in 6. d. l. 19. §. 1. ff. de jud. Dn. D. Struv. l. c. Dn. Mœv. de arreſtis. c. 12. n. 8.* Sed hoc forũ contractus non habet locũ (1) marito, qui ob tacitã illam conventionem in eo loco ubi de dote convenit, vel dotale inſtrumentum confectum eſt, (quia mulier dotem conſtituendo videtur ſequi velle mariti matrimonium & proinde etiam ejus domicilium) *competenter* conveniri nequit. *l. exigere. 65. ff. de judic. l. un. C. de mulier. in quo loc. mun. ſex. congr. vel honor. agnoſc. lib. 10. Dn. D. Struv d. Exerc. 9. th. 18. Umm. dict. loc. p. 108.* (2) Conſtituente, *arg. l. 8. ff. de judic.* quia conſtitutum ſequitur cauſam debiti. *l. 33. de donat. Dn. D. Struv. d. l. th. 44. Coſtal. in l. 5. de conſtit. pecun. Cujac. lib. 13. obſervat. 17. Alber. Gentil. 2. de legation. 16.* (3) Studioſo, qui, ſi alibi contraxerit, vel deliquerit, nequè in loco contractus vel delicti, nequè in loco ſtudii *competenter* convenitur. *arg. l. un. C. in quib. cauſ. mil. for. præſcr. ibiq; Vultej. n. 59. Bartol. in l. 19. §. 2. n. 6. ff. de judic.* ſed ſi conveniatur, domum revocandi jus habet. *Magnif. Dn. D. Struv. dict. Exerc. 9. th. 25. Rebuff. de privil. ſtudioſ. 121. Dn. Franz. lib. 1. reſol. 16. n. 68.* (4) Mercatore advenâ ſtatim diſceſſuro, & nullam tabernam habente. *d. l. 19. §. 2. ff. de judic. Dn. D. Struv. d. l. th. 44. Dn. Franz. ad d. tit. ff. de judic. num. 38.* (5) quando ita expreſsè conventum eſt. *l. 19. §. 2. d. t.* (6) quandoquè etiam in fidejuſſore. *l. ult. in fin. ff. rem. pupill.*

ſalv.

ſabv. for. & (7) pro variâ conditione perſonarum & rerum circumſtantiis etiam in aliis perſonis. *Umm. dict. diſput. 4. th. 11. 12. 13. ſeqq.*

Sic quoniam forum domicilii generale eſt omnibus cauſis tractandis, & cum aliis modis ſortiendi forum concurrit, actor reum, niſi hic â foro domicilii exemptus ſit, *Dn. D. Struv. d. l. th. 38.* etiam ratione rei ſitæ, ſive de poſſeſſione ſive de proprietate agatur, *competenter* conveniri poteſt. *l. 19. §. fin. ff. de judic. cap. 17. cap. 13. X. d. for. compet. l. 7. C. de petit. hæred. l. fin. C. ubi in rem act. Dn. D. Struv. th. 35. Hiltr. proceſs. jud. p. 1. t. 2. n. 22. ſeqq.* Judex autem loci rei ſitæ requirendus eſt, ut ſententiam in loco domicilii latam exequatur, ac in poſſeſſionem mittat. *l. 15. §. 1. de re jud. l. 12. §. 1. de reb. autor. jud. poſſ. junct. l. un. C. ubi de hæred. ibiq; Dn. D. Brunnem. in comm. ſuo. Dn.* Kohl *ad Conſt. March. q. 19. n. 8. Vult. in d. l. un. n. 11. 50. C. ub. de hæred. Dn. Franz. ad tit. de judic. numer. 73.*

Ita *ratione domicilii* filiusfamilias quamdiu eſt apud patrem, *competenter* domicilium patris ſortitur, nec illud diſceſſu amittit, ſi animum reverendi ſervat. *Cothman. 2. Conſil. 72. n. 38.* Pubes autem factus filiusfamilias ad domicilium patris adſtrictus non eſt, ſed ipſe ſibi domicilium conſtituere poteſt. *l. 3. l. 4. ff. ad munic. Dn. D. Struv. d. Exerc. 9. th. 29. Scotan. Diſputat. ad ff. 22. th. 10.*

Ita licet quis neceſſitate coactus, v. g. ob graſſantem peſtem, vel belli pericula res, familiamque ſuam aliò transferat, nihilominus tamen domicilium in loco, ex quo abit, ſi animum revertendi habuit, retinet, ibique competenter convenitur: *l. 7. in fin. C. de incol. l. 1. §. 1. de liber. agnoſc. l. 22. §. 6. in fin. ad municip. Paul. de Caſtro*

in l.

ni. 2. §. legatis. de judic. n. 10. Cothman. vol. 2. Respons. 63. n. 49. 51.

Si verò Reus vagabundus est, ubicunque reperitur, *competenter* convenitur. *Dn. D. Struv. d. l. th. 37. Dn. Carpz. 2. Resp. 15. n. 12. Plot. Consil. 133. num. 14. Grammat. decis. 26. num. 9. Capol. Consil. crim. 58 num. 23. Boss. tit. de for. comp. n. 70.* Aut quando pluribus in locis reus forum sortitur, Actor, ubi vult, *competenter* agit. *l. 19. in fin. ff. de judic. l. arbitraria. 2. §. Scævola. 3. ff. de eo quod certo loco. Rosbach. process. Civil. tit. 3. n. 52.*

Atque ita *competenter* legatum & in loco rei sitæ, & in loco domicilii, & ubi ipsa hæreditas vel ejus major pars est, quandoquè peti potest. *Umm. dict. disp. 4. th. 1. n. 4.* Et quamvis olim fideicommissum nequè in rem, neque in personam actione competenter peti potuerit, sed tantum extraordinariis persecutionibus, etiam post Imperatoris Augusti & Claudii tempora postulatum fuerit. *l. 178. §. actiones. de V. S. Paul. 4. sent. 1. §. ult.* hodie tamen postquam legata fideicommissis exæquata sunt, pro illis tam reales, quam personales actiones competunt, & fideicommissa vel in loco domicilii hæredis, vel ubi res sita, vel deniquè ubi hæreditas aut etiam ejus major pars relicta est (quoniam hæres hæreditatem adeundo cum legatariis aut fideicommissariis contraxisse dicitur) *competenter* petitur. *Ilico Umm. d. l. pag. 107.*

Sic *ratione delicti* Reus tam ubi deprehenditur. *l. 1. ibiq. Dn. Brunnem. C. ub. de crim. ag. l. 1. C. ubi quis de curial. Dn. Carpz. pr. Crim. part. 3. quæst. 110. num. 69*, quàm ibi ubi deliquit, etiamsi absens sit, *competenter* convenitur.

l. 20. ff. de judic. l. 3. ff. de re milit. l. 28. §. 15. de pœn. l. fin. de accusat. Dn. D. Struv. l. c. th. 45. Dn. Carpz. d. l. n. 45. seqq. Non vero delinquens solùm in territorio, quo deliquit, forum sortitur, sed *competenter* etiam judex domicilii contra eum, licet extra locum domicilii deliquerit, tum ad accusationem partis, tum per viam inquisitionis procedere potest. *Dn. D. Struv. alleg. loc. th. 47.* Si verò in via publica crimen perpetratum est, ejus coërcitio ad superiorem Regalia habentem *competenter* spectare solet. *Dn. D. Struv. ibid. th. 46. Sixtin. de Regal. L. 2. c. 2. n. 16.* Antequam autem Reo delinquenti pœna *competenter* dictetur (1) de corpore delicti, *l. 1. §. 24. de SCt. Silan.* (2) delictum ab hoc reo esse commissum, & (3) quomodo, an dolo an culpa &c. commissum sit, constare debet. *Dn. D. Struv. d. Exerc. th. 98.*

Sic Clericus *ratione suorum bonorum* (wegen seiner Privat- und Profan-Güter) coram judice seculari *competenter* convenitur. *Gail. lib. 1. observat. 37. num. 4. Mynſ. cent. 4. observ. 22. Vult. in l. un. C. in quibus. caus. mil. præscr. for. num. 57. Obrecht. l. 2. c. 13. n. 6.*

Ita *ratione continentiæ,* coram uno eodemque judice, causæ, quæ aliàs sub diversis judicibus tractandæ fuissent, *competenter* tractantur. *l. 3. l. 10. C. de judic. l. 1. & 2. de quibus caus. ad eund. jud. eat. l. ordinarii. C. de R. V. cap. pen. X. e rest. in integr. cap. 2. de rescript. in 6. Ilico Umm. dict. disput. 4. th. 4. num. 19.* non quidem ut olim, ex necessitate, sed pro arbitrio actoris, ita tamen, ut Reo etiam integrum sit exceptionem continentiæ ante litis contestationem opponere. *Dn. D. Struv. loc. cit. th. 55. Gail. lib. 1. observat. 32. num. 13. Mynſ. centur. 1. obs. 97.*

Cau-

Causæ antem feudales, in feudali judicio coram Domino, adhibitis nonnunquam paribus curiæ, vel coram solis paribus curiæ *competenter* aguntur. *Dn. D. Struv. Syntagm. jur. Feudal. cap. 16. aphor. 4. Rosbach. d. l. num. 30.* In foro autem communi, sive apud judicem loci ordinarium nonnisi in subsidium deficiente foro feudali tractantur. *Dn. D. Struv. d. loc. aphor. 7. pag. 595. 596. & 597.*

Sic Usuræ quincunces, vel semisses, licet in stipulationem non fuerint deductæ, *competenter* peti possunt; quia hodiè post moram debentur usuræ. **Reichs-Abschied zu Speier** *de Anno 1600. Magnif. Dn. Præses part. 2. decis. 74. num. 17. ubi in supra laudato Collegio juridico hujus Illustrissimæ Salanæ, Mense Nov. An. 1619. Adamo* **Trampe zu Wolgast** / *hoc modo responsum fuisse adstruit:* **Wenn gleich eurem Bericht nach / von den auffgenommenen Geldern keine** pension **versprochen / noch der Rath hiebevor der Zahlung halber** interpelliret **worden / so seynd iedoch die Hartwigsche Erben von der Zeit an / do die Schuld gemacht worden / die Landüblichen Zinsen zu fodern befugt. V. R. W.**

Et in concursu creditorum usuræ unà cum sorte principali de jure Civili, *per l. Lucius 18. ff. qui pot. in pignor. habeant. l. si plures. 9. §. ult. ff. de pact. Mynf. cent. 1. observ. 19. pr. Neguzant. de pignorib. part. 5. memb. 2. n. 9. Pruckman. Vol. 1. Consil. 17. n. 44. Hartm. Pistor. part. 3. quæst. 14. nu. 24. Mind. de proces. l. 3. c. 21. n. 11. Matt. Berlich. part. 1. concl. 66. num. 8. Moller. lib. 2. semestr. 28. num. 2. vers. deinde & illud. Carpz. part. 1. Const. 28. def. 160.* Et in Archiepiscopatu Magdeburgensi, *veluti attestati sunt Scabini Hal-*

lenses die 23. Junii Anno 1617. hisce formalibus: Es ist je und allwege in Viridi Observantia gehalten/ daß ein jeder Creditor, dem jährliche Zins und interesse verschrieben/ nebens seinem Capital in eodem ordine die Zinsen seind zuerkent/ auch in denen darauff erfolgten executionen abgefolget/ und die Meinung der Churfürstl. Sächs. Constitution alhier niemals recipiret worden. Ut & in Episcopatu Halberstadiensi, *uti patet ex responso à JCtis Helmstadiensibus 27. Junii Anno 1614. ad consultationem Commissariorum Dn. D. Christophori* Lüders *& Justi* Rauchen/ *prolato:* darinnen hat Adam Stoll unter den concurrenten die erste Stelle mit 240. Rth. Haupt-Summ / uud darauff betagte Zinsen / vermöge des am 24. Octobr. Anno 1606. gegebenen Abschieds. nec non in Ducatu Brunsvicensi & Luneburgensi, *veluti ad cōsultationem Illustriss. Regiminis* zu Zell *in Collegio Juridico hujus Illustrissimæ Academiæ Jenensis Mens. Novemb. anno 1621. in puncto liquidationis & prioritatis* Heinrichs von Halle/ *ejusq; filiorum creditorum decisum esse, Magnificus Dn. Præses in tract. de jur. & privil. credit. disput. 12. pag. 348. refert:* Wann obgemeldete Gläubiger/ was sie an Haupt-Summen/ Zinsen / oder sonsten zu fordern haben / klaglos gemacht; so seynd von dem jenigen / was an Heinrichs von Halle und desselben Söhnen Hinderlassenschafft noch vorhandē/ nachfolgende Schulden zu entrichtē ꝛc. hac tamen cum limitatione, si bona debitoris ad satisfaciendū reliquis creditoribus sufficiant, *cōpetenter* exigun-tur. *Magnif. Dn. Præs. p. 2. decis. 74. n. 57 & dict. tr. de Jur. & Priv. credit. d. l. in fin. Matt. Coler. de process. execut. p. 1. cap. 10. n. 116. Wesenb. consil. 50. n. 34.* In foro autem Saxonico, ex

ex causa mutui, prius usuræ in concursu creditorum, licet hypotheca in bonis allodialibus, non saltem super sorte, sed etiam super usuris constituta, arrestum quoque tam super sorte quàm usuris petitum impetratumque fuerit, & quamvis etiam usuræ Ecclesiæ, aliisque personis & locis privilegiatis debeantur, *Magnif. Dn. Præs. de priv. Cred. d. Disput. 12. pag. 351. & 352. n, 1. 2. & 3.* non adjudicantur, quàm omnibus etiam chirographariis creditoribus de sorte satisfactum fuerit; *ordinat. Torgens. de anno 1583. sub tit.* von Wucher und wucherlichen *Contracten &c.* §. jedoch wenn eines Schuldnere/ *& ordin. jud. Elect. Saxon. tit. 50.* §. Es ist aber. *verb.* Obwol alle hiebevor erzehlte Gläubiger vor den Chirographariis, auch einer vor den andern obgefaßter Ordnung nach befriedigt werden soll / das doch solches/ vermöge viel und höchstgedachten unsers Groß Herrn Vaters im 38. Jahr publicirten Ausschreibens / allein auff die Haupt-Summa zuverstehen/ der Zinsen aber sollen sie so dann erst / wenn alle Gläubiger / und also auch die Chirographarii der Häupt Summen vergnüget/ ihrer Ordnung nach/ bezahlet werden. Nisi in casu quo fidejussor pro suo Principali fidejussorio nomine & sortem & usuras solverit. *l. creditor 12. §. sciendum est. 6. ff. qui potior. in pignor. Ordin. judic. Elector. Saxon. d. tit. 50. §.* Dann wann einer etwas verkaufft *vers.* von denen Zinsen / welche ein Bürge in Bürgschafft vor seinen Principalen ausgezahlet. *Dn. Præs. l. c. p. 356. ferè in fin. Berlich. part 1. Conclus. 66. n. 16. Carpz. ad dict. const. 28. defin. 170. n. 2. & 3.* vel quo creditor probat, se, ob moram debitoris determinato tempore debitum non solventis, ab alio sub usuris pecuniam ex necessitate mutuò accepisse, atque usu-

ras solvisse. *Dn. Præs. dict. disput. 12. pag. 358. Berlich. dict. conclus. 66. n. 10. Carpz. d. l. defin. 174.* vel quo creditores diversorum debitorum, v. g. defuncti ejusquè hæredis, concurrunt, *Magnif. Dn. Præs. d. l. p. 361. n. 5.* vel quo feudum cum consensu Domini & Agnatorum, nonnullis creditoribus, reliquis ejusmodi hypothecam non habentibus, fuerit oppignoratū. *Dn. Præs. d. l.* vel quo de annuis reditibus usuræ sunt exolvendæ. *Ord. jud. El. Sax. d. tit. 50. §.* **Dann wenn einer etwas verkaufft.** *vers.* **und dergleichen auch mit denen** *usuris in annuis reditibus. Consult. Const. Saxon. tom. 1. part. 3. quæst. 7. n. 48. in fin. & num. 49. Magnif. Dn. Præs. de priv. cred. disput. 5. memb. 6. pag. 125. sqq. Gail. lib. 2. observat. 7. num. 6. Carpz. ad dict. Const. 28. def. 169. Berlich. d. conclus. 66. num. 18.* Vel quo tutor pecuniam pupillarem aut ipse in suos convertit usus, aut de pecunia pupillari alteri elocata usuras accepit. *Dn. Præs. d. disp. 12. ubi plures casus, in quibus usuræ simul cum sorte in concursu Creditorum, & quidem in Electoratu Saxonico adjudicari & exolvi debeant, refert, & lectorem pag. 367. ad Carpzov. lib. 4. Respons. juris Elector. tit. 6. Respons. 47. & tit. 7. Respons. 51. item ad Berlich. dict. Conclus. 66. n. 10. 11. 12. 13. 17. & 19. remittit.*

Ita, (ne Jurisdictiones confundantur, *l. nemo. 4. C. de jurisd. omn. jud. & de for. comp. cap. pervenit. 11. quæst. 1. Guid. Pap. decis. 436. n. 3. Matth. Wesemb. in parat. ff. de appellat. n. 9. Carpz. lib. 3. resp. jur. Elect. tit. 12. resp. 124. n. 6.* & beneficium appellationis reo convento præcidatur, *Carpz. proc. jur. tit. 3. art. 4. n. 68.*) de jure Civili & Canonico, nisi quod hîc solus Pontifex summus excipiatur, *cap. si duobus. 7. x. de appellat. & cap. antiqua 23. x. de privileg. Perez. ad tit. Cod. de appell. & consult. n. 14. Brandmyl. de differ.*

differ. jur. civ. & canon. pag. 34. verb. appellare rectâ. per gradus à judice inferiore ad judicem ſuperiorem ejusdem ordinis, & quidem non omiſſo judice intermedio, *competenter* appellatur. *cap. dilecti, 66. x. de appellat. l. 1. §. ſi quis. 3. l. 21. ff. eod. l. 32. C. eod. Ordin. Camer. part. 2. tit. 29. §. 1. Mynſ. cent. 1. obſ. 67. Gail. lib. 1. obſ. 119. n. 2. Dn. D. Struv. Exerc. 50. th. 8. Flam. de Rubeis. vol. 2. conſil. 12. n. 19.* In quibusdam verò caſibus, & quidem maximè quando judex intermedius juſtitiam appellanti denegat, *Ord. Cam. dict. part. 2. tit. 29. §. 1. verb.* **Es were denn daß der neheste Unter-Richter.** *Gail. dict. obſ. 119. n. 2. & lib. 1. obſ. 28. n. 3. Ludolph. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 4. n. 138. & ſeqq. Dan. Moller. lib. 2. ſemeſtr. 30. in pr. & n. 1. Jacob. Menoch. lib. 1. arbitr. jud. quæſt. 70. n. 15. ſeqq.* Vel etiam alterutri parti, inanibus ſubterfugiis litem malitiosè protrahenti nimis indulget, *Mynſ. cent. 2. obſ. 24. Moller. & Schrader. dict. loc.* omiſſis etiam intermediis judicibus, ſtatim ad ſuperiorem judicem *competenter* provocatur. *Sigiſm. Scac. de appell. quæſt. 7. n. 36. 52. ſqq. n. 88. ſqq. Matth. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 68. ſqq.* Ubi tamen juſtitiæ denegatio prius ſemper eſt docenda, quàm judice intermedio excluſo ad ſuperiorem deveniatur, quoniam nudis partium narratis non creditur. *Mynſ. cent. 2. obſ. 74. cent. 3. obſ. 57. & cent. 5. obſ. 82. Gail. d. lib. 1. obſ. 28. n. 4.*

Ita non appellaſſe, vel appellaſſe quidem, ſed appellationem *competenter* non introduxiſſe, vel deſeruiſſe, paria ſunt. *Dn. Carp. part. 1. conſt. 16. def. 9. n. 5. Anton. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 27. def. 14. n. 1.*

Quæritur autem occaſione adverbii noſtri (1.) an Arreſtum, in judicio, ſub quo debitor habet domicilium, *competenter* impetratum, afficiat etiam bona immobilia

alibi ſita? Et reſpondetur quod non. *Magnif. Dn. Præſes, part. 2. dec. 77. n.13.* quia, cum forum domicilii, (quod vel eſt originis, & quis in civitate habet quâ oriundus eſt, ex ipſaque naturâ, non tam ex perſonâ ſuâ quàm parentis deſcendit, *l. origine propria. 4. C. de municip. & originar. lib. 10. l. cives. 7. C. de incolis. lib. 10. ibiq. Gloſſ.* vel habitationis, *l. fin. C. ubi in rem act. l. 2. C. de jurisd. l. 2. C. de incol. l. conſenſiſſe. 2. §. 3. l. fideicommiſſum. 50. in fin. ff. de jud. c. cum ſit generale. x. de for. compet. Rosbach. in proc. Civ. tit. 3. de for. compet. n. 9. & 10.*) à foro, quod alicui res in hoc vel illo territorio ſita tribuit, omninò differat *l. fin. l. 1. C. ubi in rem actio exerc. debeat; l. un. C. ubi de poſſ. l. un. C. ubi de hered. l. 10. ff. de rei vind. Il. Ilmm. diſp. ad proceſſ. judic. direct. 4. th. 4. Rosbach. d. l. n. 18.* & exinde judex domicilii alterius judicis jurisdictioni præjudicare non poſſit, *l. ult. ff. de jurisd.* bona immobilia eo in loco ubi ſita ſunt arreſtari debent. *Dn. Carpz. part. 1. conſt. 25. def. 20.* Quamvis enim, uti ſupra dictum, forum domicilii ſit generale, ordinarium, & prædominetur, vel etiam concurrat cum quolibet alio foro, usque adeo ut ex alio foro puta contractus, delicti, vel rei ſitæ non dicantur propriè ſubditi, ſed ſolùm ex domicilio, *Felin. in c. licet ratione delicti. 20. x. de for. compet. n. 23. Matth. Coler. de proc. exec. part. 2. cap. 1. n. 29.* nec dubium ſit, quin judex arreſti competens ſit is, ſub quo debitor ſuum domicilium habet, in tantum, ut areſtum ibi impetrare creditor obſtrictus ſit, ſi ex eo jus reale & prioritatis conſequi velit; *Ordin. proceſſ. judic. Elect. Sax. tit. 51. §.* **Es ſoll aber ein ſolcher Arreſt** ad effectum impetrandi jus reale, **bey denen Gerichten / darunter der / wider den er begehret wird / geſeſſen / geſucht werden.** Propterea tamen arreſtum in loco domicilii impetratum ad

bona

bona immobilia alibi sita non extenditur. *Ordin.Process. judic.Elect.Saxon. dict. tit. 51.* §. Es sol aber. *vers.* und sich weiter nicht erstrecken / als desselben Richters Jurisdiction und Bothmässigkeit gehet.

Neque huc facit aliquid, quod sola bonorum situatio fori competentiam in processu executivo adversus debitorem, qui alibi domicilium habet, alioquè in loco contraxit, non tribuat, *Matth.Coler. de process.executiv. part.2. cap.1.n.57. & part.1. c.2. num.110.* quia hæc objectio ad eam assertionem, quâ dicitur, bona immobilia regulariter eo in loco, ubi sita sunt, arrestari debere, propriè pertinet: aliud autem est quærere, an bona immobilia eo in loco, ubi sita sunt, arrestari debeant? & alia est quæstio, an arrestum in judicio, sub quo debitor habet domicilium, competenter impetratum afficiat etiam bona immobilia alibi sita? Hoc posterius negamus, illud verò affirmamus, & maximè eo in casu, quo vel debitor est vagabundus & fugitivus, qualis semper præsumitur, qui non solvendo factus est, ubi etiam sola situatio bonorum competentiam fori facit. *Matth. Coler. dict. cap.1. num.89.* vel quo periculum in mora versatur, ubi, prout quovis loco & tempore, ita etiam à judice loci bonorum situatorum impetratum arrestum jure subsistit; quotiescunque enim periculum in mora est, communiter à regulis juris communis receditur. *l. de pupillo.5.§. si quis rivos. ibique Jason. ff. de oper. nov. nunciat. Dn. Carpz. loc. cit. defin.15. & 16. Dan. Moller. libr.3. semestr.44.num.6.*

Quæritur (2.) Coram quo judice actio ex L.2.C. de rescind. vendit. *Competenter* instituatur? Nonnulli lege finali. *C. ubi in rem. act. exerc. deb.* & hac opinione, quod rei

restitutio principaliter in obligatione, supplementum autem justi pretii in facultate solvendi sit, *Covar. var. resol. lib.2. tom.1. cap. 4. num.14.* moti existimant, coram eo judice, in cujus territorio res, de quibus agitur, sitæ sunt, illam esse intentandam. Alii dicunt, quod quemadmodum in electione creditoris est, utrum debitorem in loco contractus an verò domicilii in jus vocare velit, eàdem quoque ratione penes actorem stet, an coram judice domicilii ejus, qui convenitur, an verò illo judice, in cujus territorio res sunt sitæ, experiri malit. *Zang. de Except. cap.3. part.2. n.343.* Verùm nos pro judice domicilii, & hunc esse adeundum respondemus. Expediti enim juris est, & ex ipsa allegata l. 2. non obscurè colligitur, actionem dictæ legis *2. C. de rescind. vend.* esse personalem, propterea quod (1.) reales actiones principaliter rei persecutionem contineant; *l. actio. 25. ff. de Obl. & act. §. omnium Inst. de action.* Hæc verò legis secundæ actio non permittat actori, ut rem præcisè petat, sed ita demum, si reus nolit præstare id, quod justo deest pretio *Gothof. in not. ad dict. l. 2. C. de rescin. vendit. l. 8. C. eod.* Et quòd (2) dicta actio l. 2. ex vi ipsius contractus & obligationis oriatur; omnis autem obligatio personalis est. *pr. Inst. de obligat. l. 3. ff. de O. & A.* Sicuti autem in actione reali forum rei sitæ, *d. l. fin. vers. sed & in locis. Zang. d. l. n. 347.* Ita quoque in actione personali forum domicilii est forum competens *l. hæres absens. 19. ff. de judic. l. juris ordinem. 2. C. d. jurisd. omn. jud. l. quoniam. C. ubi & apud quem cognitio in integr. restit.* Et facit huc etiam pro nostra sententia *l. dolus 10. C. de resc. Vendit. ibi: non adversus eum, in quem emptor dominium transtulit, rei vindicatio venditori; sed con-*

trail-

traitum, cum quo contraxerat, in integrum restitutio competit. ubi expressè dicitur, quod secundus emptor non possit conveniri; id quod tamen fieri deberet, si læsus rem ipsam persequeretur, quia ille eam nunc tenet, & quod realis, non verò personalis obligatio sequatur fundum & ejus possessorem. *l. ult. § ult. ibique Gothofr. in not. ff. de contrah. empt. Magnif. Dn. Præs. part. 2. decis. num. 176. & seqq.*

Quæritur (3): Quisnam in delicto in confinibus commisso, *competenter* judicet? Et, si nullæ adsunt conjecturæ, quæ in alterutro territorio delictum esse commissum demonstrent, utriusque territorii Dominos competenter judicare dicimus cum Magnif. Dn. D. Struv. *Exercit. 9. thes. 46.*

Quæritur (4) An sententia, quam judice appellationis intermedio aliquo, ad quem regulariter & *competenter* provocatio fieri debuisset, præterito, judex superior per saltum aditus tulit, subsistat? Affirmatur. quia judex non omninò incompetens dicitur, qui in ordine superiorum est, cum prorogandæ jurisdictionis superiorum conditio sit facilis, non etiam ejus, qui omnino incompetens est. *Anton. Perez. ad tit. C. de Appellat. & Consult. n. 16. per cap. 1. de for. compet. in 6.* Et imputet sibi appellatus, quod exceptione omissâ passus sit judicare provocatum, quem excipiendo declinare poterat. *Perez. d. l. add. l. 1. § 3. in fin. ff. de appell.*

Quæritur (5) An consuetudo aut statutum valeat, ut à majore ad minorem *competenter* appelletur? Negatur. Quia sic juris ordo, uti Imperatores Diocletianus & Maximinianus loquuntur *in l. 2. C. de jurisd. om. jud.* & ipsa

ſubſtantialia appellationis inverteruntur : Conſuetudo autem non poteſt efficere, ut actus, deficientibus ſubſtantialibus, & ita etiam ſtatutum vel conſuetudo de appellando, quo à majori ad minorem appelletur, niſi eatenus, quatenus major ſubjectione ſpontaneâ in illud ſtatutum conſentiat, valeat. *l.13.§.pen.ff. ad sCt. Trebell. l.14.ff. de jurisdict. Brandmyl, de diff.jur.Civ.& canon.pagin.35.*

Quæritur (6): An ab Imperatore ad Status Imperii *competenter* appelletur? Negatur. Quia in appellatione requiritur, &, uti paulò ſuperius dictum, de appellationis ſubſtantia eſt, ut à minore fiat ad ſuperiorem. *l.21.de appellat. Magnif. Dn.D. Struv. Exerc.50.th.8.* Proceres autem & Status Imperii non ſunt ſuperiores Imperatore. *Reinking.de regim. ſec. &. Eccleſ. lib. 1. claſs. 5. cap.9. num. 40. Dn. Hermes in faſc. ſuo Juris pub. cap.XI.num.160.* Hinc ſtultum eſſet, inquit Ulpianus, illud admonere, à Principe appellare fas non eſſe, cum ipſe ſit qui provocatur. *l. 1.§.1. ff. à quibus appell. non liceat. cap. Romana Eccleſia X.de appellat. Marant. in ſpecul. part.6.tit.de appellat.n.248.*

Quæritur (7) An ab Imperatore malè vel non ſatis informato ad melius informandum *competenter* appelletur? Et videtur quod ſic (1) quia varia exempla afferri poſſunt, ubi non nulli ab Imperatore malè ad eundem bene conſultum provocarunt; *vid. Heig. lib. 1. quæſt. 10. Reinking. de Regim. ſecul & Eccleſ. lib.1. claſſ. 5. cap.9. num. 50.& 51. Hermes in faſc. juris publ. d. l.n.161.* (2) per *l.1. in princ. verſ. rurſus. quando appellat. quæ lex eſt canonizata in cap. biduum. 29. §. rurſus. pen.2.q.6.* ubi diſertè conſtitutum eſt, provocationem, ſi ad Præſidis relationem vel conſultationem Imperator ſententiam protulerit, per-

miſſam

missam esse. Verum contraria sententia verior est, utpote, quod jura ab eodem ad eundem appellari, communiter vetent, *Andr. Gail. l.1. Observat. 155. n.6. Berous quæst. 8 n.1.* Et absurdum sit ita ab eodem ad eundem appellare, quasi Imperator, tot Proceribus Imperii præsentibus; & Consiliariis adhibitis, inconsultè suas sententias proferat. *Petr. Heig. d.l. num. 14. seqq. Andr. Gail. d.l. num. 7.* Hinc quod adductas rationes dubitandi attinet, ad illas cum Reinkingio *dict. loc. num. 56. 57. seqq.* ut & cum Dn. Hermete *loc. cit.* respondemus (1) non exemplis sed Legibus judicandum, nec quid Romæ fiat sed quid fieri debeat, inspiciendum esse. *l. sed licet 12. ff. de offic. Præsid.* (2) Vel causâ planè cognitâ & in sacro Auditorio, partibus hinc inde auditis, ventilata est, & sic appellatio locum non habet. Vel Imperator extrajudicialiter alterâ parte non vocata, nec causa planè & pleno in judicio cognita ac discussâ, ac alterius partis relationem & instantiam, rescripsit atque judicavit, & ita provocationi, ut scil. error emendetur, & alteri parti jus suum non auferatur, locum esse concedimus. *arg. l. quod jussit. 14. ff. de re judic. junct. cap. cessante. X. de appellat.*

Octavo denique quæritur: Quonam in foro de possessione feudi *competenter* agatur? Respondemus, litem illam non ad commune sed forum feudale pertinere: *Matth. de Afflict. in §. præterea si inter duos. de probib. feud. alien. per Frider. num. 2. Milan. decis. 6. num. 3.* Quia ubi de possessione rei feudalis, quatenus talis, inter vasallos, vel inter Dominum & vasallum controversia movetur, aliter illa, quàm quatenus vasalli ut vasalli, vel Dominus & vasallus ut Dominus & Vasallus considerantur, non

tractatur. Aliàs autem si hic respectus ad Dominum & Vasallos non consideratur, sed quis possessionem rei, non ut feudalis, sed ut allodialis asserat, forum commune esse competens; verùm non ideò, quòd de possessione agatur, sed quod tunc causa non sit feudalis, concedimus. *Magnif. Dn. D. Struv. Syntag. jur. Feud. cap. 16. aph. 4. n. 3.*

Atque tantùm hac vice dixisse sufficiat: plura de adverbiorum significatione sequentes disputationes exhibebunt.

23. Cognitionaliter.

IN foro alias hoc Adverbium Advocatis, Procuratoribus, defensoribus, præcipuè verò Judicibus valdè est notum, habetq; eandem significationem, quam cognitio unde etiam descendit, quod passim pro cognitione causæ, negotii controversi examine, discussione, & quæstione, utraque parte præsente & auditâ sumitur, ut *l. 1. ff. de off. assess. l. Cogn. 4. ff. de off. ejus cui mand. est Jurisd.* hinc & Græci illud rectè exprimunt, κατ' διάγνωσιν, quod Germani ita reddunt, **nach genugsamer Verhör und beyder Parten Sachen Betrachtung etc.** quæ formula & hactenus pro solenni habita fermè in omnibus sententiis adhiberi solet, uti testatur Dn. Carpz. & Dn. Fibig. *in Process.* In hac autem significatione modo dicta sæpius reperitur in *txt. Cod.*

Ita in *l. 12. pr. C. de LL.* quando sententiæ ab Imperatoriâ majestate latæ Justinianus vim legis inviolabilis tribuit, elegans est textus; Si Imperialis majestas causam cognitionaliter examinaverit, & partibus cominus constitutis, sententiam dixerit, omnes omninò judices, qui sub nostro imperio sunt, sciant hanc esse legem, non solum illi causæ, pro quâ producta est, sed & omnibus similibus.

Ita *in Nov. 86. c. 2.* & inde desumpta *Auth. si verò C. de Jud.* ubi, quando inter Dd. de Judice suspecto i. e. tali, de quo metus esse queat, eũ vel imperitiâ vel corrupti animi vitio,

vitio, aliter quam decet judicaturum, qui recuſari poteſt ſecundum *l.16. de Jud. arg. l. qui Jurisd. 10. ff. de Jurisd.* quæritur, au plane ſit removendus. an verò alius Ordinario ſuſpecto adjungendus? rectè, licet Diſſ. Don. 17. *Com 25. Bronch.1.Ant.66.* deciſum legitur. alium ſc. Judici ordinario eſſe adjungendum, & ita inter litigantes cognitionaliter judicandum; Conſen. Cujac. *9. Obſ 23.* Hott. *in l.16. ff. de Jud.* Duaren, *f.156. Covarr. Pract. quæſt. 26.* Gail. *1. Obſ. 33. n 11.* Mynſ. *2. Obſ 52. & 3. Obſ. 63.* Buſ. *3. Subtil. 10.*

Cæterum quoque in *l.5. §.4. pr. C. de temp. & repar. appell. l. 10. C. de revocan. donat. l.3. C. de quæſt.* adverbium hocce cum emphaſi aliqua adhibitum reperies.

Ne verò quis de præſtantia & utilitate hujus adverbii dubitare queat, ſciendum, ad judicium conſtituendum cognitionem maximè requiri; Judicii enim cujuslibet ſtrictè ſic dicti tres eſſe partes. Litis conteſtationem, cauſæ utriusque diſceptatæ cognitionem & ſententiam jam dudum certum fuit, *ex l.un. C. de lit. Cont. l.4. §. patroni 1. C. de Jud. l.2. C. de Jurejuran. propter cal. præſt.* Si itaque pars aliqua ex iſtis tribus deſideratur, totum judicium redditur infirmum, præprimis verò cognitio, quæ familiam ex dictis requiſitis ducit; Judicium enim omne ſuſcipitur litis finiendæ gratia, teſte Aſcanio, quin lis non poteſt finiri, licet ſit conteſtata, niſi prius cauſæ utrinque diſceptatæ cognitionem ſuſceperimus; Et hæc videtur etiam eſſe ratio, quare in quæſtione illa, an judex potiùs ſecundum acta & probata, an verò ſecundum conſcientiam debeat judicare, cum *D. Arum. Ex. 6. in Παρεργ. B. Frantz. lib. 2. Reſol. quæſt. 22. Schnobelio Diſp. 1. th. 35.* reſpondeatur, potius ſecundum conſcientiam; veritas quippe

appa-

apparens & probabilis ſolum, ex actis & probatis eluceſcit, quæ ſi accuratior judicis poſtmodum accedit cognitio, & examinatio, confirmatur & firma redditur. Videatur Magnif. Dn. Struve Patronus ac Præceptor meus debitè colendus, *Ex.44. th.5.* Dn. Reinking. *l.2. Cl.2. cap. 12. num.4.*

Etſi verò ſecundum *l.5. ff. de Ext. cognit.* cognitionum numerus cum ex variis cauſis deſcendat, tam varius, ut in certa genera dividi facilè nequeat, tamẽ apud omnes JureConſ. conſtat, ex omnibus iſtis, illam, de qua Prætor vel Præſes extra ordinem favore cauſarum vel perſonarũ cognoſcit, unde & cognitio Prætoria vel extraordinaria appellatur, *t.t. ff. de Ext. cogn. l. creditor. 52. §.2. de act. empt.* eſſe utilisſimam & nobilisſimam, inque jure noſtro fermè utramque paginam facere, multa quippe occurrunt, de quibus ordinaria aliqua formula non eſt prodita, neque jure ordinario nituntur, ut ſunt caùſæ liberales, Salaria Profeſſorum, Advocatorum, &c. *l.1. & t.t. de Extraord. cogn.* unde etiam venit, quod cognitio non ſolum in jure paſſim, ſed & apud probatos autores juri ordinario ſoleat opponi, uti videre eſt inter alia apud Suetonium in Claudio *c.15. vid. Salm. de mod. uſur. c.3.*

Occaſione hujus Adverbii Q. An Extraordinariæ & Prætoriæ cognitiones poſſint mandari, & mandata jurisdictione tranſeant? quod Aff. *pr. l.4. ff. de Off. ejus. cui mand. eſt Jurisd.* conſentit Donell. *18. Com. 8.* Sutholt. *de Jurisd. aph. 153. & seqq.* tamen cum hac cautela, ut adhibeamus limitationem Magnif. Dn. D. Struvii *Ex.4. theſ.41.* Cum enim is cui mandata eſt Jurisdictio, & in bonorum poſſeſſionem mittere, & de ſuſpecto tutore cognoſcere,

& alia plura, quæ magis imperii ſunt quam Jurisdictionis, peragere poſſit, *l. 1. d. l. 4. ff. de Jurisd.* Magnif. Dn. D. Struve *d. Ex. 4. th. 65.* ibique in dictatis. Arn. Vinnius *ſelect. Juris quæſt. l. 1. c. 3.* mirum certè videretur, ſi & de nutriciis, de uſu aquæ, aliisque ſimilibus rebus, quæ extraordinatiæ cognitionis annumerantur *l. 2. de Exr. Cogn.* cognoſcere & ſtatuere nequeat. Vid. Scipio Gent. *2. de Jurisd. 20.* Magnif. Dn. D. Struve *d. Ex.* Diſſentit alias Cujacius *in l. veſtis de V. S. & Obrecht. c. 5. n. 60. & ſeqq.*

24. Compluries.

Adverbium hocce, quod eſt numeri, eandem cum Adverbio ſæpè Plauto *teſte in Perſa*, & *Catone Orig. 2.* habet ſignificationem, & licet in ipſo jure expreſsè cum actibus iteratis non inveniatur, poteſt tamen facili negotio colligi, quatuor ad minimum requiri actus ad id, ut aliquid dicatur compluries factum, ſi *l. 94. ff. de Legat. 3.* perpendimus, in qua quid per complures & veterum compluria, quod noſtrates dempta Syllaba complura dicunt, à quo etiam compluries factum, intelligendum, & quotnam cōtineat actus, habetur; deſcendit verò hoc adverb. immediatè à veteri plurè pro quo hodiè plus uſurpatur, quod differt à multo, ut patet ex *l. 12. ff. de teſtib.* & *l. 1. §. 7. ad SCTUM Tertull.* & adhibetur in multis iisque nobilisſimis Juris materiis, præprimis in hac, ubi de plus petitione agitur. *t t. C. de plus petit.* Plus autem peti alias quatuor modis dicitur, *Re, Tempore, loco & cauſa*, quod Paulus *1. Sent. 10.* qualitate plus petere appellat, ut rectè Bach. *ad §. 33. Inſt. de Act.* notat, in quo hæc diviſio ſatis clarè proponitur; unde minimè diverſæ hæ ſunt plus petitiones, ut fruſtrà contendit Ægid. Hortenſ. Re plus petitur, cum re aut quan-

quantitate aliqua certa debita, res plures, aut major quantitas petitur, ut v. g. si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti peteret. *§. 33. Inst. de Act.*

Tempore plus petitur, cum quod in diem aut sub conditione debetur, ante tempus vel existentem conditionem petitur, veluti si quis ita stipuletur: decem aureos primis calendis Martiis dare spondeo, & prius illud quis, quam dies veniret, vellet exigere. *§. 2. Inst. de V. O. §. 5. Inst. de inutil. stipul.* Verùm dubium hic suboritur, quomodo is, qui ante conditionem petit, plus petere dicatur, cum nulla ei adhuc competat actio, nec obligatio aliqua adsit, *l. cedere diem. 213. ff. de V. S.* Sed spes tantùm debitum iri. §. *4. Inst. de V. O.* Quibusdam distinguere placuit inter conditionem certam, quæ aliquando omninò exstitura est, veluti si moriaris. §. *4. Inst. d. t.* & conditionem incertam, quæ an impleatur, incertum est, veluti, si navis ex Asia venerit, §. *14. Inst. de Inutilib. stipul. arg. l. 18. ff. de Cond. indeb.* ut si quidem ante existentem conditionem certam quis petierit aliquid, propriè plus tempore petiisse censeatur, secus verò, si post conditionem incertam. Bartol. *ad l. non solum. 8.* §. *tale. 3. ff. de liber. legat. Jason. ad* §. *33. Instit. de Act. n. 10. Mynsing. n. 4. Don. n. 10.* Verum enim verò quia textus in d. §. non distinguit, nostrum hic non erit, aliquam adhibere distinctionem, *arg. l. 8. ff. de Publ. in rem act.* præprimis cum vocabulum conditionis eam propriè significat, quæ incerta est, §. conditiones. *6. de V. O. l. si pupillus. 9.* §. *1. ff. de novat. l. necess. 8.* §. *1. ff. de peric. & com. rei vendit.* Asserendum igitur erit, plus petiisse intelligi etiam eum, cui nihil debetur, sicuti minus solvere dicitur, qui nihil solvit. *l. amplius. 82. ff. de V. S.*

V. S. Exinde autem nondum ſequitur, ut nonnulli volunt, indebitum eſſe, quod ſub conditione fuerit promisſum; revera enim eſt debitum, licet tempus conditionis nondum ceſſerit, propter ſpem, quam ex contractibus etiam ad hæredem transmittit. §. *4. Inſt. de V. O.* quin imò creditoris nomine etiam venit is, cui ſub conditione debetur. *l. creditoris. 10. ff. de V. S. Jaſon. n. 3. Zaſ. n. 3. Anth. Matth. in not. ad §. 33. Inſtit. de Act.*

Loco plus peti dicitur, ſi alio; quam quo promiſſum eſt loco, agatur, veluti ſi Epheſi dare quis promittat, Romæ intendat ſibi dari, *d.* §. *33. de Act.*

Cauſa plus petere dicitur, ſi ex duabus rebus disjunctivè promiſſis altera præcipua petatur, v. gr. ſi quis ita à te ſtipuletur: Hominem Stichum aut decem aureos dare ſpondes; deinde alteram vellet petere, veluti hominem tantùm, aut decem aureos tantùm. *d.* §. *33.* actor quippe hoc modo unam aliquam certam rem petens aufert reo electionem, quæ alioquin in hujusmodi promiſſionibus conceditur. *l. ubi. ff. de V. O. l. plerumque. 10. ff. de Jure dot.* Quicunq; igitur his quatuor dictis modis olim plus fraudulenti & incogitanti animo petere ſolebant, cauſa pœnæ loco cadebant, i. e. rem amittebant, vel ut clarius, omni impoſterum actione excludebantur, nec unquam debitum petendi poteſtas concedebatur, & rationem ſuggerit Donell. n. 1. & ex eo Anth. Matth. ut ſc. diſcant omnes jus ſuum prius diligenter explorare, & temperare ſibi ab injuria, & inani judicii metu aliis non creare moleſtiam, quæ ratio ſicuti generalis, quin etiam juri novo accommodari poſſit, nulli dubitamus, licet alia plus petitionis pœna in tempore ex Conſtitutione Zenonis, alia in reli-

quis

quis modis ex Justin. const. constituta. §.33. *Instit. de Act. junct.* §.10. *Inst. de Except. t. t. c. de Plus petit.* Ex constit. enim Zenonis *ex l. 1. & 2. d. t. C. de Plus pet.* Si plus petitur tempore, duplicantur induciæ, & non aliter ad agendum admittitur iterum, quam si prioris litis expensas omnes refuderit. Ex Just. v. Const. quæ in Cod. nostro non exstat, si reliquis tribus modis, puta re, loco, & causa, quis plus petierit, cautum est, ut plus petens in triplum ejus damni condemnetur, quod reus ex hac petitione senserit, *d.* §.33. *Inst. de Act.* & §.10. *de Except.* excipitur tamen unus adhuc casus *in l. 3. C. d. t. d. Plus pet.* ubi jus vetus adhuc obtinet, & plus petens causa cadit. Addatur Magnif. Dn. D. Struve Patronus atque Præceptor meus colendus. *Ex. 9. th. 68.* Dn. Brunneman *ad l. 1. & 2. C. d. t.* Dn. Ludvvel. *Exercit. Inst. n. 16. th. 7. C.* Ilic. Umm. *disp. ad Proc. Jud. dir. 8. th. 27.* Coler. *ad Capit. 2. num. 6. & seqq. extr. de Except.* Dn. D. *Strauch, Præceptor quondam colendus, in Diss. 24. aph. 17. & seqq.* A qua pœna clausula illa Salvo Jure superflui, libello adjecta, minimè liberat, *arg. l. 21. ff. de acqui. hæred. & cap. 54. in fin. Ext. de App. Hering. de fidejuss. c. 24. n. 17. & seq.* Dissent. *Zas. ad* §. *33. vers. plus autem. n. t. Jason. ad* §. *tripli v. 25. Inst. de Act. Dn. Zang. c. 11. n. ult. & alii.* Quid autem significet adjectio hæc, Plurisve, in jure utilis & non infrequens, poterit infra videri in voc. Plurimum, ubi B. Lectorem remitto.

25. Composite.

Usum Adverbii hujus si perpendis, reperies in Jure nostro nullum esse, potuisset que jure meritò sicco pede præteriri, licet apud Ciceronem & Plautum occurrat, nisi varbi à quo descendit, componere, utilitatem cogni-

tam habuiſſemus, quam paucis lubet apponere propter cognationem. Varias autem habet in jure noſtro ſæpius occurrentes ſignificationes, mox enim ſignificat inſtituere, ut in *l. 2. §. 4. poſtea ne diutius &c.. ff. de O. Jur.* quo loco compoſitas actiones pro inſtitutis quibusdam agendi formis accipere debemus.

Mox in unum jungere, jungendo conficere, & componere multas res, apta quadam cohærentia & veluti harmonia ſimul ponere, quin imò de rebus ſuis diſponere, *l. 2. C. de exhib. re. l. 26. C. de teſtam. l. 17. de teſt. mil. l. 4. C. de poſth. hæred. Inſt. l. 6. ad SCTUM Turpill.*

Sæpisſimè autem ſumitur in Jure noſtro, ſicut & nomẽ compoſitionis, & ablativus vim habens Adverbii compoſito pro convenire, paciſci; unde etiam dicimus ex compoſito aliquid agere, ἐκ συνθήκης, pro eo quod eſt ex conventione per reum cum præſide factâ ex cauſa lite pendente de dubio criminis ſtatu, transactione, ſive alio pacto, quemadmodum inter nos convenerit, *vid. l. 6. l. 13. & l. ſeq. ff. ad Senatus conſ. Turpill.*

Q. hic. An Judex ad amicabilem compoſitionem ſ. concordiam partes poſſit cogere? Ad quam prius reſpondeamus, diſtinguendum erit inter cauſas quas agunt inter ſe partes, an ſit criminalis, an verò civilis? De priori affirmatur, quod ſc. partes per judicem in cauſa criminali ad concordiam compelli poſſint. Bartol. *teſte in l. congr. n. 4. ff. de off. præſ.. Bald. ibid. n. 1.* quod tamen rectè limitat Gail. *l. 2. de p. p. c. 18. n. 8.* ſc. antequam committatur delictum, *l. denunciamus, C. de his qui ad Eccleſ. ſ. confug. & in l. illicitas. §. ne potentior. ff. de off. præſ.* De poſteriori verò negatur, ſc. in civilibus regulariter litigatores ad compoſi-

positionem vel ad compromittendū compelli non posse, *Nov. 124. c. 4.* Potest quidem Judex partes ad concordiam & compositionem hortari, sed non compellere, *Bald. & Angel. in d.l. æquiss. Jas. in d.l. quidam existim. n. 4. ff. si cert. pet. Bald. in l. 1. §. quies. n. 2. ff. de Off. præf. urb.* ratio quippe æquitatis non patitur, ut quis cogatur invitus remittere injuriam, nisi in foro pœnitentiali, idem Bald. *in l. ex stipul. n. 1. C. de sent. & inter. omn. Jud. Alex. Cons. 144. n. 1. vol. 7.*

Excipiuntur tamen casus, ubi etiam in civilibus ad amicabilem compositionem compelli partes queant, & 1. quidem, si lis longo tempore tracta adeò intricata sit, ut partes se facile expediri nequeant, Dec. *cons. 445. n. 2. Jas. in d. l. quidam existim. n. 4.* 2. Si dissensio sit inter personas insignes & status, ex qua respubl. turbari & scandalum publ. oriri possit, *l. si quis. §. in civil. ff. de capt. & postlim. revers.* Bald. *in d. l. 2. §. quis n. 1. ff. de off. præf. urb.* Videatur *Carpz. Jurispr. for. part. 1. Const. 1. def. 11.* Hart. Hart. *t. 1. Obs. 4.* Gail. *l. 2. de P. P. c. 18. n. 19.* Joach. Schnobel. *Disput. ad π 2. th. ult. Castr. Alex. Jas. & alii in d. l. quidam existimarunt. ff. si cert. pet.*

26. Concinne.

Duas dari hujus adverbii significationes puto esse notum ex lexicographis, alteram quidem propriam & in bona parte usitatam, & significat idem ac ornatè, compositè, convenienter quid peragere; Sic Cicero *2. de Orat.* Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non peritè. Sic *& pro Quintio.* Hunc rogat blandè & cōcinnè. Alteram impropriam & in mala parte agitatam, & idem est ac calumniosè, callidè, sic quando dico, concinnè lites incipere

i. e.

i. e. ac si dicerem calumniosè alicui lites movere: Hinc *in l. 9. §. 2. ff. de off. Proconf.* Concinnatores sunt hi, qui novas lites simulatis captionibus & cavillis improbis in longum ducere moliuntur, cum eis jure agere non liceret; Videatur Alex. ab Alex. qui se aliquando cum Romæ Palatini fori judicia operirentur, de hujus vocabuli vero sensu rogatum fuisse asserit, *l. 4. Gen. dier. c. 15. Coras. l. 1. c. 4. n. 2.*

27. Concluse.

Usum hujus adverbii geminum apud bonos Autores occurrere, nemo est qui ambigit; Primò enim sumitur pro concinnè, concisè, breviter, Græci eleganter dicunt συγκεκλεισμένως; hinc quando Cicero dicit, conclusè aliquid dicere, nihil est aliud, quam compendiosè, sine verborum ambagibus & lenociniis causam suam proponere, JureConf. dicunt, causas ex breviculis, quæ sunt compendiarii seu breves libelli, quæ summam rei continent, ita enim definiuntur à *Zonar. in Concilio Carthaginensi*, βιβλίον, ἡ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομος γραφή; recitare, quo sensu reperies *in l. 5. C. de conv. Fisci debit. lib. 10.* & *l. excellentia. C. de erog. milit. ann.* Secundo accipitur pro ἐπιλόγως sive finaliter, quando quis assumptione concessâ ad morem Dialecticorum convenienter argumentatur, quâ in significatione in elegantissimis conclusionum materiis occurrit, & 1. quidem, quando de conclusione libelli agitur, quæ secundum communem Dd. sententiam in omni libello necessariò adesse debet, quia jdex officium suum non nisi postulantibus confert, *l. 4. §. hoc autem 8. ff. de dam. inf.* quâ ex causâ, etiam dicitur conclusè s. conclusivè aliquid petere, *teste Carpz. in Proc.* Sic enim argumentum Logicorum consistit ex Majore, minore &

con-

conclusione, ita apud Legistas libellus ex tribus consistere debet; unde secundum Innocent. *in cap. super lit. 29. extr. de rescript.* dicitur, non quid narratur, sed quid concluditur, attendi debet, & Angel. hic dicit, adeò advertendum esse ad conclusionem, ut non sit potius in libello aliud; sic si ego narrarem petitorium & possessorium, tamen per medium concludendi super possessorio restringitur libellus, ut habet *Decius cons. 28.* hinc & Baldus inquit *in l. nec quicquam 9. §. ubi decretum. ff. de offic. procons.* per conclusionem restringi narrata in libello ad ea, quæ conclusivè seu conclusè petuntur, videat. Card. Tusch. *Pract. concl. 558. l. c.* Repert. Johan. Bertachin. *part. 1. l. c. hoc ipso vocab.* Johan. Jac. Speidel. *in Syll. Quæst. Jurid. h. voc.* Schneidvv. *ad §. omnium, Inst. de action. n. 117.* Carpz. *in sua Praxi*, Fibig. König. & Frider. *in proc.* hinc inde. Dari tamen casus, in quibus libelli conclusionem omitti posse, seu ubi conclusivè non necesse habemus petere, Dd. notarunt, quos apud Ilic. Ummium *Disp. ad Process. Jur. 6. th. 11. n. 54.* secundum seriem recensitos invenies.

II. Quando de conclusione causæ quæritur; an etiam sit de substantia Processus, conclusivè sententiam in causa ferre? quod negamus, utpote quæ absque vitio nullitatis omitti potest, ut habet *gloss. in clem. sæpè. § sent. in verb. conclusivè de V. S. Rota. dec. 1. n. 1. tit. de test. Marant. part. 4. dist. 9.* Certum enim est, conclusionem in causis ordinariis, de summariis aliàs constat, magis de consuetudine, quàm substantia processus, vel ut Repert. Bertach. loquitur, magis de justitia quàm essentia esse, quæ ratio etiam est, quod in supremo Camer. Imp. judicio nulla sententia publicetur, ne interlocutoria quidem, nisi in

causa legitimè conclusum sit, uti testantur Camerales Gail. & Mynſ. quod eò etiam se extendit, ut licet alterutra pars concludere nollet, tamen judex eam, si modò ipsi ad concludendum sufficientes dilationes concessæ sint, in contumaciam causam ex officio pro conclusa acceptare & in principali pronunciare poterit, per textum elegantem *in Auth. jubemus*, *C. de jud.* quæ omnia hactenus dicta in causis civilibus, vera sunto; Secus verò in causis criminalibus, in quibus, quoad reum, nunquàm concluditur, idque favore defensionis, potest quippe reus defensiones suas non solùm ante publicationem testium, verùm etiam patefactis attestationibus adeòque post ordinariam conclusionem quandocunque proponere, per text. notabilem *in l.unius.§. ult. de quæst.* ubi notanda verba *quandocunque tempore.* Plura de hoc adverbio vide sis apud Joh. Bertach. in verbo concluſ. Adde Card. Tusch. *Pract. concluſ.558.* Gail. *Pract. observ. lib. 1. Obs.107. n. 1. 2. 3. & seqq.*

28. Concorditer.

Apud Canonistas Adverbium hoc admodùm est frequens, & dicitur id factum esse concorditer, quod fit nemine discrepante, non quod fit à majori parte secundùm *Abb. in cap. non potest ext. de re jud. cap. cupientes. §. ad hæc. de Elect. & electi potest. in 6.* & text. est clarus *in cap. in causis xt. de elect.* ubi factum à majori parte capituli, & factum concorditer ponuntur ut diversa. Verùm huic obstare videntur glossa *in cap. non potest. x. de re judicat. & c. 1. x. de majorit. & obedientia*, ubi id dicitur factum est concorditer, quod est factum à majori parte; Verùm ita distinguendum puto, aut materia subjecta patitur seu requirit,

quirit, ut omnes interveniant, nemine diſcrepante, & ita procedit ſententia *cap. in cauſis. de Elect.* adjiciuntur quippe ut plurimùm verba, *omnes & ſinguli;* & tunc actus debet fieri, nemine diſcrepante; aut materia ſubjecta non patitur, nec requirit conſenſum omnium, & tunc factum à majori parte, dicitur concorditer factum, & ita intelligitur *gloſs. in d. c. 1. & in cap. d. non pot.* impropriantur enim tunc verba, & intelliguntur ſecundùm juris diſpoſitionem, cùm aliàs propriè dicatur id fieri concorditer, quod fit nemine, uti dictum, diſcrepante.

Hoc poſteriori modo etiam ſumuntur verba A. B. *c. 2. §. 4.* notabilia, ſententiam noſtram confirmantia, quæ ſic ſonant: *Poſtquàm in eodem loco ipſi, vel pars ipſorum numero major elegerit, talis electio proindè haberi ac reputari debebit, ac ſi foret ab ipſis omnibus, nemine diſcrepante, CONCORDITER, celebrata &c.* Certum igitur eſt, electionem iſtam concorditer eſſe factam, ſi à majore Electorum parte proficiſcatur, adeòq; legitimã, in electione enim legitima majoritas attenditur. *d. §. 4. c. 2.* Hinc etiam Glorioſiſſimus Comes GUNTHERUS Schvvarzburgenſis alia conditione in ſui electionem conſentire noluit, quam, ſi major pars eorum, qui ſe jus eligendi habere asſererent, convenirent, teſte *Cuſpiniano in vita* Guntheri. An verò is etiam dicatur concorditer electus, qui trium Electorum vota habet, cœteris diſparibus ſc. ita: Duo conſentiunt in Sejum, duo in Pamphilum, tres verò in Titium, hîc obiter quæritur? quod negatur: majoritas enim, reſpectu eligentium, non attenditur, aliàs valeret, quòd Titius eſſet electus, quia trium haberet vota, verùm majoritas reſpectu collegii & perſonarũ in eo exiſtentium,

quatuor enim adhuc supersunt, qui in Titium non consenserunt, undè minimè verum, quòd major pars ipsum elegerint, & hanc sententiam probat *c. Eccles. vestra, 17. ibid. Panorm. ext. de Elect. & Elect. potest. & Lupold. de Babenberg c. 12.* electio enim non pertinet ad eos, ut singulares personas, sed ut ad collegium. Videatur Arumæus *in notis ad A. B. c. 2. n. 16.*

Civilia quod attinet jura tenendum, quòd adverbium hocce etiam ibi suos habeat usus, in materia enim ista, quando Universitas Syndicum, qui ipsius nomine agit, constituit, *l. 1. §. 1. l. 2. & 3. ff. quod quisq. univers. nom.* vel *l. cont.* etiam dicitur concorditer constitutus, quando ipsi secundùm datam anteà distinctionem, vel omnes, vel major pars, seu plura suffragia, aut majora ut vocant vota in rebus ad universitatem ut universitatem spectantibus, Syndicatus officium deferunt. *l. 19. ad Munic. l. 45. C. de decurion. lib. X.* videatur Magnif. Dn. Carpzov. *part. 1. c. 13. def. 7. & l. 3. Respons. Elect. n. 8. 9.* Magnif. Dn. Struve, Præceptor atque Patronus meus debitè devenerandus, *in Synt. I. C. Ex. 7. th. 42.* Contractus hîc brevitatis studio prætereo, quia concordia & consensus omnium horum est fundamentum, ut text. elegans testatur *in l. 1. §. penult. ff. de Pactis.* quid? quod ipsius so cietatis civilis; concordia enim, cùm primò omnium sola foret societas inter maritum & uxorem, effecit, ut posteà etiam domestica coalesceret, ex domesticis integræ familiæ, quibus etiam extraneæ adscitæ sunt, sic, ut distractis locis habitantes, primò vicos, deinde pagos, post oppida & urbes, deniq; provincias & regna constituerent, ut adeò non minus eleganter quàm verè dictum sit: Concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

29. Con-

29. Conditionaliter.

Adverbium hocce utpote qualitatis de eo dicitur, quod fit sub conditione, ut patet *ex l. 17. §. 3. ff. de cond. & demonst. §. 31. sed si cond. Inst. de legat.* ubi expresſè reperitur, habetque in jure noſtro inſignem uſum: Omne verò illud, quod fit conditionaliter, ſeu ſub conditione, indicatur certo aliquo ſigno, v. g. vocabulo SI, *l. 8. & 9. l. 16. & 19. l. 61. & 64. ff. de V. O. l. 2. l. 6. §. 1. l. 7. l. 11. §. 1. l. 47. & 50. ff. de cond. & demonst.* vocabulo SIVE. *l. 63. ff. de V. O.* it. vocab. NE & NEQVE *l. 83. in fin. princ. ff. eod.* Innuitur porrò conditio per verbum QVAMDIU, ſecundùm Bart. *in l. pater Severinum. §. fin. ff. de cond. & demonst. & Bal. in L. 1. in princ. C. de leg.* it. per dictionem UBI. *l. ſi ita ſcript. §. fin. ff. d. t.* it. per hæc verba, CUM HOC PACTO, teſte Alex. *conſ. CXIX. in part. 1.*

Fit vero aliquid conditionaliter vel ſub conditione, modo poſſibili & impoſſibili; Poſſibili, quando conditio, quæ per rerum naturam admitti poteſt, alicui rei adjicitur, *arg. §. 11. Inst. de inutil. ſtipul.* Et hæc conditio tunc iterum eſt vel poteſtativa, vel caſualis, vel mixta. Illa dicitur, quæ pendet à poteſtate implere debentis, judicaturque exindè, quòd de facili à communiter contingentibus poſſit impleri *l. ſuus quoq;. §. 1. cum gloſs. ff. de hæred. inſtit.* e. g. Si ſtichum manumiſerit, ſi ſervum hæreditarium non alienaverit, ſi ſtatuas in municipio poſuerit. *l. 26. ff. de inoff. teſt. l. ult. ff. de cond. Inſt. l. filius. ff. de cond. & demonst.* Verùm an in *l. 35. §. 5. ff. de contrah. empt.* conditio poteſtativa lateat, obiter hîc quæritur? quod negatur. Licet enim, ut dictum, conditio poteſtativa largo

modo dicatur ea, quæ ſit in poteſtate facientis, ſicuti in *lege noſtra*, ubi agitur de venditione ad menſuram, quæ quidem eſt in poteſtate ementis & vendentis, ſed non abſolutè & propriè, impedire quippe non poſſunt menſuram; conditio itaque vera & propriè, ſi eſt poteſtativa, debet eſſe abſolutè in poteſtate mea, ut poſſim facere & non facere, undè etiam arbitraria appellatur. Caſualis eſt, quæ ex alieno arbitrio vel ex ſolo fortunæ eventu pendet. *l. unic.* §. *7. C. de cad. tollen. l. 60. ff. de cond. & demonſt.* §. *4. Inſt. de V. O.* & ſi filius ſub hac conditione inſtituitur, habetur pro præterito. *l. 4. l. 86. ff. de hær. inſtit. l. 28. pr. ff. de lib. & poſth.* quod etiamnum hodiè obtinere affirmant Jaſ. *l. ſi pater. n. 19.* Clar. §. *teſtament. quæſt. 39.* Mixta denique eſt, quæ partim ab arbitrio ejus, in quem confertur, partim ab eventu & caſu dependet, veluti ſi Titius ante Calend. Maj. ex Italia redierit. *l. 4. ff. de hær. Inſt. l. 10. de V. O.* Impoſſibili modo aliquid fit, quando conditio additur, quæ nunquàm exiſtere poteſt, (1.) vel ob curſum naturæ. §. *11. Inſt. de inutil. ſtipul. l. 4. de cond. non obſt. l. 4.* §. *1. de ſtatu lib.* (2.) ob juſtam legis animadverſionem, *l. 20. l. 26. ff. eod. non obſt. l. 15. de cond. Inſt.* (3.) denique propter bonos mores: *arg. l. 8. ff. de cond. Inſt.* etſi iſta conditio affirmativè (negativa enim ſi apponitur, v. c. ſi cœlum digito non tetigeris, pure facta intelligitur obligatio, juxta §. *d. n. Inſt. de inut. ſtip.*) adhibita reperitur, ſemper pro non adjecta habetur, *l. 16. ff. de cond. inſt. d.* §. *n. Inſt. d. l. 5.* Videatur Card. Tuſch. Pract. concluſ. *tom. 2. concl. 580. & ſeqq.* Gail. *1. Obſ. 132. n. 3.* Molina *tom. 1. tr. 2. diſp. 206.* Merend. *2. controv. c. 25.* Speidel. *in Syll. quæſt. jurid. l. c. vocab. Conditio.* Repert. Joan. Bertach. *Part. 1. l. c. v. d.* Magnif.

Dn. Stru-

Dn. Struv. *in Synt. I.C. Ex. 35. th. 97. it. Ex. 33. th. 49.* Magn. Dn. Strauch, *in Diss. ad π. 9. aph. 22.*

Occurrit verò præcipuè hoc Adverbium in materiis stipulationum, Institutionum & Legatorum; sæpissimè enim ob varios hominum in vita civili casus conditionaliter stipulamur; quando forsitan in aliquem casum differri cupimus obligationem, tunc enim neque nascitur obligatio neque actio, sed spes tantummodo fit debitum iri. *§. 4. Inst. de V. O. seu ut JCTI* loquuntur, neq; cessit neq; venit dies. *l. 213. ff. de V. S.*

Horum autem stipulationum exempla reperies in *l. 2. & 4. §. 1. l. 1. & 15. l. 12. l. 26. & 28. ff. de cond. & demonst.* item in tit. *ff. de V. O. qui scatet his stipulationibus.*

Ita in materia legatorum, conditionaliter legatum relinquitur *l. 5. §. 2. l. 21. quando dies legati cedit l. 19. l. 55. l. 94. ff. de Cond. & demonst.*

Sic quoque conditionaliter in testamento instituitur hæres, *l. 4. l. 68. de hæred. inst. l. 15. l. 28. l. 4. l. 5. l fin. de cond. Inst. l. 38. de Cond. & demonst. l. 4. C. de inst. & subst.* Hinc quando conditionaliter ita, seu sub tali conditione; si sine liberis decesserit: liberi ponuntur, quæritur, an habendi sint pro institutis? quod affirmant Steph. Forcatulus in Neciomantia, *dialog. 50. & seqq.* Fach. *l. 4. controv. c. 51.* Renneman *de Iure Rerum. Disp. 22. n. 20.* Verum quoniam negativa communiter est recepta etiam hanc meritò propter fundamenta immota retinemus, cum Alciato in com. ad *l. 11 C. de Pact. n. 15.* cui calculum suum addunt Magnif. Dn. D. Richter Præses, Patronus atque Præceptor meus æternùm colendus. *in Interp. l. ult. C. de* Edict. div. Hadr. toll. Magn. Dn. D. Struve *Ex. 36. th. 24.* Magn. Dn. D. Strauch.

Diss.

Dis. ad n. 9. aph. 25. Dn. D. Brunnemann *in interpret. l. 1. C. de Pact.*

30. Confestim.

Varias pro subjectâ materiâ, Adverbium hocce temporis in jure non infrequens, recipere significationes, testes sunt leges hanc in rem expressæ.

Sic aliquando sumitur pro eo, ubi primum potuit h. e. Prætoris copiam habuit, teste Ulpiano *in l. 2. §. 43. ff. ad SCtum Tertyll. & Orph.* Rebuff. ad l. *anniculus. 134. de V. S.*

Aliquando petitur interpretatio ex testatoris vel legatoris voluntate, ut significet statim post impletam conditionem & mortem instituti, ut probant textus notabiles *in l. 77. §. ab instituto. 15. ff. de Legat. 2. & l. 4. C. quando dies legat. l. fid. cedit.*

Aliquando accipitur pro decem dierum, *l. 21. §. 1. ff. de const. pec.* aliquando pro 4. mensium spatio, teste *Bart in l. presbyt. C. de Epis. & Cler.* aliquando pro integro anno secundùm Ascan. Clem. *de Pat. pot. c. 4. n. 39.*

Interdum quoque sumitur pro modico temporis intervallo, quando quis obligatur ad dandum aliquid vel faciendum, sicuti cum singulari elegantia & perspicuitate apparet ex §. *1. Inst. de Verb. obl.* ubi de stipulatione purè inita ejusq; affectu agitur, quod sc. ex ea statim nascatur obligatio & actio, adeoque confestim peti possit. *l. 41. §. 1. l. 118. §. 1. ff. de V. O.* cum nihil occurrat, quod actionem provenientem impedire posset, cessit quippe & venit dies, ut loquitur *JCtus in l. 213. ff. de V. S.* quia tamen ratio humanitatis intercedebat, introductum est, ut modicum tempus ad solvendum daretur. *l. 21. ff. de Jud.* hinc non statim credi-

creditor debitorem cum ſacco adire debet, *lege not. 105. ff. de ſolut.*

Tandem denique uſurpatur pro eo, quod fit ſine ullo temporis intervallo, vel ut Demoſthenes loquitur, ἰυθὺς παραχρῆμα μέλλοι, uti patet *ex l. 12. ff. de pœn. l. 51. prin. ff. ad L. Aquil.* quam etiam poſteriorem ſic ipſe Ulpian. eleganter in *l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* explicat, quando de defenſione corporis ſui neceſſaria, ſeu moderamine inculpatæ tutelæ, uti vocatur *in l. 1. C. unde vi.* agit. Videatur Albert. de Pergamo *in tr. de Præpoſit. n. 46.* David Döring. *in Bibliothec. Jureconſ. Voc. Adv. n. 25.* & Simon Schardius *in Lexic. Jurid. lit. C. hoc ipſo vocab.*

31. Confidenter.

Inquirenti in potiſſimam hujus adverbii ſignificationem poteſt ſatisfacere elegans Ciceronis locus *libr. 3 Tuſcul. Quæſt. 5. 14.* qui ita ſe habet: Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum à confidendo, quod laudis eſt &c. Sicut itaque confidens, vel qui ſecundùm Ariſtot. *3. Ethic. 10.* in rebus terribilibus ſupra modum confidit, primam virtutis moris excedit ſpeciem, (ruit quippe in alterum fortitudinis extremum, quod in vitio ponitur) ut non niſi à paucis in paucis pro conſtanti & gravi, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖςον verò pro audaci & temerario habeatur, ſicuti probat Terent. in *Phormion.* his verbis: homo confidens, ut illum dii omnes perdant. & Virgil. *4. Georg.*

Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras
Juſſit adire domos? - - -

Ita quoque Subſt. confidentia, & Adverbium confidenter,

quo de nobis ſermo, in mala parte uſurpantur, quinimò ſemper inveniuntur; de illo quidem conſtat ex Jure Canon. *ſc. cap. 1. circa fin. de Elect. in 6to.* de hoc verò ſc. adverbio non niſi ex probatis autoribus, quod idem ſit ac audacter, animosè in exceſſu, & temerariè, ſicut ex multis eleganter Plaut. *Quæ non deliquit? decet audacem eſſe confidenter.* Cæterùm licet hoc Adverbium in Corpore noſtro J. C. non inveniatur, ſuo tamen non caret uſu, præprimis in foro, ubi ſæpiſſimè occurrit, vid. Joh. Jac. Speidelius *in Syllog. Quæſt. Jurid. & Polit. Lit. C.* vocab confidentia, ibique allegatus Anton. Mart. Neop. *6. dig. tit. de confid. c. 4. & 7.*

32. Confusè.

Adverbium hocce licet ſit ordinis, in propria tamen ſeu ſtricta ſua ſignificatione omne ill[u]d denotat, quod ſit ſine ordine, teſte gloſs. *in auth. de hered. & Falcid. §. inordinatum. verſ. confuſum.* quam ſequitur Alberic. *in diction. verb. confuſum.* in lata verò eaque in jure frequentiori illud ſignificat, quòd alteri ita commiſcetur, ut ſeparari & deduci non poſſit, aut certè difficilis ſit ejus ſeparatio, ſeu ut idem ſit ac permixtè, quando enim aliquid confunditur, tunc utique etiam quaſi ordo turbatur, ut ita ſecundum *c. ad noſtrum. 3. xt. de Jure Jur.* ordo ſit, non ſervare ordinem, & in hac poſteriori ſignificatione ſæpiſſimè cum inſigni uſu in Jure occurrit, quando de confuſione rerum corporalium & incorporalium agitur.

Sic *in l. 3. §. fin. l. 4. de rei vind. §. 27. Inſt. de Rerum diviſ.* occurrit, quando de confuſione rerum corporalium agitur, tunc enim quando duorum dominorum materiæ

in u-

in unum corpus transeunt, dicitur illud confusè factum, non autem hoc loco mixtionem & confusionem habemus pro iisdem, uti nonnulli sunt, sicuti videre est apud Eguin. Baron. *ad §. 27. Inst. d. t.* Sed separamus, quia commixtio earum est rerum, quæ non alterantur, sed in propria substantia durant.

Quod res incorporales concernit, sciendum, quod ibi quoque occurrat: nam confunduntur jura, v. g. servitutes *l. 1. ff. quemadm. servit. amitt.* ususfructus, *l. 4. ff. usufr. quemad. cav. l. 6. ff. de man. vind.* & obligationes, *l 50. ff. de fidejuss. l. licet. C. ad L. Falcid.* occasione hujus adverbii potuissem quidem nobilissimam confusionum materiam attingere, verùm ne nimis prolixi videamur, mittimus B. Lect. ad Magnif. Dn. D. Struvii *Exercitationem 47. th. 48.* Magnif. Dn. D. Strauchii *Dissertationem 17. aph. 9.* & Dn. Wissenb. *Disputationem 28. th. 17.*

33. Conjunctim.

Licet secundum Paulum *in l. 29. ff. de V. S.* nonnunquã conjuncta pro disjunctis, & disjuncta pro conjunctis accipiantur, certum tamen manet, quod hoc adverb. utplurimum copulationem & conjunctionem denotet, habeatque in materia institutionum & legatorum insignem usum, ubi sæpius occurrit.

Sic *in l. 80. ff. de legat. 3.* dicitur, conjunctim hæredes institui, aut conjunctim legari, h. e. totam hæreditatem & tota legata singulis data esse, partes autem concursu fieri.

Ita in *l.* notabili alias *5. ff. de cond. Inst.* Si hæredi plures conditiones conjunctim datæ sint, omnibus parendum

dum est; quia unius loco habentur, si disjunctim sint, cuilibet. Legitur quoque præterea *in* §.*8.Inst. de legat.* & alibi passim, ut ex lectione frequenti patet.

Si ergò nunc una eademque res duobus conjunctim seu simul legatur, & si uterque ad legatum perveniat, scinditur seu dividitur inter eos legatum, si verò alter deficiat, totum ad collegatarium pertinet, jure accrescendi, quod ex tali conjunctione ortum trahit.

Conjunctio autem ista secundum Adverbii nostri significationem aliàs solet esse triplex, realis, verbalis, verbalis & realis simul, teste Paulo *in l. triplici. 142. ff. de V.S.*

Realis tantum est, quando diversis orationibus eadem res duobus legatur, v.gr. Titio fundum Tusculanum do, lego, quæ est una oratio; Sejo eundem fundum Tusculanum do, lego, quæ est altera oratio, & taliter conjuncti *in* §. *8. Inst. de legat. l. unic.* §. *10. & 11. C. de cad. toll.* dicuntur disjuncti, inspecta scil. externa forma legandi, in se tamen sunt revera conjuncti, in eandem scil. rem, *d. l. 142. de V. S. l. 89. de legat. 3.*

Verbalis est, quando eadem quidem oratione, (vel uno verbo ex iis, quæ collectiva dicuntur, v. gr. filii, liberi, familia) eadem res pluribus legatur, sed concursum respiciens, testator addit partes, v. g. Sejo & Mævio fundum Cornelianum æquis partibus do, lego, *l. 89. de legat. 3.* vel Fratris mei filiis ædes meas æquis partibus do, lego, *l. 13. pr. de hæred. Inst. l. 15.* §. *1. de Legat. 2.*

Realis & verbalis simul, seu mixta est, quando itidem eadem oratione seu ejusmodi verbo collectivo, eadem res pluribus legatur, nulla facta mentione partium, v. gr. Titio & Sempronio (est eadem oratio) hominem Stychum, (est eadem res) do, lego, *l. 142. de V.S.* Et si

Etsi verò Dd. communiter contenti tribus istis conjunctionum speciebus, tamen quartam haud temerè adjungimus *ex l. 67. ff. de acquir. hæred.* quam Gometz. *1. resolut. 10. n. 28.* rectè legalem vocat; nam si servus duorum vel plurium hæres institutus sit, domini jure accrescendi gaudent, eo, quod lex pro conjunctis eos habeat, *d. l. 67. l. ult. pr. ff. de vulg. & pupill. subst.* quod etiam Julianus probat, si servo communi legatum sit, *l. 1. §. 1. de usuf. accresc.* Cùm autem conjunctio, ut dictum, fundamentum sit Juris Accrescendi, non immeritò hîc quæritur; an in qualibet harum conjunctionum locum habeat? quod quidem de re ut & mixtim conjunctis satis expeditum esset, sc. partem deficientis alteri acquiri, *l. unic. §. 11. C. de cad. toll.* nisi quidam inter se dissentirent, quo jure id fiat, an jure accrescendi, an verò jure decrescendi, ubi tamen posterius, utpote juri nostro planè inconveniens, contra Anton. Fabr. *decis. 49. error. 4. pr.* ex rationibus certis negamus, prius autem cum B. Dn. Frantz. *Ex. 7. quæst. 3.* Bachov. ad Treutl. *V. 1. Disp. 13. th. 3. lit. A.* affirmamus.

De verbis verò conjunctis difficilis & intricata est quæstio, multi enim sunt, qui negant, propter leges hanc in rem, ut putant, claras, quas pro se in eadem sententia allegat Schnobel. *Disp. ad tr. 6. th. 21.* jus accrescendi inter hosce conjunctos locum habere, quos novissimè etiam defendendos suscepit Gœddæus *in l. triplici. 142. de V. S.* Paul. Busius *in l. penult. ff. de usufr. accresc. num. 6.* nec non Osius Aurel. *Dispunctionum lib. sing. Disp. 40. p. 351.* Verùm enim verò quicquid illi dicant, putamus tamen affirmativam cum Duareno *lib. 1. c. 10. de jure accresc.* esse præferendam, scil. jus accrescendi etiam inter illos locum ha-

bere: & rectè, hanc enim sententiam tanquam communem Dd. etiamnū in Praxi hodierna, tàm civili quàm Saxonica obtinere tradunt Schneidevv. *ad §. 8. Inst. de legat.* Dn. Carpzov. *part. 3. Const. 2. def. 14.* ubi etiam responsum refert, **Hat euer Ehewirth und Vater in seinem Testament unter andern verordnet / daß alle seine Kleider / Bücher und andere** mobilien **seinen fünff Söhnen ingesambt / iedoch in fünff gleiche Theil zu vertheilen / ausgesetzet seyn / und verbleiben solten; Ob nun wohl der eine Sohn noch vor dem Vater Todes verfahren / so ist doch dessen Antheil an den** prælegirten **Stücken seinen Brüdern / und also den andern** Legatariis Jure Accrescendi **zugefallen / und haben sich demnach die gesambten Erben dessen nicht anzumassen ꝛc.**

Sicut ergò Juris accrescendi cognitio propter utiles in Theoria controversias, & usum in Praxi quotidianum valdè est utilis & necessaria, ita quoque hujus Adverb. evolutam significationem non inutilem fore reor.

Cum hoc Adverbiò quandam etiam vicinitatem habet Adv. Conjunctè, quod idem interdum significat, ubi tamen sciendum, quod communiter aliàs accipi soleat de illa conjunctione, quæ fit animo, præprimis verò sanguine uti notum. Videatur Molin. *tom. 4. tract. 3. disp. 2.* Cœpoll. *2. Cons. 33. verb. compromissum.* Modest. Pistor. *part. 4. quæst. Illustr. 144. pag. 261.* Repert. Bertach. *p. 1. lit. C. hoc vocab.* Rosbach. *in Process. Civil. tit. 14.*

34. Consequenter. Consecutivè.

Consequens dicitur, quod posito antecedente negotio, necessariò sequitur. Althus. *Dicæolog. libr. 4. cap. 2. num. ult.* Hinc Consequens qui vult, debet etiam vel-

velle necessarium suum antecedens, regula aliàs satis est cognita, tradita à B. Stahlio *part. 1. Disp. 12.* in jure tamen nostro etiam recepta, ut patet *ex §. idemq; Juris Inst. quib. ex caus. manum. non licet. §. 1. Inst. qui testam. tutores dari possunt. l. ad rem mobil. l. ad legatum. ff. de procur. l. illud. ff. de acquirend. hæred.* & indicat hujus Adverbii significationem; Sicut enim consequens est, quod sequitur ex aliquo illativè & argumentando more Logicorum, ita quoque illud consequenter fit, quod necessariò ex præcedentibus illatione facta fluit, & sunt illa duo Adverbia, antecedenter & consequenter tanquàm relata, adeò ut qui velit unum, censeatur etiam voluisse alterum, sine quo id, quod vult, stare non potest. Castrens. *cons. 306. col. 1. verb. qui autem. lib. 2.* Et ita *in l. 18. princ. ff. fam. ercisc. l. 17. ff. de vi & vi arm.* ab Ulpian. usitatum reperitur, ubi; *Si concubina res amoverit, hoc jure utimur, ut facti teneatur, consequenter dicemus, ubicunq; cesset matrimonium, cessare rerum amotarum actionem.*

Sic quoque recipiens pretium vigore transactionis depositarum, consequenter transactionem ratificare dicitur, per dictam regulam, qui vult conseq. &c. Angel. Aretin. *cons. 10. visis actis. n. 21.*

Sic petens testamentum insinuari in casu, in quo omnia testamenta ex forma statuti sunt insinuanda, consequenter petit etiam testamentum pronunciari validum, quia istud venit in consequentiam. Bald. *cons. 13. an ille qui petit. lib. 2.*

Ex prædicta regula infert Carpz. *ad Constit. Elector. Saxon. 11. p. 2. defin. 4.* quod confectione inventarii à testatore remissa, tutor quidem res pupilli privatim consignare,

re, rationes tamen finita etiam tutela reddere non teneatur, cum remisso fundamento, sc. inventario, & ita necessariò antecedenti remissum quoq; videatur necessarium consequens, & destructo antecedenti corruat consequens. Vid. Valent. Forster. *in tr. de succes. ab intest. lib. 7. c. 11. n. 4.* Ita quoq; ex nostro axiomate colligitur, quod frumentum in solo alieno etiam ignoranter satum cedat Domino fundi. Ergò ædificium in alieno solo ex sua materia extruens, Domino soli materiam donasse censeatur. *l. adeò. 7. §. ex diverso. 12. ff. de A. R. D.* Qui enim vult antecedens, idem vult necessarium consequens. Carpzov. *respons. juris Elector. lib. 1. tit. 10. resp. 100. n. 5.* Besold. *p. 1. consil. 11. n. 86.* Harpr. *ad §. ex diverso. num. 2. Inst. de R. D. & ad §. 2. Inst. de legat. n. 17.* Notandum autem hîc est, quod per consequentiam quandoq; quid fieri possit, quod directè est prohibitum. *l. 7. in pr. ff. de autor. tut. l. 27. §. 3. ff. de pact. l. 10. §. 1. ff. de usucap. l. 3. C. de judic.* Et effectus in consequentiam prodeuntes non attendantur *l. 1. ff. de autor. tut.* Vid. Dn. Præses *centur. regul. 25. n. 6.* Deinde sciendum, prædictam regulam nostram procedere, cum necessariò ex aliquo antecedente dependet consequens, & cum consequens absque illo antecedente consistere nequit. Everhard. *in topic. à concess. anteced. ad concess. conseq. n. 3.* Harprecht. *ad §. 5. Inst. de publ. judic. n. 92.*

Breviter usus hujus Adverbii est tantus, ut multa in jure permittantur per consequentiam, quæ aliàs principaliter non admitterentur. *l. 1. ff. de aut. tut. c. fin. ext. de foro comp.* fluit autem iste solùm ex nobilissima Logices scientia, quæ sicuti triplex est, naturalis, mentalis & habitualis, ita quoque non solùm iis, qui arte & diligentia

talem

talem ex præmiſſis didicerunt elicere conſequentiam, ſcil. eruditis, ſed & iis, quos ipſa natura, ſicuti pueris, & uſus in vita civili quotidianus, ſicuti ruſticis notus, quin imò valdè utilis.

Aliàs conſequens nomen ex Part. à quo etiam adverb. noſt. deſcendit, in Jure noſtro adhibetur in transitionibus, quando nova forſitan materia inchoatur, ſicut *in §.3. Inſt. de ſuſpect. tut. vel cur.* §.*6. Inſt. per quas pers. cuiq; acquir.* & alibi paſſim. Videatur Card. Tuſch. *tom.2. Pract. concluſ. Juris. concluſ. 757.* & Schardius *in Lexic. Juridico, hoc vocab.*

35. Conſtanter.

Non tàm de actu quàm habitu præprimis voluntatis hoc Adverbium accipitur, dicitur enim quis tunc conſtanter quid agere, quando agit ſciens ex proæreſi & βεϐαίως καὶ ἀμεταϰινήτως, ut docet Ariſtoteles *lib. 1. Ethic. c.4.* & quidem non ſecundum actum exercitum, ſed ratione actus ſignati, ut patet ex definitione ipſius conſtantiæ, quam tradidit Lipſius in libro ſingulari & eleganti de Conſtantia *l.1. c.4.* his verbis: *Conſtantia eſt rectum & immotum animi robur, non elati externis aut fortuitis non depreſſi.* Debet itaque, ſi quis cupit conſtanter agere, firmo & immútabili animo, ſicut Lipſius *d. l.* immotum animi robur explicat, agere, & nec unquam aliter, teſte Dom. Soto *l.3. de Juſt. & jur. quæſt. 2. art. 1.* neque enim ſufficit actus iteratus, cùm inconſtantiſſimus poſſit aliquid ſemel iterumq; facere, ſed requiritur illa conſtantia, quæ in omni virtute & actione morali deſideratur, & hinc eſt, quod apud JCtos & Moraliſtas plerumq; hæc duo verba,

V con-

conftans & perpetuum, conjuncta reperiantur; exemplum eft in definitione Juftitiæ, quam Ulpianus *in l.10.ff.de Juft. & Jur.* habet, quòd fcil. fit conftans & perpetua voluntas, jus fuum cuique tribuendi; ubi fecundùm communem Dd. opinionem voluntas conftans ac perpetua idem fignificat, quod habitus moralis, quippe qui nihil aliud eft, quàm voluntas ita inftructa & confirmata, ut conftanter ac perpetuò aliquid agere velit, adeòque quod ita quis vult, etiam, quando opus eft, conftanter ac perpetuò agat. Sunt tamen Soto, & ex JCtis Paulus Caftrenfis *ad d. l. 10. ff. de Juft. & Jur.* qui diftingvunt illa vocabula: Ait enim Soto, perpetuum dici folum propofitum atque intentionem operandi, conftans autem addere ejusdem propofiti firmitatem, nempe ut homo tali propofito non nutet & vacillet, fed fixum id gerat: à quibus tamen rectè recedit Conradus Hornejus *l. 3. Eth. c. 11. n. 15.* cum feqq. qui hoc difcrimen aut exile aut nullum effe putat, idemque denotare afferit hasce voces, & alteram alterius declarandæ caufæ effe additam, unde rectè A. Gellius *l. 17. N. A. c. 5.* libertatem vocat perpetuæ benignitatis conftantiam.

Aliàs etiam in jure conftans ufurpatur pro gravi, & opponitur leni, ut patet *ex l. obfervandum. 19. §. 1. ff. de off. praf.* unde verfus:

Conftans & lenis, ut res expoftulat, efto.

36. Confulariter.

Ufus hujus Adverbii valdè eft infrequens; neque enim in jure, neque alibi apud probatum Autorem, fi excipio Livium, qui femel *L. 4.* illo ufus eft, reperitur, habet tamen eandem, quam Adjectivum *confularis*, quod in

Jure

Jure nostro, & quidem interdum substantivè, occurrit, significationem. Sunt autem consulares viri, teste Cujac. *in expos. Novell. 105.* nihil aliud, quàm exconsules, qui consulatum ordinarium gesserant. *l. 3. §. ult. ff. de recept. qui arb. recep. l. 4. C. de Consf. l. XII.* Quoniam verò Romani, teste Alex. ab Alex. *libr. 3. Genial. dier. c. 27.* provincias suas diviserant in proconsulares, ad quas soli mittebantur proconsules, consulares, præsidiales & prætorias, sicuti Carthago, proconsularis erat provincia; Numidia, Libya & Asia citra Taurum, & Cyrenæ, consulares; Tripolis & utraque Mauritania atque Ægyptus sub præsidibus fuêre; Cyprus, Iberia, Sardinia, Sicilia, Illyricus, Achaja, Creta & Bythinia prætoriæ; hinc etiam illi, qui consulatum gesserant, statim mittebantur ad hujusmodi provincias, ut ibi administrarent, & hæc est causa, quare consulares vocentur. *in l. unic. princ. C. ut omnes jud. & l. officium Hellesp. C. de off. Comitis sacr. patr.* Provinciarum moderatores & rectores. Referebantur autem isti cum correctore Apuliæ & Calabriæ, aliisque, quorum meminit Justinianus *in tit. C. de off. præf. prætor. Afric.* inter clarissimos, & ista clarissimatus dignitas licet ad fœminas transiret, viro tamen fœmina in dignitate non præferebatur, ut testis est Ulpianus *in princ. l. 1. ff. de Senatoribus*; ubi consulari fœminæ, utique consularem virum præferendum, nemo est, qui ambigat; Sed quæritur, Præfectorius Augustalis, præferaturne consulis uxori? Videtur dicendum per rationem generalem, quod sic, quia major est dignitas in sexu virili, & regulariter viri melioris sunt conditionis quàm fœminæ, licet nonnunquàm hæ illis, quos casus post alios notat Philipp. Dec. *ad l. fœmin. 2. ff. de R. J.* Et hoc

non procedebat solùm de fœminis sive uxoribus virorum consularium, verùm etiam de liberis; fruebantur quippe filii dignitate patris. *l. 5. l. 6. l 7. & 8. ff. de Senator.* licet post patrem consulatu motum nati, modo ante concepti. *d. l. 8. §. 1. & l. 2. §. 3. de Decurion.* Videatur Magnif. Dn. D. Struv. *Ex. 4. th. 6. ibiq; in dictatis.* Cur autem dignitas filii consularis non transeat ad matrem, cùm tamen dignitas Patris transeat ad liberos, & dignitas viri transeat ad uxorem, potest videri Speckhan. *c. 2. Clas. 1. quæst. 8.*

37. Contestatò.

Adverbium hoc imitatur naturam verbi contestari, à quo descendit, quod significat testibus adhibitis aliquid declarare, *l. 1. ff. quod jussu*, & occurrit *in. l. 1. §. 12. ff. de liber. agnos.* ibi: *Julianus libro nonodecimo digestorum scripsit: quod Senatusconsult. comprehensum est: si mulier viro denunciaverit, se ex eo concepisse, & is, cui denunciatum erit, custodes ad ventrem custodiendum, inspiciendumq; non miserit, neq; contestatò dixerit, eam se prægnantem non esse, ut ei id, quod editum sit, agnoscere sit necesse; non eo pertinet, ut si quis agnoscere se filium diceret, suum heredem haberet, quamvis ex alio conceptus sit.* Significat ergò contestatò dicere in nostro §. nihil aliud, quàm coram testibus dicere, quod etiam probat Gothofr. *in notis.* sicut etiam Subst. contestatio sumitur pro testatione. *l. 20. §. 8. qui test. fac. possunt.*

Usum habet aliàs in materia Litis Contest. insignem, quam hinc etiam eleganter Rota *decis. 6. n. 7. de Litis contr.* dicit esse testationem sive mentis declarationem testibus præsentibus, volentium litigare: Si quis enim judicium

acci-

accipere, & rem controversam seu litem, (vulgo enim in usu forensi lis ipsam causam, vel ipsum negotium designat) in judicium deducere cupit, debet id facere contestatò. Monach. *in pr. judic. p. 7. c. 1. n 4.* Si enim hoc non facit contestatò, judicium non est firmum, & recusationi adhuc est locus, possunt quippe opponi exceptiones contra actorem, quòd non habeat personam standi in judicio, & aliæ fori declinatoriæ; quin imò propriè lis non est, antequàm contestatò fiat, seu contestetur, sed controversia. *l. 225. §. si ante. ff. de petit. hæred.* Et hinc est, quòd litis contestatio, (**die Krieges Befestigung**) sit fundamentum cujuslibet judicii, adeoque de ipsa ordinis judiciarii substantia, ita, ut ne partium quidem consensu nec judicis autoritate omitti possit, sed omissa vitiet processum, & sententiam latam reddat ipso jure nullam. *per tex. in c. unic. de litis cont.* cum enim secundùm Rot. *decis. 4. de litis cont.* sit juris publici, pactis privatorum non poterit mutari. *l. 28. ff. de pactis.* Solet autem ista litigantium contestatio litis fieri unius affirmatione, & rotunda alterius negatione, unde etiam fluit recepta Dd. divisio L. C. in affirmativam & negativam, quam tamen non probat Scotanus *in Exam. Jurid. part. 2. p. 267.* Et certè verum est, una tantùm est negativa, semper enim contradictio desideratur, *l. unic. C. de L. C. l. 14. §. 1. l. 73. ff. de procur.* Si enim partes consentiunt inter se ipsas, lis non est, consequenter nec litis contestatio. Videatur Rosbach. *in process. tit. 49. n. 6. & seqq.* Si itaque actor coram judice affirmativè rem controversam narrat, hac formula, **Ich sage / daß das Fürbringen in meiner Klage begriffen / wahr sey / und nach Inhalt meiner Begehr geurtheilet werden sol.**

reus verò narrata negat, **Ich bin der angeführten Klage/ inmassen sie mit allen ihren Umbständen vorbracht/nicht geständig / und kan also / wie darinnen gebeten / nicht erkant werden.** vel ad narrationem verbis respondeat, vera erit L. C. nec opus est, ut adjiciantur verba, animo litem contestandi. Responsio enim rei præsumitur, fieri animo litem contestandi, nisi præmissa sit protestatio, quæ aliud demonstret. Monach. *d. l. c. 2. n. 2.* Et hæc litis contestatio debet esse conformis libello, eique correspondere. Berlich. *p. 1. conclus. 26. n. 13. & 15.* Carpzov. *in process. tit. 10. art. 1. §. 4. n. 32.* & de jure communi, mediante juramento dandorum & respondendorum fieri, de jure Saxon. autem non generaliter, sed specificè, & clarè, & sine ullo appendice vel ambage. Carpzov. *d. l. art. 3.* Quæ autem fit per voculam nescio, pro negativa habetur. Id. *ibid. n. 42.* etiamsi quædam libello apponantur, quæ tamen aliena sunt, & negotium controversum non tangunt, ad ea reus respondere non tenetur. Id. *d. l. n. 59.* Effectus litis contestationis recenset Monach. *d. l. cap. 7.* Quæritur autem occasione hujus Adverbii, An ante L. C. libellū mutare liceat? quod affirm. tàm in causis civilibus quàm criminalibus, **die Klage mag für beschehener Kriegs Befestigung verwandelt / gemehret und gemindert werden.** Bart. Alex. Jason. *& communiter Dd.* ratio, quia judicium nondum est cœptum, propriè enim secundum communem opinionem judicium demum à litis cont. incipit, & instantiæ quis obligatur, adeò ut ea discedere & amplius pœnitere non possit. Sed quid faciendum, pòst L. C. posset quis ulterius quærere? recepta responsio est ex jam adducta ratione, non licere quoad substantialia scil. Affirmat

firmat tamen & hoc Magnif. Dn. D. Struve *Ex. 5. th. 41.* dicendo licitum esse libelli errorem corrigere usque ad sententiam latam, *arg. §. 34. & 35. Inst. de Act. l. 3. C. de edendo.* modò refundantur expensæ, & detur reo ad deliberandum spatium. Videat. Scotanus *Disp. 13. th. 26.* Hæc occasione hujus Adverbii dicta sunto.

38. Continuò.

Adverbium hoc est temporis, & idem significat, quod statim vel in continenti, sicuti patet ex *cap. cæterum. de rescriptis. l. 38. §.* Gajus Sejus *3.. ff. de liber. caus. l. 1. §. 1. ff. pro socio.* ibi: In societate omnium bonorum omnes res, quæ coëuntium sunt, continuò communicantur. Recipit tamen hoc aliqualem interpretationem secundum arbitrium juris, & sumitur aliquando pro eo, quod fit cum aliquo temporis intervallo. *capit. fin. de V. S. in 6to.* Videatur Alberic. de Rosate in dict. hoc vocab. Albert. de Pergamo *in Tract. præpos. n. 45.* Dn. D. Doring. in Bibliothec. Jurec. voc. Adverb. *n. 27.*

39. Continuè.

Convenit quidem Adverbium hoc in aliquibus cum præcedente, ut rectè notat Johann. Bertachinus *in Repert. part. 1. hoc ipso vocab.* interim tamen in multis quoque recedit, quæ causa est, cur sigillatim id tractaverimus. Denotat autem idem, quod semper, perpetuò & assiduè adeòque non videtur planè ullam admittere intermissionem, sicuti patet ex voce Germ. ohnunterläßlich / unaufhörlich. Ab isto tamen rigore interdum etiam recedit, & dicitur quoque id continuè factum, civiliter tamen, quod habet interjectum modicum temporis intervallum

per

per *c. nunquam. de consecrat. dist. 5. l. sicui 9. & ibi Bart. n. 3.* qui generaliter notat, quod verba civiliter intelligi debeant. *ff. de servit.* Rebuff. *in tract. de privil. univers. in priv. 23. per tot.* Anton. Bardus *tr. de temp. util. & cont. c. 3. n. 12.* ubi addit, etiam id, quod utplurimùm fit, dici solere continuè fieri. Et hoc nunc facere videtur pro testibus, qui dicunt, se vidisse aliquos quotidiè seu continuè possedisse per decennium, ut dictum eorum non reprobetur, licet per aliqua modica temporis intervalla eos non viderint possidentes. Abbas *in cap. cum causam. de Elect.* Sic continuè dicitur quis esse commensalis, civiliter & secundum usum patrisfamilias, etiamsi quandoque absuerit, & vivat expensis suis. Clar. *cons. 88. per tot.* Ita quando Apostolus *1. ad Thessal. 5. v. 10.* jubet, ut continuè seu sine intermissione oremus, non vult, ut mens manusque ab operibus necessariis ac honestis cessent, continuum quippe illud orare ad certas horas ac tempora competentia restringitur, *per c. 2. de off. Archipresb.*

Sic quoque procedit de iis, quibus privilegium de comitatu concessum, si per decem annos continuè habitaverint in civitate, nam etiamsi habitantes civitatem tempore messis & vindemiarum iverint in comitatu cum familia ad faciendum recollectas, tamen ex quo reversi sunt tempore ad civitatem, dicuntur continuè habitâsse. Joh. de Imol. *cons. 9. in fin.* ubi, quod modicum tempus non consideratur. Illud autem, de quo dixi, modicum tempus non uno eodemque modo accipitur, extenditur quippe interdum & restringitur, hinc & dicitur continuè id fieri, quod semel fit in anno, *cap. ex part. & ibi not. ext. de cens.* quod diu fit, *l. continuus 137. ff. de V. Obl. l. sancimus.*

§. 2. C.

§. 2. *C. de administ. tut.* & quod diebus debitis seu tempore congruenti. *c. 2. de off. Archipresb.*

Quamvis itaque multis materiis in jure nostro utilibus Adverbium hocce nostrum inserviat, usum tamen præprimis suum exhibet insignem in materia usucapionis famosa, cùm referatur inter essentialia ejus requisita, præter traditionem enim bonam fidem & alia etiam requiritur, ut continuè per tempus lege definitum *in l. unic. C. de usucap. transf.* quis possideat, juxta vulgatos versiculos:

Non usucapies, nisi sint tibi talia quinq;,
Bona fides, justus titulus, res non vitiosa,
Quod res tradatur, tempus quoq; continuetur.

Debet autem rei mobilis possessio de jure civ. continuè durare per integrum triennium, rei verò immobilis, & quidem inter præsentes continuè per integrum decennium, inter absentes verò per vicennium. *princ. Inst. de usuc. & long. temp. præsc.* quod jure canon. quoque verum est. *c. sine posses. 3. ibiq; Dd. de R. I. in 6to.* à quo non recedit Jus Saxonic. per text. Landrecht / *lib. 3. art. 20. §.* er mag auch. *& Novell. Elect. August. part. 2. Const. 7.* nam si usurpata, i. e. interrupta fuerit sive naturaliter possessione rei verè in alium translata. *l. 4. §. 22. l. 15. ff. de usucap. & usur.* sive civiliter per litis contestationem. *l. 10. C. de usuc. transf.* ipsa usucapio interrupta & interpellata censetur. *l. 10. C. de acquir. poss.* notandum tamen, quòd hæc cum grano salis sint accipienda, interdum enim quamvis reverà interrupta sit, continua tamen nihilominus adhuc fingitur, ut in hæredibus & bonorum possessoribus contingit. §. 7. *Inst. de usucap. & long. tempor. præsc.* ubi Borch. Vultejus &

Schneidevv. & hoc ipſum ſingulari jure receptum eſt benignè, cùm aliàs poſſeſſio, ne in ſuos quidem hæredes ipſo jure continuetur, ſed nova apprehenſione opus ſit. *l. 23. ff. de acquir. poſſ.* Continuatio autem iſta locum habet non in univerſali tantùm ſucceſſore, qualis eſt hæres & b. f. poſſeſſor, ſed in particulari, puta legatario, emptore, donatario. *§. 8. Inſt. de uſucap. & L. temp. præſc.* & computatur, ut ſupra dixi, ſolummodò civiliter, non autem naturaliter ſeu de momento ad momentum. *l. 6. ff. de uſuc. & uſurp. l. penult. ff. de diverſ. & tempor. præſc. non obſt. l. 6. ff. de O. & A.* Videatur Connanus *3. Comment. 12. per tot.*

Alias uſum ſuum habet in materia reſtitutionis in integrum, quando de petendi ac finiendi tempore agitur, quod quadriennium continuum communiter conſtituitur, computatum à tempore ceſſantis abſentiæ, ſimilisve impedimenti. *l. fin. pr. & §. 1. C. de temp. in integr. reſtit.* Vid. Magnif. Dn. D. Struve *Ex. 8. th. 85.* Dn. Joach. Schnobel. *Diſſ. 4. th. 7.* Plura potuiſſem occaſione hujus Adverbii de tempore continuo afferre, ſed cùm brevitas, cui ſtudemus, & inſtitutum non permittant, convertimus nos ad alia.

40. Contra.

Particula hæc, ut aliàs, ita quoque in jure noſtro Adverbialiter uſurpatur; licet enim ſua natura ſit præpoſitio, regens accuſativum, tamen quoniam interdum amittit caſum ſuum, etiam degenerat in Adverbium, ſecundùm regulam Schmidii *in Grammat. ſua de Præp. c. 2.* Quando *Præpoſitiones amittunt caſus, aut cum aliis præpoſitionibus ſine caſu junguntur, fiunt Adverbia*; hinc abſurdum non eſt

unam

unam eandemque vocem esse Adverbium & præpositionem, teste Goclenio *in Analect. lib. 2. Controv. & Schol. Grammat.* Quæst. *An una eademq; vox possit esse Adverb. & Conjunct. 37.*

Quando itaque adverbialiter sumitur, solet ad differentiam præposit. præprimis si in sensu adhibetur intricato, cum accentu notari, & est ferè semper antitheseos nota, significans ex diverso, sicut occurrit in *l. 25. §. contrà. 10. ff. fam. ercisc. l. 23. in princ. ff. de recept. qui arbit. recep. §. 1. Inst. quibus alienare licet vel non.* & alibi. Ponitur tamen interdum etiam pro vicissim, ut patet clarè ex *princ. Inst. Q. A. L. V. N.* quod etiam probat purissimus linguæ latinæ Scriptor, P. Manutius, qui in Epist. quadam ita scribit: *Fratres habet mea uxor duos, quos ego ambos unicè diligo, contraq; ipsi mihi singularem, non modò benevolentiam, verùm etiam observantiam præstant.*

Præpositionem quod attinet, sciendum obiter illius usum in Jure esse frequentiorem, quin & utiliorem, cùm in formulis & axiomatibus jure receptis occurrat; Sic quando dico contra bonos mores est, & contra æquitatem, frequentes in jure sunt formulæ, quibus publicam honestatem lædi significamus.

Ita contra legem facit, qui facit, quod lex prohibet. *l. 29. de V. S.* contra edictum facit, qui prætore vetante facit. *l. 102. ff. de R. I.* contra constitutiones judicatur, cùm de jure constitutionis, non de jure litigatoris pronunciatur. *l. 1. §. item cum contra. 2. ff. quæ sententiæ sin. appell. rescin.* Plura de hac Præpos. legi possunt apud Johann. Bertachin. *in Repert. suo part. 2. Lit. C. hoc ipso voc.* & Albert. de Perg. *tract. de Præpos. n. 15.* hìc nihil ulterius adjicimus, ne

videamur falces noſtras mittere in alienam meſſem, memores potius inſtituti pergimus ad reliqua.

41. Contrariè.

Adverbium hoc imitatur naturam ſui adjectivi; Contrarium autem eſt, teſte Cicerone *de Invent.* quod poſitum in genere diverſo, ab eodem, cui contrarium eſſe dicitur, plurimum diſtat; ſicut videre eſt ex contraria actione, quæ directæ opponitur, directa enim recta & immediatè ex ipſo contractu venit, contraria verò contra primam contractûs naturam conceditur, adeòque ex nullo propriè contractu. *ſ. igitur.* §. *tutores. Inſt. de Oblig. quæ quaſi ex contr. naſ.* Uſum habet aliàs inſignem, præprimis in didacticis, omnes enim fermè ſe aliquid compendiosè proponere volunt, faciunt illud per contraria, e. gr. qui cupit proponere, quid ſit juſtitia, ponit prius, quid ſit injuſtitia, & rectè: cognito enim uno contrariorum, etiam cognoſcitur alterum, & hoc ipſum etiam obſervâſſe videtur Juſtinianus *in princ. Inſt. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt*; cùm enim cupidæ legum juventuti vellet proponere, quid ſint homines ſui juris, prius oſtendit per contrarium, quid ſint homines alieno juri ſubjecti, dicit enim: *Videamus itaq; de his, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt, nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligimus, quæ ſui juris ſunt*, & hoc inde, quia contrariorum eadem eſt ratio & diſciplina, ut notant Dd. hîc ad tx. noſtrum. *& l. 1. ff. de his, qui ſui juris &c.* Sic quando contractus & debitum probatur per ſcripturam ex neceſſitate, ut quia ita fuit conventum, quòd contractus fieret in ſcriptis, vel quia ſumus in caſu, in quo lex requirit ſcripturam, eadem forma debet ſervari in diſtractu vel ſolutione, ideò ſolu-

tio emphyteusis vel debiti celebrati in scriptis pacto contrahentium, non probatur legitimè per testes, quia talis contractus requirit scripturam. Bald. *cons. 220.* Ita sicut mala fama scribentis scripturã, videl. quòd sit solitus scribere falsas scripturas, vel mala fama producentis, vel abrasio reddit suspectam scripturam de falso; ita bona fama scribentis vel producentis, aut integritas scripturæ contrarium operatur: Idem Bald. *cons. 398.* ubi, quod contrariorum eadem sit disciplina. Notandum tamen, quod contraria nunquàm simul possint stare, *l. ubi repugn. ff. de R. J. solicitudinē. c. de accept.* Hinc nõ potest quis esse hæres ab intestato & ex testamento, quia aliquem esse testatum & non testatum sunt contraria. Occasione hujus Adverbii quæritur, an contrarietates seu antinomiæ, h. e. legum repugnantiæ inveniantur in jure nostro civili? quod negatur. Nullam enim dari vel demonstrari posse liquidam & certam in Jure nostro contradictionem statuimus, idq; hoc propter mandatum & scopum Justiniani, *in const. Hæc quæ. §. quibus. 2. de nov. Cod. fac. Const. cordi nobis est. §. supra dictis. 3. de Emend. Cod. l. 1. §. 8. C. de V. J. E.* Si quid enim occurrit, quod non benè videtur aliis locis respondere, satius est agnoscere nostri ingenii, judiciique hebetudinem, quam autores juris, qui grato animo magis excusandi sunt, oscitantiæ ac studii rerum malarum insimulare, ac iniquè criminari. Et licet non negemus, in jure nostro nihil esse sine controversia, secundum Tiraquel. *de retract. conven. §. 1. glos. 2. n. 24.* quoniam tamen culpa penes nos latet, cum aliquando ex obscuritate legum, aliquando ex studio contradicendi, aliquando ex ostentatione & cupiditate gloriæ non paucis ingenita, aliquando ex imbecillitate humanitatis, aliquando ex ipsa veritatis cre-

 duli-

dulitate talismodi oriantur controversiæ, non nostris placitis leges, sed legibus, quas invenimus, placita subjici oportet. Nostrum itaque non erit, Jura tanti. ..boribus congesta, injuriosè rejicere, atque corrigere, demus potius aliquid justæ interpretationi, diversitati materiarum, factorum & personarum. Dissentiunt aliàs præstantissimi interpretes, inter quos Eguin. Baro *in 50. decis. Iust.* Connan. *1. comment. 15. n. 4. in fin.* Donell. *8. comment. 11.* Duaren. *in l. fruct. §. si fundum. ff. solut. mat.* Covarru. *1. var. resolut. 3. num. 7.* & alii, quos allegat Scotan. *Disp. 3. th. 3.*

42. Contumaciter.

Longo intervallo repetens S. Jurisprudentiæ studium invenio elegans Adverbium esse contumaciter, & ejus usum, quem non uniusmodi ex Practicis observavi, minimè esse negligendum. Sumitur autem vel generaliter vel specialiter: Generaliter pro omni eo, quod fit ex inobedientia cum contemptu potiorum seu superiorum, quo modo circa omnes judicii partes versatur, & dicitur is rectè, qui à Judice satisdare vel respondere jussus est, & satisdare vel respondere detrectat, vel obscurè vel dubiè respondet. *l. de ætate. §. nihil. ff. de interrogat. in jure fac.* vel juramentum præstare recusat. *l. manifestæ turpitudinis. ff. de Jure Jur.* contumaciter agere, vel contumax esse. Gail. *l. 1. Observ. 80. num. 1. & 2.* specialiter, (quæ acceptio propter usum forensem notior) pro obedientia determinata, quæ sc. provenit à legitimè citato in judicium erga judicem, & hoc modo dicitur quis contumaciter facere, qui tribus edictis propositis vel uno pro tribus,

tribus, quod vulgò peremptorium appellatur, literis evocatus vel denunciationibus conventus, præſentiam ſui facere contemnit. *l. contumacia. de re jud.* Sicuti autem contumacia hoc modo accepta alia eſt vera, alia præſumpta, ita quoque dupliciter quis contumaciter agere dicitur, ſcil. verè & ex præſumptione. Verè, cùm quis tribus edictis vel uno, ut dictum, peremptorio citatus fuerit, & in ejus notitiam pervenerit, & comparere noluerit, *per l. ad peremptorium 68. cum tribus LL. ſeqq. ff. de Jud.* ubi tamen notandum, quòd comparitio ſola à tali contumacia non excuſet, non enim ſufficit, comparere coram Judice, ſed etiam neceſſe eſt cum ejus venia recedere, aliàs iſte receſſus pro contumacia vera habetur. *cap. prout. ext. de dol. & contum. cap. certum. 11. quæſt. 3.* Ex præſumtione quando quis latitat, quo minus ipſi citatio inſinuetur, tunc enim quoque quis pro citato & contumace habetur, *arg. l. Fulcinius. 7. §. 4. 5. & 7. ff. quib. ex cauſ. in poſſ.* præſumitur quippe, quia in abſentia ejus ad domum facta fuerit citatio, notitiam citationis ad eum perveniſſe. Ilicon. Ummius *Diſp. 5. th. 13. n. 7.* ibique allegatus Fich. *2. conſ. 140. n. 35.* Ut autem quis verè dicatur contumaciter agere, ſeu ut ipſo jure efficiatur contumax, requiritur (1.) UT CITETUR; utique enim citatio, ſeu in jus vocatio debet præcedere, cùm principium judicii & eſſentialis proceſſus pars ſit, §. *ult. Inſt. de pœna temerè litig.* Gail. *1. Obſ. 48. n. 1.* præprimis quotiescunque actus expediendus cauſæ cognitionem deſiderat, & abſenti præjudicio eſſe poteſt. Hart. Hart. *3. Obſerv. 2. n. ult.* Mart. *2. de Juriſdict. caſ. 173. n. 4.* Hinc, quando quæritur, ſi jam præſens ſit reus, an, licet non præceſſerit citatio, teneatur reſpondere? Rectè Reſp.

Vng non

non teneri. *arg. l. 2. §. 3. de Jud. l. 29. de min.* Gail. *1. Observ. 48. n. 4.* Wesenb. *ad tit. ff. de in jus vocando.* Scotan. *Disp. 13. th. 19.* (2.) UT À COMPETENTE JUDICE; aliàs citatus à Judice, qui illius jurisdictioni subjectus non est, comparere non tenetur. *l. fin. 20. ff. de Jurisd.* ibi: *Extra territorium jus dicenti impunè non paretur.* (3.) UT LEGITIME: sc. tribus edictis propositis, vel uno peremptorio; hinc licet sententia partibus hoc modo non vocatis feratur, tamen verum manet, quòd sit & maneat nulla. *l. 4. & ibi Dd. C. de accusat.* etiamsi ea in favorem non citati, lata sit, Jason. *in l. nec quicq. §. ubi decretum. ff. de off. procons.* (4.) REQVIRITUR, UT CONTUMACIA IN JUDICIO AB ADVERSARIO ACCUSETUR, **daß die Ungehorsams Beschuldigung eingebracht werde**; ut maximè enim non compareat citatus statuto termino, si tamen ejus contumaciam non incuset altera pars, citatio circumducitur, & pro nulla habetur. *l. 73. §. 1. de judic.* neque judex super ea procedit. *Specul. de cont. §. 3. n. 11.* Sciendum tamen, quòd sint certi casus, in quibus etiam absque illa petita declaratione contumacia contrahitur, prout apud Wesen. *in com. ad l. 13. §. censemus. n. 15. in fin.* videre est: nemo verò peti debet contumax declarari nisi toto die effluxo, ad quem absens citatus. **König** *in Process. cap. 35.* tempore autem hoc præterlapso rectè adversa pars præsens, contumaciam absentis incusare potest, & quidem tali formula, si actor contumaciter agat. **Erscheinet hiermit Beklagter gehorsamlich / und nach dem Kläger auf seine ausgebrachte Vorladung / und auf heut angesetzten Termin nicht erscheinet / vielleicht aus Ursachen / daß er selbst zu seiner vermeinten Anforderung / damit er rechtlich fort zukommen ein Mißtrauen**

hat /

hat / so beschuldiget Beklagter desselben contumaciam, und ist des ungezweiffelten Verhoffens zum Rechten / daß er von wegen des begangenen Ungehorsams und Aussenbleibens von diesem Gerichstand / und also ab observatione & instantia judicii mit Wiederkehrung und Erstattung der Gerichtes Kosten zu entbinden &c. (5.) TANDEM DESIDERATUR, ut accusatus contumax à Judice condemnetur in contumaciam; non enim habetur prius pro contumace, quam actore petente & instante à judice talis sit declaratus. *Spec. tit. de cont. §. sequitur.* hinc etiam est, quod licet consultor viderit contumaciam in actis, sine declaratione judicis, non possit tamen contra eum consulere, tanquàm contra contumacem, teste Bald. *Cons. 332.*

Si itaque usquam quid est, quod possit Juris Practico & consultori prodesse, certè hujus Adverbii nostri evoluta significatio erit, docet enim processum inchoatum feliciter continuare, variasque inde provenientes quæstiones resolvere, inque succum & sanguinem convertere; Etsi verò omnes sua non destituantur utilitate quæstiones, propterea consideratione dignissimæ, qvum tamen duæ tantùm ex omnibus familiam ducere videantur, operæ pretium mihi visum fuit, eas hîc summa brevitate adjicere.

Quæritur itaq; I. *Quomodo is, qui agat contumaciter, possit coerceri?* Resp. variè; cùm enim quandoque actor, quandoque reus sit contumax, etiam ex jure civili & judicio Cameræ Imperialis, tùm contra actorem, tùm reum contumacem proceditur, ubi tamen ante omnia videndum, an ad simplicem vel ad peremptoriam citationem, aut ante vel post litis contestationem contuma-

Y citer

citer egerint. Si enim ante L. C. actor ad ſimplicem citationem non comparuerit, in expenſas tantùm condemnatur, & ad ulteriorem citationem non admittitur, niſi de comparendo impoſterum in judicio cautionem dederit. *l. 79. ff. de Jud. cap. 1. xt. de dolo & contum. in. 6.* quod ſi ad tertiam inſtantiam vel unam peremptoriè factam, ante litem conteſtatam non venerit, tribus vicibus intra 30. dierum ſpacia citandus, & per annum ad veniendum & proſequendum proceſſum expectandus. Etſi intra annum veniat, non auditur, priusquàm expenſas à reo factas ſolvit, & de ſiſtendo in judicio idoneè caveat. König *in Proceſs. c. 36.* Sin verò & iſto anno venire neglexerit, judex inſtante reo allegationes ejus audire, teſtes recipere, & de cauſa definitivè pronunciare poteſt. *Auth. qui ſemel.* ubi Bart. *C. quomodo & quando Judex.* Vid. Ilico. Ummius *Diſp. ad Proceſs. 6. th. 2. n. 9. & 10.* König. *in Proc. d. l.* Rosbach. *in ſuo Proceſs. Jud. tit. 30. de Contum.* & hoc quoad actorem contumacem, non ſolùm ante, verum etiam poſt L.C. procedit.

Quod reum attinet, is, licet ferè cum actore pari paſſu ambulet, (nam ad ſimplicem vel peremptoriè factam citationem in judicium non veniens in expenſarum refuſionem itidem condemnatur. *l. properandum. C. de Jud.*) interim tamen adhuc latet aliqua differentia, quia major eſt contumacia actoris quàm rei, eoque magis favemus reo, quo inſtante poteſt fieri ſententia, etiamſi lite non conteſtata, actore contumace, non ita contra reum. Atque ita contra contumacem, tùm actorem quàm reum Jure Civili proceditur; In Camera alia obſervatur forma, ſi enim actor ante Litis Conteſt. contumax fuerit,

erit, tunc reus tribus effluxis juridicis, vel absolutionem ab instantia judicii aut termini, vel proposito libello, factaque L. C. de causa principali ut cognoscatur, petere potest, post L. verò C. reo instante probationibus ad sententiam procedi, & prout causæ exigit veritas, pro actore vel reo pronunciari debet, ut tamen contumax expensarum pœna semper mulctetur. Vid. Ord. Camer. *part. 2. tit. 18. cum seqq.* Gail. *1. Obs. 50. cum seq.* Mynsing. *cent. 4. Obs. 66.* Reus autem quando contumax est, actor, petito proclamate & effluxis tribus juridicis contra reum hisce tribus modis procedere potest, (1.) Vel ad Bannum: *Ordin. Cam. part. 2. tit. 18.* (2.) Vel ad causæ cognitionem & decisionem, usque ad sententiam definitivam. (3.) Vel ad immissionem in possessionem juxta actionis conditionem ex primo vel secundo decreto: De Jure Saxonico in contumaciter agentem ita proceditur, reo citato non comparente, actor contumaciam ipsius accusat usque ad legitimum impedimentum biß auf Ehehafften / & nisi reus posteà legitimum impedimentum probet, mulctatur damno litis & condemnatur in petitionem adversario, sin verò aliquod legitimum impedimentum, propter quod ad judicium venire non potuit, judici significet atq; probet, nullo modo contumaciter egisse videtur, hincq; etiam pœnam contumacis evitat.

Quæritur (II.) *An & quomodo contumaciter agens habeatur pro confesso?* Resp. Etsi quidem videatur manifestè confessus. *ex l. 38. ff. de Jurejurando.* tamen cùm in causis civilibus, tùm criminalibus nemo habetur pro confesso, nisi seqvuta provincia super hoc, vel sententia, quòd sit confessus, *l. ejus, qui dilatorem. 29. ff. de jure fisc.* Bart. &

Bald. *in l. generaliter.* §. *sed juramento. n. 4. C. de reb. cred.* quoniam verò contumacia est delictum fictum, non verum, statutum, quòd contumax habeatur pro confesso, de delicto ficto, non vero debet intelligi. Bald. *in l. si filia, ff. solut. matrim.* Marsil. *in praxi.* §. *postquam. n. 12.* Et hæc de hoc utilissimo Adverbio; Plura possunt legi apud Johan. Bertach. *part. 2. Lit. C. hoc ipso voc.* Card. Tusch. *Tom. 2. Pract. conclus. 1024. cum seqq.* & Ilic. Ummium *Disp. ad Process. 6. de contum.*

43. Contumeliosè.

Cùm Adverbium hoc nostrum secundum *princ. Inst. de Injur.* idem quod injuriosè significet, nolumus hic, ne cramben bis coctam hoc in opere apponamus, illud prolixè exponere, sed mittimus tantùm B. L. ad dictum Adv. *injuriosè*, quod infra venit explicandum.

44. Convenienter.

Adverbium hoc Convenienter idem significat quod congruè, aptè, accommodatè & consentaneè, habetq; tantum in Jure nostro usum, ut ipse Tiraquel. *de retract. convent. §. 2. gloss. 3. n. 30.* dicat, nihil in jure esse factum, quod non convenienter effectum.

Sic Prætor convenienter jus reddere dicitur, etiamsi iniquè decernat, *l. penult. ff. de Just. & Jur. l. 65. §. 1. ff. ad SCtum Trebell.* scil. si formaliter ritè saltem procedit, servato juris ordine, & aliqua causæ cognitione adhibitâ pro tribunali, præsumitur enim pro magistratu autoritate rerum judicatarum, quæ tanta est, ut pro veritate habeatur. *l. 25. ff. de stat. hom. l. 3. §. 2. de rebus eorum, qui sub tutel. l. 1. pr. ff. quæ sent. sine appell. l. 29. §. 1. ff. de statu lib.*

Aliàs

Aliàs quando contra jus ipſum, contra ſacras conſtitutiones & leges pronunciat, non convenienter jus reddit, hincque ſententia ejus eſt ipſo jure nulla. *l. 19. de appell. l. 1. §. 2. ff. quæ ſent. ſine appell. reſc.* factum enim prætoris juri derogare non oportet. *l. 1. §. 1. ff. de feriis.*

Ita legibus convenienter vivit. *l. 29. ff. de LL. l. 102. de V. S.* qui non contra externam formam ſeu expreſſam legis prohibitionem facit: Leges enim externa tantum obedientia contentæ ſunt, nec mentis aut voluntatis requirunt *ἰυταξίαν arg. l. 18. ff. de pœn.* cum ea in hac noſtra depravatione impoſſibilis ſit, impoſſibilia autem legi præcipi nec poſſint aut debeant. *l. 185. ff. de R. J.*

Sic quoque convenienter agit, qui in pœnis infligendis juſtam proportionem ſeu æquitatem obſervat, pœnæ enim non diſtribuuntur ut aliquid, quod commune eſt civibus quatenus civibus, ſeu quod pluribus ſimul circa eandem rem jus habentibus pro cujuslibet rata diſtribuendum venit, inter ſingulos, qui omnes inde quid participant; Sed quod huic vel illi delinquenti conveniens ſuo delicto ſingularis irrogetur pœna. Magn. Dn. D. Struve *Exerc. I. th. 27. ibiq; in dict.* Hinc eſt, quòd pœna triremium non poſſit imponi pupillo vel mulieri vel debilitato brachiis, quia non poſſunt remigerare, talis enim pœna non congruit, neque convenit; Lex itaque vel ſtatutum loquens de uno genere perſonarum, & extendens diſpoſitionem ad aliud genus, intelligi debet, ut habeat locum ſecundum ea, quæ congruunt & conveniunt perſonis, ad quas fit extenſio. Gemin. *Conſ. 73. n. 10.* Card. Tuſch. *Pract. Concluſ. Jur. Tom. 2. concluſ. 732.* Quoniam autem hac in imbecillitate, ubi externo utplurimũ opus eſt imperio, &

 homi-

homines legibus tenentur vivere, secundùm *§. 1. in Proœm. Inst.* cùm, licet communia liciti & illiciti principia hominibus natura sint indita, ad turpia & injusta perversi mortalium animi magis inclinent, convenientia debita semper requiritur, nullusque actus in vita civili legitimus, qui non convenienter fiat, peragi debet, apparet usum hujus Adverbii esse notissimum, ut adeò hodiè nullus, si modò ζῶον πολιτικὸν, inveniatur, quem utilitas hujus Adverbii latere possit; Isthmum itaque perfoderem & laterem lavarem, si plura de hujus Adverb. præstantiâ adjicerem, lubet solummodò B. L. ad quotidianam remittere conversationem.

45. Copiosè.

Vide sis, quæ dicta sunt supra ad Adverbium *Abundanter.*

46. Copulatè.

Propter nimiam in Jure frequentiam, & singularem inibi usum, nemo forsitan erit, qui nesciat, hoc Adverb. plurium conjunctionem denotare; quoties igitur particula ista occurrit, oratio sumitur ex universo, & non verificatur, si unum deficit ex universis. Castren. *cons. 211. ver. secur. lib. 2.* hinc Regula JCtorum est verissima: Quandocunque plura copulativè requiruntur ad aliquid disponendum, non sufficit unum tantùm intervenire. *l. si hæred. ff. de cond. inst.* Johann. de Anania *cons. 32. ultra alia, n. 7.* Riminald. Jun. *cons. 600. n. 10.* Roman. *cons. 166.* Sic, quia, ut aliquis in fraudem creditorum manumisisse dicatur, duo copulativè requiruntur, & animus fraudandi, & ipse damni eventus. §. 3. *Inst.* & *l. 10. §. 1. ff. quæ in fraudem*

fraudem cred. non sufficit unum horum, ut quis rectè inde in fraudem creditorum manumisisse dicatur. B. Dn. Ludvvel. *in Com. ad* §.3. *Inst. cui & quibus ex causis manumittere non licet.*

Ita in pluribus alternativè copulatis, ut si statutum requirat duos consanguineos in contractu minoris, vel duos affines, non sufficit, si unus consanguineus & unus affinis intervenerint, si extabunt duo consanguinei & duo affines. Angel. *Cons. 160. n. 5. usq. ad finem.*

Sic quoque in substitutionibus factis, si v. gr. testator jure institutionis leget 500. filiæ natæ, & alia 500. nascituræ, & injungat, quod si nata & nascitura decedant, antequàm nupserint, dicta legata pauperibus erogentur, requiritur, quod tàm nata quàm nascitura moriatur, quia utrumque copulatum debet esse verum. Bald. *cons. 39. in princ. lib. 1.* Et hæc, quæ diximus, per omnia hoc modo non solùm in dictis, sed reliquis similibus procedunt, in tantum quippe copulat & requirit consensum utriusque copulati, ut sicut universalis collectiva falsificatur in uno, ita etiam particularis copulativa. Castrens. *cons. 103. n. 2. lib. 1.* Interim potest videri Card. Tusch. *Pract. Concl. Juris. Tom. 2. conclus. 1035.* qui unam atque alteram habet limitationem. Confer quæ dicta sunt ad Adverbium *Conjunctim.*

47. Corruptè.

Adverbium hoc suam à corrumpendo, & cum eo unam eandemque recipit significationem; Sumitur autem corrumpere, pro vitium afferre & violare, prout apparet ex *l. 5. ff. de quæst. l. 38. §. qui nondum. ff. de Pœn.*

Sicut

Sicut autem variis in vita civili rebus vitium affertur, ita quoque variè usurpatur.

Sic in *l. 1. §. 3. & seqq. l. 5. & l. 9. ff. de servo corrupt.* usurpatur de servo, cujus animus mala persuasione veluti meretriciis sermonibus est depravatus, hinc & rectè is dicitur corruptè agere & patrimonium domini minuere, teste Cujac. *11. Obs. 11.* quæ causa est, quòd domino detur actio de servo corrupto in duplum mixta, rei & pœnæ persecutoria. *l. 14. §. 5. ff. de serv. corrupt.* quæ tamen non est famosa. *l. 5. §. 1. junct. duabus ll. seqq. ff. de Obs. Par. & Patr. præst.* quicquid etiam dissentientes dicant, ex *l. notabili 56. ff. pro socio.*

Ita quoque dicitur de virgine vitiata, *in l. si quis aliquid. ff. de Pœn.* Corrumpere siquidem est verbum generale, & tàm ad animum quàm ad corpus refertur. *l. si servus servum. ff. ad L. Aquil.* non tamen denotat vim, hinc per corruptionem hîc intelligimus concubitum illum illicitum, qui intercedit inter solutum & solutam consentientem. *l. 22. l. 29. C. ad L. Jul. de adulter.* & de his corruptis virginibus sciendum, quòd si semel depravatæ sint in eum locum, quo acceptæ sunt, restitui nequeant, ut hinc etiam Hieronymus: *Audenter dicam*, inquit, *cùm omnia possit Deus suscitare, tamen virginem non potest [illegible] ruinam.* De vi stupratis aliud obtinet; Virgo, quippe tali modo corrupta, nullam infamiæ meretur maculam, sed inviolatæ existimationis retinet privilegia. *l. 13. §. 7. l. 39. ad L. Jul. ff. de adult. l. 20. C. eod.* usq; adeò ut mulieri quæ ante stuprum violentũ virgo fuerit, coronam virginitatis in capite portare liceat, eaque caput peplo obvelare haud teneatur. Franc. Pfeil. *Cons. 147. cent. 7.*

Sic

Sic corrupisse videtur, qui vinum spurcavit vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit. *l.27. §. nequit lex, cum seqq. ff. ad L. Aquil.* Item si frumento harenam aut quid aliud immiscuit, cujus difficilis separatio sit. *d. l.27. §. si quis vestim.*

Ita & corrupisse intelligitur Album prætoris, Tabulas, chirographa debitorum, qui ea interleverit. *l.42. ff. ad L. Aquil. l.35. ff. de dol. mal. l.16. §. deniq. ff. fam. ercisc. l.31. ff. de furt.*

Hac ratione quoque Judex & quilibet alius arbiter dicitur corruptè judicare, qui cum alias teneretur gratuitum exercere officium, si exinde recepit pecuniam, etiamsi sententiam ferat justam. Anchor. *cons. 157.* Sed hoc est restringendum; neque enim statim quilibet Judex qui pecuniam accipit, est corruptus dicendus, sed ille solummodo, qui animum suum pecuniâ corrumpi patitur; hinc quando Titius offerret pecuniam Judici, ut justitiam celeriùs ministret, & is acciperet, non est habendus pro judice corrupto, potest quippe in omnem eventum Titius datum repetere, & causam persequi. Clar. *in §. fin. q.73. n.2. in fin. verb. pars ant.* Quando igitur Judex animo fallendi accipit pecuniam, verè est corruptus, & si legitimæ probationes confirmant corruptionem, ipso jure hujus Judicis sententia est nulla, teste Socin. *Reg.7.* & corrumpens judicem perdit causam, cujus occasione corruptionem fecit, imo, cum jure antiquo repetere poterat datum corruptionis causa, hodie nihil repetit. Bald. *Cons.353. ubi sequitur distinctionem And. de Pisis, quando liceat donare judici impune vel non.* Et hæc non de judice solùm & arbitro vera sunt, sed etiam pertinent ad tuto-

rem, qui pro pupilla maritanda recipit pecuniam, nam licet eam maritet condecenter & benè, tamen dicitur corruptus & ex caufa mala recipere, & reftituere tenetur. Anchor *conc. 175.* Sed cuinam reftitutio ifta fieri debeat, an pupillæ, pro quâ maritandâ recepit pecuniam, an pauperibus, non inutiliter hic quæritur? Anchor. d. conf. refpondet pauperibus, etiamfi fint confanguinei, reftituere debentis, Videatur Card. Tufch. Pract. *Concl. 170.* Mafcard. *Concluf. 454.*

48. Cotidiè.

Obiter hîc notandum, quod Critici & Grammatici non conveniăt in hujus Adverbii Orthographia, multi enim funt, qui rectius illud per C. quâm per Q. ut Cotidiè fcribere autumant; & inter illos tanquam antefignanus eft *Quintilianus lib. 1. Orat. Inft. c. 10.* quem fecutus eft Victorinus *in lib. de Orthogra:* Annotarunt & hoc etiam *Angel. Polit. & Laurent. Abftemius*, & *Ludovicus Bonogn.* in fuis annotationibus fingularibus. Sed quicquid illi dicant propter euphoniam ex confuetudine hactenus receptā cum Viris Clarifs. *M. Z. Boxhornio, Bæclero, & Bofio noftro*, rectius putamus fcribi per Q. quàm per C. hinc etiam lubet illius explicationem transferre ad literam Q.

49. Crebrò

Quamvis hic Adverb. noft. jure tanquam in fedē propria explicari debuiffet, quoniam tamen fecundum *l. 2. poft prin. C. de commun. ferv. manu.* idem fignificat ac fæpe, non lubuit, illud hic exponere, fed tantùm B. L. ad d. Adv. quod infrà venit explicandum, remittere.

50. Criminaliter.

Sicuti criminis nomine in jure noftro Capitalis fraus intel-

intelligitur, quâ respubl. læditur, veluti cædes, falsitas, furtum, adulterium &c. ita quoque Adverbio hoc, quando dicimus, criminaliter agere, Actio inde proveniẽs indigitatur, prout patet ex *l.91.ff.de furt.& l.2.de appell.recip.*

Alias in Judiciis habet insignem usum; cùm enim causæ ibi occurrentes vel sunt criminales, vel civiles, ipsa judicia hinc dicuntur alia criminalia, alia civilia; In civili actio intentatur ad rem familiarẽ pertinens, seu ad commodum injurati & læsi; In Criminali verò ad vindictam delicti, & ad pœnam applicandam fisco. Dicitur ergo tunc agi criminaliter, quando ad pœnam fisco applicandam agitur, licet sit pœna pecuniaria. Similiter verò, quando illud, quod petitur, est applicandum parti, licet sit pœna & ex delicto agatur. *Bart. & Dd. communiter in l. fin. ff. de privat. delict. Card. Tusch P.C.J. Tom.2. Concl.1083.* Ut autẽ efficaciter quis criminaliter possit agere, requiritur, ut habeat luculentissimas evidentesq; probationes, nullus quippe est puniendus criminaliter, nisi apertissimis probationibus convincatur, quia clarior probatio semper requiritur in causa criminali, ubi enim majus est periculum, ibi cautius agendum. *Oldrad. Cons.192.* hinc agere & puniri potest criminaliter quilibet ex dolo seu facto doloso, teste *Baldo Cons. 226.* quod tamen etiã non universaliter verum est, sed cum salis grano accipiendum; si enim dolus potest purgari actione ex contractu, in quo dolus fuit commissus, non punitur criminaliter, nisi quando transivisset in speciale delictum, prout furti &c. vel nisi adhibens dolum lucratus fuisset, quia tunc etiam si non transiret in speciale crimẽ, punitur pœna stellionatus, nisi possit purgari ex contractu illo. *Bald. Cons.14.* ex hoc nunc

illud fluit, quod quis de levi & levissima culpa non possit criminaliter puniri, nisi in atrocibus delictis, ubi enim deficit actio civilis, ibi nonnunquam incipit criminalis, teste *Salycet. in l. eos. C. de furt.*

Quæritur hîc occasione hujus Adverbii 1. An in Criminalibus transactio sit licita. ℞. ex *l. 2. C. de Abolit. & l. 3. C. pro quibus caus. serv.* negando. Ibi enim, Transactione crimen non aboletur: transigenti itaque pœna non est mitiganda, nedum remittenda, repeti quippe reus à magistratu vel ab accusatore quovis alio potest, ne delicta maneant impunita. *l. 57. ff. ad L. Aquil.* hoc tamen non ita simpliciter est intelligendum, neque etiam *d. l. 3. C. de Abolit.* generaliter loquitur, sed tantùm de criminibus publicis, non capitalibus, ut apparet ex *l. 18. C. de transact.* ubi; *Transigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio prohibitum non est, in aliis autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet, citra falsi accusationem*; Licet itaque de crimine capitali, cujus pœna mors est, transigere, quoniam ignoscendum est ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit. *l. 1. ff. de bon. eorum qui ant. sent.* de aliis autem criminibus publicis non capitalibus, inter quos utique etiam est crimen falsi. *l. ult ff. de Prævaric.* transigere vel pacisci dato pretio non licet, & hoc propterea, quia non vertitur causa sanguinis. *l. 1. ff. de bon. eorum qui ante sent:* hinc reus, si transigit, pro convicto sive ante sive post institutam accusationem. *d. l. fin. de Prævar. l. 5. ff. de his, qui notantur inf. l. 4. de Jure fisci. l. 2. prin. ff. de bon. eor. qui ant.* accusator verò pro prævaricatore habetur, & incidit in SCtum Turpill. *l. 6. princ. ff. ad SCtum Turpill.* Hodiè tamen transactionem

nem etiam in his criminibus licitam esse, notarunt Viri Illustres, *D. Carpz. in Prax. Crimin. part. 3. quæst. 148. & n. 8. & Dn. Struve Disp. 6. th. 62.* Alias de illa quæstione plura apud *Perezium & Brunnemannum ad l. 18. C. de transf. Mynsing. 6. obser. 22. Gail. 1. de P. P. c. 11. n. 12. Strauchium Dissert. 26. aph. 7. Wesenb. part. 1. disp. 10. th. 13. & Schnobelium Disp. 2. th. 30.* legi possunt, ad quos B. L. remitto.

Quær. 2. An in criminalibus appellatio sit licita? ℞. Si de Jure Communi loquimur, dicimus, quod plerumque appellare liceat. *l. addictos. 29. C. de Appel.* Dixi plerumque, non enim semper, ut putat Justus Oldekop: appellationes in his causis habent locum, sicuti in hanc rem clarus est textus *in l. notab. 2. C. quorum appell. non recipiuntur,* & recensent etiam casus nonnullos, in quibus non admissa fuit appellatio, *Gomesius c. 13. Julius Clarus quæst. 94. d. 1. & Imol. in l. fin. § jussus. num. 9. ff. de appell.* De consuetudine aliàs generali totius Germaniæ aliud observatur, nunquam enim admittitur appellatio, sed post latam sententiam condemnatoriam statim pro arbitrio judicis remotâ omni appellatione fit exsecutio, ut habetur *in Constitutione Imperii Augustæ Anno 1530. promulgata. §.* Item als itzo etliche Zeit. *& Ordin. Cam. Imp. part. 2. tit. 28. § 5.* Videatur *Mynsinger. Cent. 4. obs. 41. Gail. 1. Obs. 1. n. 28. Perez & Brunn. ad d. l. 29.*

Quær. 3. An reconventioni detur locus in criminalibus; ℞. non datur; Criminali enim actione conventus non potest civiliter reconventionem intentare. *l. fin. C. de Ord. Jud.* Criminalis quippe causa præjudicat civili, quando continet certam speciem criminis, puta, quia tu me accusas de injuriâ illata, & ego instituo accusa-

tionem contra te, quod induxisti testes falsos, vel oppono aliud crimen in specie commissum ratione judicii primi, & ab eo accusatum; tunc procedendum est in criminali & supersedendum in civili, sicut testantur *Feder. de Sen. Cons. 93. & Marant. Distinct. 6. n. 57.* Et hæc non de jure solùm communi, sed etiam ex Jure Cameræ Imper. singulari tam vera sunt, ut etiam ex constitutione pacis publicæ conventus criminaliter non possit in Camera civiliter reconvenire, teste Gailio *lib. 1. de P.P. c. 12.* Sic rejecta fuit reconventio in causa **Nürmberg / contra Bamberg / Colben / und Blaunen belangend** / Ao. 52. die 18. Januarii; ita in causa **Lewenstäin contra Mittelheim geraden** Anno 63. die 16. Feb. Plura vide sis apud *Clarum in Praxi quæst. 2. in fin. Petr. de Anchor. Cons. 62. Roland à Valle cons. 13. n. 13. lib. 2. & Johannem de Vicomercato n. 122. cum seqq.*

51. Cumulatè.

Similem, Adverbium hocce præsens cum nomine cumulus, à quo originem trahit, habet significationem; sicut enim cumulus propriè majorum rerum veluti acervum quendam denotat, ita Adverb. nostrum idem est, ac acervatim, abundanter, uti ex vocabulo Gallico, Abondament, eleganter apparet. Occurrit autem nomen cumulus cum insigni usu in jure nostro multis in locis; Sic in *l. 3. ff. ubi pupill. educ.* dicitur, cumulus patrimonii. *in l. 4. ad SCtum Trebell.* cumulus æris alieni, *& in l. 9. ff. de Pactis*, cumulus debiti; quinimo de ipsis actionibus dicitur, ut cumulus actionum; quemadmodum enim cumulus debiti vocatur coadunatio multarum summarum, ita cumulus actionum est editio plurium actionum. *l. 8. majorem, cum l. seq. ff. de Pact.* & de hac actionum cumulatione oc-

occasione hujus Adverbii quæritur, utrum sit licita, seu utrum plures actiones in uno libello comprehendi, eodemque judicio agitari possint? Et regulariter juxta Jus Romanum, quoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una tantum quis in libello, unoque judicio experiri potest & debet. *l.43.§.1. de R.J. l 74. §. 8. de legat. 2.l.9.§.1. de tribut. Act.* ubi tamen hic sciendum, quod non omnes Dd. nobiscum sentiant, sed multi sint, qui contrarium statuant, & quidem I. propter *l.12. §. 1. ff. de acquir. poss. l.18. §.1. ff. de vi & vi arm.* ubi judicium petitorium & possessorium conjunguntur II. propter *l.1. §. qui autem 4. ff. de legat.* ubi permittitur hæredi agere petitione hæreditatis & simul interdicto unde vi. III. propter *l.35.§. 1. ff. locati*, ubi ex eodem contractu duas quis actiones simul movet, locati & conducti. Sed quicquid sit, ut ex resolutionibus Magnif. Dn. Struvii Ex.46. th. 100. & Dn. Wisenb. part. 1. disp. 8. th.19. videre est, tantum abest, ut sententiam nostram evertant, ut potius pro nostra faciant; hoc ambabus largimur manibus, & non negamus, quod usu fori cumulatio actionum admittatur, non tamen iterum indistinctè, quia actionum cumulatio fit diversimode, & quandoque cumulatur actio actioni, quandoque exceptio exceptioni, interdum actio exceptioni, & interdum exceptio actioni, ut habet Bald. *Cons. 187. in fin. n.7. lib.1.* Primum quod attinet casum, quando cumulatur Actio Actioni, tunc aut cumulantur plures actiones compatibiles eodem libello, & potest fieri cumulatio, quia non est dare rationem, cur magis una actio sit expedienda quam alia. *Alex. cons. 104. in princ. lib.6.* aut cumulatur accessoria principali prius intentatæ, & non potest,

l. fun-

l. fundum ff. de except. præterquam in hypothecaria Bald. *d. consil. 187. in fin.* aut cumulatur judicium præparatorium principali judicio, & si utraque actio nata est, vel nasci speratur ex negligentiâ vel contumaciâ, & cumulatio procedit; aut una non est nata, neque nasci speratur, pendente judicio, & non fit cumulatio, quia sine actione quis experiretur. *Rom. Consil. 382. n.* 12. & seq. Secundum quod concernit casum, quando cumulatur exceptio exceptioni, & tunc habet locum *l. nemo ex iis. ff. de except.* Tertio casu quando cumulatur actio exceptioni, sciendum, quod tunc si sunt ejusdem naturæ, non procedat cumulatio *Bald. consil. 187. in fin. lib. 1.* Quarto casu quando cumulatur exceptio actioni, & si est de natura judicii, opponi potest, *Bald. d. Consil.* Alias dicta ista actionum cumulatio communiter distingui solet in successivam, alternativam, & simultaneam. Successivè dicitur fieri cumulatio, quando duæ actiones in eodem libello proponuntur, ita, ut una post alteram decidi debeat, sive eadem sive diversa sententiâ, & sic volunt cumulari querelam inoff. & petitionem hæreditatis teste, *Magnifico Dn. Struvio Ex. 10. th. 4.* in fine. Alternativè solet fieri, si quis alternatim ob incertitudinem duas proponit actiones, ut si hâc non possit consequi, alterâ consequatur, ita volunt cumulari rei vindicat. & actionem publicianam teste iterum *Dn. D. Struvio, Ex. 11. th. 44.* simultanea cumulatio dicitur, quando plures actiones in eodem proponuntur libello, ut simul examinentur, & una eademque sententia decidantur, v. gr. actio injuriarum: & actio ad palinodiam. Hæc de hoc Adverbio; plura habet *Card. Tusch. Pract. Conclus. Tom. 2. conclus. 1095. Gail. 1. Obs. 63. & Fibig in processl. pag. ult.*

LIT. D.

ADVERBIUM I.

Damnosè.

HOc adverbium descendit à damnô, & totidem significationes admittit, quot primitivum suum, cujus certè in jure nostrô maximus & frequentissimus est usus. Damnum derivat *Varro lib. 4. de Ling. Lat.* à demptione, quod inferat detrimentum vel jacturam, minusque sit factum: Vid. *Magnif. Dn. Præsidem, Dominum ac Patronum meum æternùm devenerandum, in Cent. Reg. XLVIII. n. 1. p. m. 206.* Cum quô convenit *JC. Paulus in l. 3. ff. de damn. infect.* Unde propriè & strictè sumitur pro diminutione patrimonii. *d. l. 3. l. 1. l. Proculus. ff. eod. Card. Tusch. Concl. Pract. lit. D. Concl. 4. num. 1.* Quô respectu etiam hæreditas dicitur damnosa, in *l. 16. C. de jur. deliber.*

Latè tamen etiam damnum existimationis, famæ, infamiæ, litis, voluntatis dicitur, ut *ex ff. & C.* deducit *Barnab. Brisson.* Damnum existimationis idem est, quod infamia, in *l. un. C. Si contra matr. volunt. ibi Amplisf. Dn. Brunnem.* Damnum voluntatis pro offensâ seu læsione voluntatis sumitur in *l. 23. §. 2. ff. de fideicom. libert.* ibi: *citra damnum voluntatis, i. e. citra offensam voluntatis testatoris.* Sic & pro diminutione sanitatis aliquando adverb.

hoc sumpsit *Horat. 2. Serm. Satyr. 8.* Nos, nisi damnosè bibimus, moriemur inulti.

Damnosè interdum idem est quod periculosè, quemadmodum damnum & periculum ferè coincidunt, cum hâc tamen differentiâ, quod damnum utplurimum ad res seu pecuniam, periculum ad personam pertineat, ut ex *Accurs. & Spiegel.* refert *Calvin. Lex. hîc.*

Damnosè facere, & damnum facere ferè synonyma sunt. Damnum facere verò in jure nostrô bifariam sumitur, modò pro: damnum pati. *l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* ibi: *naufragium facientes direpti sumus*; quemadmodum vitium facere ponitur pro: corruere, vitiari: modò pro: damnum dare, inferre. *l. 4. §. 14. ff. de vi bon. rapt. l. 151. l. 169. de R. J. l. 30. §. penult. ff. Ad L. Aquil. Fragm. 12. tabb. tit. 25. §. 3.*

2. Decæterò.

Adverbialiter sumtum I. idem est quod: Cæterum, cæteroquin. *vid. sup. p. 51.* aliàs. *p. 34. porro*, præterea.

2. Idem ferè significat quod deinceps, in futurum; ut ita frequenter in jure Canon. reperitur; Trahitur enim ad futura, & non præterita, & novi operis editionem, non veteris declarationem denotat; ut explicat *gloss. in Cl. 1. super verb. decæterò, de elect.* Vid. *Joh. Bertachin. Repert. jur. p. 1. p. 348. ad dict. decæterò:* & ideò is, qui in causâ pendente jurat, decæterò nihil impetrare, se excludit omni tempore; ut testantur *Roma. Cons. 379. Circa primum. n. 3. ver. secundò propter verb. Card. Tusch. Concl. pract. Lit. D. Concl. 259.* Quò sensu etiam in jure civili occurrit in celebri illâ *Avthent. Habita. C. ne filius pro patre*, ibi: *Hâc*

igitur

igitur generali & in perpetuum valiturâ lege decernimus, ut nullus decætero tàm audax inveniatur &c. it. *in l. 21. C. de Collat.* ibi: *Ut nemini de cætero super collatione dubietas oriatur* &c. ubi disponitur de Collatione bonorum, de quâ elegantem tractatum edidit *Georg. Adam. Brunnerus.*

3. Decenter.

Idem est quod convenienter, & id significat, quod fieri convenit: unde magis officii est, quam necessitatis, & ut plurimum de iis rebus dicitur, quæ fieri honestas suadet. Vid. Convenienter.

4. Decies.

Est adverb. numerandi, descendit à decem. Hoc quoties simpliciter in jure ponitur, significat decies centena millia nummorum, quemadmodum ita eô usus est *Papinianus in l. 77. §. pater. 3. ff. de Condition. & Demonstr.* ibi: *Cùm uxori mandatum esset, ut moriens filiæ communi decies restitueret*, i. e. *decies centena millium.* Sic & *in l. 6. §. 1. ff. de usur. & fruct.* dicitur, quod Imp. Severus filiæ Flavii Athenegoræ, cujus bona fuerant publicata, de fiscô numerari ideò *decies centena* (puta *millia nummûm*) *dotis nomine* jusserit. *Conf. Ant. Augustin. 2. Emendat. 6.* Antiquitas enim hanc summam dotis maximam reputavit: Unde *Juvenal. Satyr. 10.* Et ritu decies centena dabantur antiquô, & *Martial. 2. Epigr. 65.* Centenæ decies, quæ tibi dedit dotis: *Id. 181. Epigr. 24.* Decies mihi dotis in aurô sponsa dabis. Vid: *Dn. Gothofr. in not. ad d. l. 6. §. 1. de usur. & fruct. it. ad l. 11. §. 1. C. de repud.* Singula verò nummûm millia conficiunt XXV. Philippicos, seu ut alii putant, Coronatos; quemadmodum ita supputat *CL. Boeclerus in*

 annot.

annot. ad Tac. Annal. 1. 8. 3. p. m. 230. Unde colligitur decies centena millia nummûm 25000. philippicos ſeu coronatos confeciſſe.

Hodie pater ad dotandam filium tenetur pro modô facultatum & dignitatis, tàm patris, quàm ſponſi, ac numerô liberorum. *l. 60. l. 69. §. 4. ff. de jur. dot. Magnif. Dn. Præſes Dec. 99. n. 51. Magnif. Dn. Struve in Syntagm. jur. civ. Ex. 30. th. 3. Dn. Carpzov. p. 2. c. 46. def. 17. n. 4. it. def. 18. n. 6. Scheplitz. ad Conſvet. Brandeb. p. 3. t. 7. §. 8. num. 5. Arnold. de Reyger. theſaur. jur. ad vocab. dos. n. 4. p. m. 798.* Ita ut etiam officiô judicis ad id cogi poſſit, *Gail. 2. Obſ. 95.* & congrua dos illa putatur, quæ non minor eſt legitimâ; major tamen eſſe poteſt, *Magnif. Dn. Præſes Dec. 69. n. 17. Gail. 2. Obſerv. 147. n. 6. Carpzov. p. 2. c. 35. def. 5. num. 3. Scheplitz. d. l. n. 6.* De quantitate dotis arbitrandâ & probandâ vid. *Dec. in Conſ. 17. vol. 2. & in Conſ. 49. vol. 2. in pr.*

Cæterum cum hîc de quantitate dotis ſermo ſit, non incongruè hâc occaſione Q. Quantam dotem ſtuprator ſtupratæ virgini aut viduæ honeſtæ ſolvere debeat, ſi illam in matrimonium ducere nolit? Reſpondemus breviter cum *Magnif. Dn. Præſ. Dec. 88. n. 7. & ſeqq.* judicis arbitrio id relinquendum, â quô moderatio ſecundum qualitatem & facultates ſtupratoris, & ſecundùm conditionem virginis ſtupratæ fieri debet. In Dicaſteriô Jenenſi interdum 10. 20. 25. 30. florenos ſtupratæ dotis locô aſſignari, Id. teſtatur *ibid. n. 10.* Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

5. Decorè.

Utplurimum idem eſt quod pulchrè, aptè, ornatè; unde decorè fabricata domus, civitas &c. quô ſenſu etiam

deco-

decora facies civitatis dicitur in *l.6.C. de operib.publ.* & decorata marmoribus basilica, in *l. 21. C. eod.*

Aliquando quoque idem est quod honestè, bene: unde decorè acta vita; & decora vita. *in l.unic. C.de emendat.propinqu.*

6. Deformiter.

Descendit à deforme, deformare, & tot ferè significationes recipit, quot primitivum suum, quod propriè de corpore seu formâ humanâ dicitur, & pulchro opponitur: Sic deformare servum cicatricibus dicitur. *in l.17. §.1.ff.de usufr.*

Metaphoricè tamen ad res inanimatas transfertur, & ut plurimum de ædificiis dicitur, quæ in aliquâ sui parte deformata sunt, ut sic occurrit *in l. 7. ff. de Offic. Præs.* unde & deformes ruinæ. *in l. 5. C.de operib.publ.* & ne ruinis urbs deformetur, *in l.ult.ff. Ne quid in loc.publ.* Interdum etiam deformare pro dehonestare dicitur; unde falsis contumeliis matrimonia deformare. *in l. 30.pr.sub fin. C.ad L. Jul.de Adult.*

Cæterum cum in jure nostrô præter interesse & impensas in curationem vulnerum aut cicatricum ab aliquô inflictarum factas, deformitatis nulla ratio habeatur, ex eô principiô, quod liberum corpus æstimationem non recipiat, ut expressè statuitur *in l.3.ff. si quadrupes paup. fec. dic.& in l.fin.ff. De his qui effud. vel dejec.* ex occasione hîc quæritur: Anne hodiè ob vulnera, quæ mutilatio oculorum, oris, nasi, aurium, aliaque deformitas faciei sequitur, & Schandmahle dicuntur. *Matth. Coler. dec. 161. n.51.* præter impensas refundendas & interesse præstandum,

 alia

alia pœna irrogetur? Resp. Quod sic: Potest enim ob illa inflicta aut civiliter aut criminaliter agi: Si civiliter, tum ad tria vulnerans obligatus est: ad emendam, interesse, & pœnam arbitrariam, seu carceris, seu relegationis, seu mulctæ pecuniariæ: Si criminaliter, tum judex pro qualitate vulneris ac ratione circumstantiarum etiam pœnam corporis afflictivam, puta amputationis manus aut fustigationis cum perpetuâ relegatione irrogare potest: sed hôc casu vulnerans vulnerato ad emendam & damnum ac interesse non tenetur. Vid. latè *Dn. Carpzov. prax. crimin. p. 2. q. 99. n. 25. & seqq. usq; ad fin. quæst.*

7. Defunctoriè.

Adverbium hoc duplicem significationem admittit. 1. Communiter accipitur pro eô, quod non fit ex animô, nec satis bonâ fide, & tum idem est, quod frigidè, perfunctoriè, languidè, remissè, **oberhin.** Unde perfunctoriè facere dicimur, quod non ex animô, sed quia vel cogimur, vel debemus, facimus, hoc unum spectantes, ut officiô nostrô defuncti dicamur. Et ita sumitur ab *Ulpiano in l. 2. §. 32. ff. ad SC. Tertull.* ibi: *Non solùm autem quæ* (mater scil.) *non petiit,* (tutores scil.) *coërcetur, sed & quæ defunctoriè petiit* &c. Nam jure civili antiquô mater intra annum à morte mariti liberis tutores petere cogitur, cæteroquin hæreditate, nisi justâ causâ excusetur, se indignam facit. *l. 1. l. 2. l. 3. ff. Qui pet. tut. vel curat. Auth. eisd. C. de sec. nupt. Magnif. Dn. D. Struve Ex. 31. th. 32.* Quod tamen Justin. posteà immutavit & constituit, ut mater præ aliis agnatis tutrix liberorum suorum impuberum esse possit, modò juratò renunciet secundis nuptiis & SCto

Vellejano *tot. tit. C. Quando mulier tut. offic. nov. 118. c. 5.* Quod à multis extenditur ad bona feudalia & Ducatus: *Conf. Schrader. de Feud. p. 10. sect. 19. n. 26. & 28.* A quibus dissentit *Heig. p. 2. illustr. quæst. 13. num. 40. & seqq.* Et hæc Constitutio Justin. ferè ubique obtinet, nisi quod iis in locis, ubi jus Lubecense viget, quodammodo ad jus pristinum reditum sit, cùm ex hôc jure mater tutrix esse nequeat, sed intra quadrantem anni, **binnen ein viertel Jahr**, liberis tutores petere cogatur. *Dn. Mevius ad jus Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 12.*

Sed hic Q. Quomodo hodiè puniatur mater, quæ vel ab initiò tutrix liberorum esse nolit, vel susceptà tutelâ ad secunda vota transeat, si liberis petere tutores neglexerit? Resp. Moribus nostris communiter adhuc ordinaria juris civilis pœna obtinet, privatio scil. hæreditatis: *Modest. Pistor. p. 2. quæst. 57. n. 1. Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 18. def. 2. n. 3. & tit. 21. def. 2. num. 11.* etiam jure Saxonico, *Christoph. Zobell. in addit. gloss. art. 11. n. 4. lib. 1.* **LandR.** modò necessaria requisita adsint, de quibus vide *Dn. D. Carpzov. p. 2. c. 11. def. 15.* Belgarum tamen & Gallorum moribus hæc pœna non obtinet, sed mater tutores petere negligens minori, & utplurimum exiguâ multâ pecuniariâ coërcetur: *Grœnew. tr. de LL. abrog. ad L. 6. ff. qui pet. tut. vel curat. & ad l. 8. C. de legit. hæred. Christin. vol. 4. Dec. 63. n. 8.* Jure Lubecensi quoque pœna arbitraria obtinet. *Dn. Mev. d. l. n. 8.*

Secundò accipitur adverb. hoc pro eô, quod quis datâ operâ simulat, & tum idem est quod affectatè, quemadmodum ita occurrit *in l. un. C. Qui num. tutel.* ibi: *Si tres tutelas vel curas eôdem tempore non defunctoriè susceptas*

ptas (i. e. non quæsitô prætextu affectatas vel simulatas ad evitandum justæ tutelæ munus) *administras : onere quartæ tutelæ seu curæ pupillorum seu adolescentium non gravaberis.*

Sed hîc Q. An hodieque tria onera tutelæ vel curæ non affectatæ, nec defunctoriè susceptæ immunitatem largiantur à quartâ ? Quod regulariter Affirm. *Vid. Conr. Rittershus. ad* §. 5. *J. de excus. tut.* Cum hàc tamen except. nisi (1.) unius vel alterius tutelæ finis instet. *l. 17. in pr. ff. de excus. tut.* & nisi (2.) tutelæ sint leves, non operosæ aut magni laboris, ut plerumque sunt pauperum pupillorum. Imò interdum evenit, ut unica tutela ad excusationem sufficiat, si nimirùm illa tàm diffusa & negotiosa sit, ut pro pluribus cedat. *Vid. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 11. def. 39.*

8. Dehinc

Idem ferè est, quod abhinc, præsertim in illà significatione, in quà ad tempus futurum respectum habet. Vid. supra *p. 12.* Sumitur quoque pro deinde, postea *in l. 3. C. ad SC. Turpill.* ibi: *Quamvis eum ordinem scriptura contineat, ut primò abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur* &c.

9. Deinceps.

Est adverbium temporis, & utplurimum 1. futurum tempus significat. *Alb. de Perg. tr. de Præposit. n. 45. Döring. in Biblioth. JC. ad dict. hanc p. 691. num. 29. Joan. Bertachin. repert. jur. ad dict. hanc p. 356.* eôque sensu idem est quod de cæterò, consequenter, in futurum. *vid. supra dict. de cæterò.*

Aliquando tamen 2. idem est quod gradatim, per ordi-

ordinem, quasi unus post alium, & hâc significatione reperitur *in l. pronunciatio. 198. §. 2. de V. S.* ubi plures personæ, quæ propriô jure familiam constituunt, referuntur, quarum una alterâ patrifam. qui Princeps familiæ salutatur, proximior est, veluti *Materfam. filiifam. quiq; deinceps vicem eorum seqvuntur, utpote nepotes & neptes, & deinceps:* Idem significat *in l. hæredis 65. de V. S. nec non in l. 3. §. fin. ff. de Legit. tut.*

Interdum quoque 3. idem est quod deinde, posteà, quô sensu occurrit *in l. Seja. 12. ff. de Usur. & fruct.* ibi: *& deinceps per singulas pensiones*, i. e. *& deinde seu postea per singulos terminos*. Disponitur enim ibi de usuris conventis, quibus terminis & quomodo solvi debeant. De quâ materiâ *vid. Magnif. Dn. Præs. Decis. 70. & seqq.* præprimis *Dec. 74. Carpzov. part. 2. latè inprimis ad Const. 30. Scheplitz. ad Consvet. Brandeb. p. 4. l. 1. Besold. in dissert. sing. insertâ tractatui de vitâ & morte. Paul. Christin. Dec. Belg. Vol. 3. Dec. 41. & seqq.*

Eâdem significatione adverbium hoc reperitur *in l. cum bisextum. 98. de Verb. Signif.* quam legem doctè explicat *Dn. Wißenbach. Præceptor olim meus colend. Comment. ad tit. illum*; item, *in l. nemo deinceps. 3. C. de Episcop. Aud.* it. *in c. un. §. porrò. Clement. de summâ Trinit.*

10. Deinde, Dein, Postea.

Germ. Darnach. Dictiones has non esse otiosas, monet *Zasius in l. certi condictio. §. deposui apud te. n. 5. ff. si cert. pet. ac in l. ait Prætor. 1. §. si neq. n. 6. ff. de Jurejur.*

1. Enim significant intervallum temporis, dum omninô dispositionem à præcedentibus segregant. *Vid.*

Alciat. in Rubr. ff. de novi operis nunciat. Christoph. Besold. Thesaur. pract. vocab. **Darnach**.

2. Adverbium deinde est significativum ordinis graduum, & ideò in materiâ successionis importat successivum ordinem, ut proximior præferatur remotiori, v. gr. cum hodiè *ex Nov. 118.* quinque sint succedentium ordines, quorum primus secundum, & sic porrò excludit, dicendum erit: Primò descendentes succedere; deinde ascendentes; deinde collaterales; deinde virum & uxorem sibi invicem scilicet; deinde fiscum: *Vid. Card. Tusch. Concl. pract. Lit. D. Concl. 263. Bald. Cons. 292. num. 2. libr. 2.*

Quidnam porrò hæc dictio deinde importet, *Vid. ex repert. jur. Joan. Bertachin. & allegat. part. 1. p. 356.*

11. Demissè, submissè, subjectè.

Germ. **Gehorsambst / Unterthänig.** Propriè accepta sunt adverbia subjectionem notantia, & tantummodò à subditis dicuntur ac scribuntur, non etiam à cæteris, ne quidem à Vasallis, nisi simul etiam domicilii jure subditi sint: Vasalli enim tantum se appellitant **Getreue.** it. **mit getreuem Fleiß.** *Test. Gail. de Arrest. c. 7. n. 11. & seqq. Gœdd. in Cons. de restit. Vallendar. n. 479.*

Aliquandò tamen pro subjectâ materiâ impropriè accipienda sunt, ne extra materiam trahantur vel extendantur, ut vult *Author* **des gründlichen Berichts der Stadt Friedbergk Stand** &c. *Vid. Besold. Thesaur. pract. dict.* **Gehorsamb.**

12. Demum.

Dictio hæc 1. restrictiva est, & taxativam seu correctariam

ctoriam importat; *Card. Tusch. Conclus. pract. lit. D. Conclus. 264. Bald. Consil. 208. quando utrum. n. 2. lib. 4. usq; ad fin.* ubi loquitur de dictione *ita demum: Bertachin. repert. jur. p. 364.* De dictionibus verò taxativis, earumque usu latè agit *Bart. in l. 1. ff. si quis jus dic. & in l. cum ita legatum. de Condit. & Demonstr. & in l. si quidem. C. de except. nec non Bald. in l. si qui ex consensu. C. de Episc. Aud.* Et hâc significatione occurrit *in l. 34. ff. de vulg. & pupill. substit.* ibi: *quia supremus non is demum, qui post aliquem, sed etiam post quem nemo sit, intelligatur:* Item *in l. 203. vers. ac sibi videri de V. S.* ubi, cum inquisiisset JCtus Alfenus, quosnam servos Dominus usus sui causâ secum ducere diceretur, (pro quibus scil. portorium non solvebat) ex variis illorum recensitis generibus, subjicit: Eos demum usûs sui causâ patremfam. habere, qui ad ejus corpus tuendum, atq; ad ejus cultum præpositi destinatiq; essent.

2. Idem ferè est, quod tandem, ad postremum, & tunc temporis extremitatem significat, ejusque est indolis, ut omnia præcedentia prius facta & completa esse velit, quam alia disponat, quâ significatione interdum quoque reperiuntur dictiones tunc vel tum, Alsdann. *Vid. l. 4. §. 1. de condit. & demonstr. clem. un. de concess. præbend. & Clem. 1. de jur. Patron. Hartm. Pistor. quæst. feud. 27. n. 26.*

Interdum quoque 3. idem significat quod omninò, omnimodò, & similia verba, quæ nullam modificationem aut limitationem recipiunt, præsertim si jungatur dictionibus is, ea, id: nec, non, ita: Sic nihil frequentiùs hôc sermonis genere: Ea demum magna felicitas, voluptas &c. Ita demum mihi satisfacies &c.

13. Denique.

Adverbium hoc varias ſignificationes admittit, 1. enim temporis eſt, & breviſſimum ſpatium notat. *Albert. de Perg. tr. de Præpoſit. n. 50. Dav. Döringk. Bibliotb. JC. ad dict. banc p. 691.*

2. Ordinis eſt, & ad finem dictorum ponitur pro poſtremò, tandem. Quô ſenſu reperitur *in l. 14. verſ. deniq. ff. de reb. cred. & ſimilibus.*

3. Aliquando idem ſignificat quod prætereà, quemadmodum. Ita occurrit *in l. 2. §. 1. ff. ſolut. matrim. ut & in l. 203. verſ. quid autem. verb. omnes deniq. ſervos. de V. S.*

Nonnunquam & 4. pro certè ponitur, *Vid. Rebuff. ad d. l. 203. verb. omnes deniq. de V. S. Döringk. d. l.*

14. Denuò.

Quaſi de novô, magnam affinitatem habet cum dict. rurſus, iterùm, **abermahl**. vid. ſupra *p. 5. & ſeqq.* & dupliciter ferè in jure accipitur.

Modò enim 1. actui jam ſemel celebrato adjicitur, & dum eum confirmatiorem reddit, quaſi de novô ſeu ſecundâ vel tertiâ vice confirmatum: Quô ſenſu reperitur *in l. 16. ſub fin. ff. de recept. qui arbitr. recep. in l. 21. §. 1. ff. eod. in l. un. C. de error. calculi,* ubi ſtatuitur: quod rationes ſæpè computatæ, denuò tractari poſſint, ſi res judicatæ non ſint, vel tranſactio non intervenerit. *it. in l. 3. C. de privil. fiſc.*

2. Nonnunquam adjicitur prorſus novo actui, qui priorem aut abrogat, aut ſaltem ab eô diverſus eſt: Quâ ſignificatione occurrit *in l. 4. C. Quomodo & quand. jud.* ubi ſtatuitur: quod ſententia à judice datô, die feriatô,

con-

contra absentem & non citatum lata, nulla sit, sed negotium denuò notioni judicis terminandum committi debeat. Quod de die feriatô divinô hodieque generaliter procedit. Vid. *Magnif. Dn. Struv. Ex. V. th. 35. And. Gail. 1. Obs. 53. n. 16.* De citatione autem omissâ variant mo judiciorum; Nam licet citatio ab initiô litis ad totam causam omninò & ubique necessaria sit, ita ut illâ omissâ totus processus reddatur nullus. *Gail. 1. Obs. 75. n. 10. Dn. Carpzov. p. 1. c. 2. def. 21. n. 2. Vant. de Nullit. process. tit. de nullitate ex defectu citationis*; tamen specialis ad audiendam sententiam citatio non ubiq; frequentatur: Alibi enim hæc requiritur: *Magnif. Dn. Struve Ex. V. th. 12. Magnif. Dn. Habn. Præceptor olim meus Venerandus ad tit. Wesemb. de in jus voc. n. 13. verb. singulis etiam causarum actibus.* Alibi verò, quod & in Camerâ Imperiali, & moribus exterorum observatur, sufficit generalis ab initiô facta citatio ad totam causam, virtute cujus, si citatus sui præsentiam non facit, progressus fieri solet ad omnes actus judiciarios, etiam ad sententiam definitivam inclúsivè sine aliâ citatione. *Vid. Mynsing. Cent. 3. Obs. 71. Gail. lib. 1. Obs. 109. num. 3. Wurmser. tit. 6. de citat. obs. 16. n. 2. Merull. prax. civil. lib. 4. t. 89. n. 10. Grœnevv. tr. de LL. abrog. ad rubr. & l. 7. C. quom. & quand. jud. &c. &c.* Sic & in *l. 1. C. de Advoc. div. judic.* dicitur; quod si putas Patronum causæ prævaricatum, de principali judiciô denuò quæri debeat.

Eâdem significatione Adverb. hoc occurrit *in l. 3. sub fin. ff. de Distract. pign.* Quæ lex de privatâ pignorum distractione agit, jure civili licitâ. *tot. tit. ff. & C. de distract. pign.* Quod hodieq; Frisii sequuntur; *Sande Decis. Fris. lib. 3. tit. 12. def. 20.* Sed nostris & Hollandorum aliarumq;

 gentium

gentium moribus, ut & de jure Saxon. pignora nonnisi judicis auctoritate distrahi solent, licet modus distrahendi pro locorum consuetudine variet. *Vid. Dn. Carpzov. p. 1. c. 28. def. 136. 137. necnon p. 1. c. 32. def. 8. Magnif. Dn. Struve Ex. XXVI. th. 47. 48. Graenevv. de LL. abrog. ad §. 1. J. Quib. alien. lic. it. ad rubr. & l. 4. C. de distrah. pign. Schultz. Synops. ad §. 1. Inst. Quib. alien. lic. lit. (c)*

15. Difficilè. Difficiliter. Difficulter.

Adverbia hæc triplicem ferè in jure significationem habent, 1. enim difficilè seu difficulter fieri dicitur, quod fieri quidem possit, sed non semper nec ubique, & tum æquipollet ferè adverb. rarò: Unde & difficultas magna fortuito casui æquiparatur. *Vid. Lexic. Calvin. ad diction. hanc.*

2. Difficile fieri dicitur, quod nonnisi cum magnô labore & nisu fit, & tum idem est quod laboriosè, ægrè, **kümmerlich / schwer**: Sic difficilè probari posse dicitur, quando res, quæ petitur, non potest ad oculum demonstrari, vel quia non est, vel quia apparet: Germ. **Es ist schwer zu erweisen.** *Vid. Bart. in l. actionibus in ult. col. ff. de in lit. jur.* Sic difficilè, i. e. laboriosè fieri dicitur, quod sine licentiâ Principis expediri non potest. *Jo. Bertachin. repert. jur. voc. difficilè. p. 384.* Et in hâc significatione dici potest, quod ea, quæ difficilè fiant, non impediant obligationem. *arg. l. continuus. 137. §. illud. ff. de V. O. Vid. Franc. Aret. in d. §. illud & Bart. in l. quod te. ff. si cert. pet.*

Denique 3. difficilè fieri dicitur, quod nunquam seu nullô modô fieri possit, *Vid. Lex. Calvin.* hîc & tum respondet vocab. impossibile, quemadmodum difficultatem

tem & impossibilitatem sæpè parificari latè tradit *Felin. Sand. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Const. in Col.39. vers. secundum notabile est quod Ecclesia:* Sic difficile ad impetrandum, quia requiritur nova lex fieri, reputatur impossibile. *Bart. in l. continuus. 137. §. cum quis. de Verb. Oblig.*

Occasione adverbii hujus Q. 1. An difficultas excuset à morâ? v. gr. Promisi tibi merces tuas certô die Francofurtum devectum iri; oritur difficultas, quia fortè currus fecit vitium, aut ego vel equi cœpimus ægrotare: an illa difficultas excusat vectorem à pœnâ? *Affirm. l. 3. §. ult. ff. de act. empt. l. quod te. ff. de reb. cred. & ibi Bart. & Alexand. l. ult. §. idem juris. ff. ad L. Rhod. de jact. Alciat. ad Tit. de V. Obl. tom. II. p. 998. n. 12. Magnif. Dn. Præs. dec. 74. n. 39. Dn. Wissenbach. p. 2. Disp. 26. th. 10. it. Comment. in R. J. Disp. 28. th. 4.*

Q. 2. An difficultas excuset à pœnâ? Quod affirm. præprimis in obligationibus faciendi seu præstandi. *Bart. in l. quod te. ff. de reb. cred. Bald. in l. si pater. C. de Collat. And. Alciat. d. l. p. 990. n. 14.*

Q. 3. An difficultas excuset à perjuriô? *Affirm. Bart. in l. Labeo. in fin. ff. de jurejur. Bald. in l. quod te. ff. de reb. cred.* intellige in tantum, non in totum. *Vid. Joan. Bertachin. repert. jur. voc. difficilè. p. 384.*

Q. 4. An difficultas, quæ prævideri potuit, excuset? Quod Neg. nisi ex casu fortuitô & verisimiliter improvisô oriatur. *Vid. Alciat. in tit. Si cert. pet. tom. 1. pag. 289. num. 21.*

16. Diffusè.

Descendit à diffundere, cujus significat. vid. *ap. Calvin. in Lexic.* & idem ferè est quod latè, dispersè; Sic diffusè

fusè sita bona pro illis accipiuntur, quæ diversis disjunctisque in locis sita : Hinc & diffusa negotia. *in l.24. pr. ff. de administr. & peric. tut.* & latè diffusum patrimonium. *in l. 11. C. de excusat. tut. & in l. 3. C. in quib. caus. tut. hab.*

17. Diligenter, Sedulò.

Diligenter agere dicimur, quando cum curâ & intentione agimus, hæc cum non semper æqualis sit, sed alia major, alia minor, ita quoque diligenter, diligentius & diligentissimè agere, quod in contractibus, quando de præstatione culpæ quæritur, omninò notandum. Respondet enim è regione diligentia culpæ. *l. 68. pr. ff. de contrah. emt.* & quemadmodum culpa suos gradus habet, dum alia lata, levis, levissima dicitur, ita quoque diligentia alia summa est, alia mediocris, alia infima. *l. 23. de R. J.* Quâ de re latè & solidissimè agit *Magnif. Dn. Struve Ex. XIX. th. 15. & seqq.* In quibus igitur contractibus levis culpa tantum præstatur, in iis sufficit diligenter agere, seu mediocrem diligentiam adhibere, ut bonus & diligens paterfamilias solet : Ejusmodi verò contractus sunt illi, in quibus utriusque contrahentis versatur utilitas, v. gr. 1. emtio venditio; 2. societas; 3. locatio conductio; 4. Pignus; 5. Rei communio; 6. hæreditatis communio; 7. Permutatio; 8. dotis datio. *Vid. Magnif. Dn. Struve. d. Ex. 19. th. 40.* In eô verò contractu, in quô etiam levissima culpa præstatur, quod fit in commodatô : utpote in quô solius accipientis utilitas versatur. *l. 23. de R. J. d. Ex. 19. th. 38.* requiritur quoque, ut diligentissimê agatur, seu ut summa diligentia adhibeatur. Et ita adverbii hujus maximus usus esse potest in mater. societatis, mandati, negotiorum

tiorum gestorum, & inprimis in materiâ præstationis culpæ, de quâ *vid. omninò Nicol. Burgundi tract. de periculô & culpa*.

Notandum verò, quod Adverbium diligenter pro subjectâ materiâ accipi debeat; ut monet *Corsetus in singul. in Lit. D.* Et ita interdum idem erit, quod diligentissimè, quemadmodum si res probè consideretur, in iis contractibus, in quibus levis culpa præstatur, etiam levissima ferè præstanda venit. Ita exacta diligentia vel custodia quandoque sumitur pro exactissima. *l. 25. §. non tantùm. ff. famil. hercisc.* Interdum enim superlativus habet vim positivi, *l. 21. C. Mandat.* Vid. *Magnif. Dn. Struve d. Ex. 19. th. 41.*

18. Dilucidè.

Idem est quod perspicuè, apertè, clarè, expressè: & contrariatur dubio, præsumtioni aut conjecturæ, & plenè affirmat. *Sic in l. 13. sub fin. C. de non num. pec.* dicitur: *nimis indignum esse, quod sua quisq; voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioq; proprio resistere.*

Hinc Q. An debitor obligetur, etiamsi dilucidè causam debendi non expresserit? Quod negatur: Non enim obligat: debeo tibi centum. *l. 25. §. 4. de Probat. l. 26. ff. de Donat.* Sed si ita confiteor; Ego debeo ex emptô, hæc confessio obligat. Necessum igitur est, ut causa debendi dilucidè exprimatur. *Gail. lib. 2. obs. 13. n. 9. 10. Vid. Dn. Brunnem. JC. Celeberr. ad d. l. 13. C. de num. pec.*

19. Directò, Directè.

Horum adverbiorum amplissimus in jure nostrô est usus; Accipiuntur autem ibi ferè quintupliciter:

I. Quatenus opponuntur adverbiis obliquè, precariò; & tum coincidunt cum adverbio civiliter, quemadmodum directa & civilia verba æquiparantur in *l. 7. ff. de vulg. & pup. subst. Alciat. ad d. tit. tom. 1. p. 905. num. 2. seqq.* hocq; sensu maximum usum habent in materiâ testamentariâ: Est enim hæreditas alia directa, quæ directò seu verbis directis defertur, alia fideicommissaria, quæ obliquè, seu verbis obliquis & precariis defertur: Verba directa sunt, quæ sui naturâ jus seu universale seu particulare in aliquem à testatore continenter transferunt, nec ministerium hominis requirunt, sed ipsô jure effectum habent, qualia sunt: accipiat, capiat, hæres esto, hæredem facio, instituo, do, lego &c. Obliqua seu precaria sunt, quæ ministeriò hominis indigent, & id significant, ut absque alterius facto jus non transferatur, adeoque ab alterius fide dependeat, qualia sunt: rogo, peto, volo, mando, fideicommitto, cupio, opto, desidero ut des, credo, non dubito vel scio te daturum. *§. 3. J. de sing. reb. per fideicom. relict. Magnif. Dn. Præs. Dec. 61. n. 1. Dn. Carpzov. p. 3. c. 8. def. 27.* Quamvis notandum, nullum adeò directum esse verbum, quin precarium seu obliqvum effici possit, si à testatore ita conceptum, ut hominis ministerio indigeat, & vice versâ. *Vid. Alciat. d. l. n. 5. & seqq. & p. 957. n. 114. & seqq. Magnif. Dn. Struve ad tit. ff. ad SC. Trebell. Ex. XXXVI. th. 11. & seqq. Et hîc Dd.* tradunt regulam, quòd aditio hæreditatis facta directè simpliciter magis operetur, quàm aditio obliqua. *Paul. de Castro Cons. 275. Card. Tusch. Lit. D. Concl. 451.*

Quem-

Quemadmodum jam hæreditas alia directè, alia obliquè delata dicitur, ita quoque hæres alius directò, alius obliquè institutus dicitur. *Magnif. Dn. Præs. d. Dec. 61. num. 3.*

Sic & cum hodie Justinianus legata fideicommissis per omnia exæquaverit. *l. 1. l. 2. C. Commun. de Leg. §. sed non usque. 3. J. de Leg.* legata alia directè, alia obliquè relinqvuntur: Licet olim jure veteri legata verbis directis civilibus tantùm relinquebantur, fideicommissa verò precariis. *Ulpian. in fragm. tit. 24. pr. & tit. 25. pr. Vid. Dn. Wissenbach. p. 2. Disp. 1. th. 3. & seqq.*

Similiter & substitutio alia est directa, alia fideicommissaria. *Vid. Magnif. Dn. Præs. Dec. 46. 47. Carpzov. p. 3. Const. 8. def. 18. n. 7. & seqq.*

Libertas quoque alia directò, alia obliquè seu per fideicommissum relicta dicitur. §. *2. J. de sing. reb. per fidei-comm. relict.* Inter quas hodieque differentiam dari probat *Dn. Wissenbach. d. l. n. 5.*

Secunda significatio adverbii directò est, quatenus opponitur contrario, & tum de actionibus commodati, depositi, mandati, tutelæ, negotii gesti, & pignoratitià dicitur, quæ diversô respectu modò directæ sunt, seu directò competere dicuntur, modò contrariæ. Directæ his dantur, qui domini sunt, aut quorum principaliter interesse potest contractûs origine & primâ ipsius radice spectatâ; Contrariæ verò his, quorum per accidens tantùm interest, quæ ideò non ex ipsô contractu rectè dantur, sed ex æquitate per legis extensionem, ut ita explicat *Coras. lib. 6. Miscellan. cap. 6.* Sic ex modò dictis actionibus directæ dantur commodatori in commodatarium;

Deponenti in depositarium; Mandatori in mandatarium; pupillo in tutorem; Domino in negotiorum gestorem; Debitori in creditorem; & hi proptereà directò agere dicuntur: Contrariæ verò dantur commodatario in commodatorem; Depositario in deponentem; Mandatario in mandatorem; tutori in pupillum; negotiorum gestori in Dominum; Creditori in debitorem.

In tertia significatione opponitur utili & adverbio utiliter: Licet enim contrariæ actiones etiam dicantur utiles, ut habet rubr. de contrariâ tutelæ & utili actione, ut & negotiorum gestorum actio contraria utilis dicitur. *l. 47. ff. de negot. gest.* tamen propriè loquendô hæc ab invicem distinguenda: Et hoc sensu actiones, quæ directò competere dicuntur, sunt, quæ principaliter ex ipsô negotiò, & ex ipsis verbis legis competunt; quæ verò utiliter, sunt: quæ non ex simplicibus verbis legis, sed ex æquô & bonô utilitatis causâ contra juris summi rigorem competunt: Ut illa distinctio expressè habetur *in l. 55. ff. de donat. int. vir. & ux.*

Sic in actione rei vindicatoriâ directa datur Domino, qui directò vindicare dicitur *in d. l. 55. ff. de donat. int. vir. & ux.* Utilis verò 1. pupillo & minori ratione rei pecuniâ ipsorum à tutore vel curatore propriô nomine emptæ. 2. Ecclesiæ, ratione rei ab administratore pecuniâ ecclesiæ emptæ. 3. civitati, pro re à Syndico ejus pecuniâ comparatâ. 4. uxori, pro re, quam emit maritus pecuniâ ab uxore sibi donatâ. 5. militi, ratione rei, quam ipsius pecuniâ alius sibi paravit. *Magnif. Dn. Struve Ex. XI. th. 6. Sic & in §. 34. J. de R. D.* dicitur: utiliter agi posse contra dominum tabulæ, in quâ quid pictum vel sculptum, cum di-

Cc 2 rectò

rectò non posset, quia scilicet tabula eô tempore, quô vindicatur, est in alterius dominiô.

Sic & cessionarius directò nomine cedentis domini agit, utiliter ex personâ propriâ dominum quasi repræsentante. *l. ult. C. de hæred. vendit. l. 18. C. de Legat. l. 1. C. de O. & A.*

Sic & actio Legis Aquiliæ directa datur Domino ejusve hæredi. *l. 2. pr. l. 11. §. 6. ff. ad L. Aquil.* utilis fructuario, bonæfidei possessori & aliis. *Magnif. Dn. Struve Ex. XIV. thes. 26.*

Et in universum ubicunque directò & ex mente legis agi non potest, ex æquitate agitur utiliter; Exempla vid. præter modo allegat. *in l. 45. ff. solut. matrim. l. 3. §. si filiofam. ff. commod. l. fin. ff. pro soc. l. 37. pr. ff. de O. & A.*

Eâdem significatione, sed aliâ ratione dominium dividitur in directum & utile; Directum, **das mehrer Eigenthumb / Grund Eigenthumb** / habet, 1. Dominus rei in emphyteusin datæ. 2. Dominus soli superficiarius. 3. Dominus feudi : Utile, **minder Eigenthumb / nutzbahr Eigenthumb.** 1. Emphyteuta. 2. Superficiarius. 3. Vasallus. *Magnif. Dn. Struve Ex. XI. th. 55.*

Quarta significatio adverbii directò est, quatenus opponitur ei, quod fit per consequentiam.

Sic ea, quæ directò non conceduntur, quandoque per consequentiam concedi dicuntur, ut notat *Joan. Bertachin. repert. jur. p. 379.*

Sic in omni dominiô proprietas directò & principaliter attendi dicitur. *arg. l. 9. §. 6. & 7. l. 1. l. 3. pr. & §. 1. l. 28. l. 36. ff. de Acquir. rer. dom. l. 25. ff. de V. S.* Fructuum verò perceptio per consequentiam, quatenus scilicet

ex proprietate fluit ac dependet. *l. 25. pr. l. 1. ff. de Usur.*

Sic Jurisdictio, quæ non potest concedi à privatô directò, conceditur tamen in consequentiam, concedendô feudum. *Ægid. Bella. Cons. 33. n. 43. vers. nec obstat. Card. Tusch. lit. D. Concl. 451.*

In quintâ significatione adverbium directò seu directè idem est quod simpliciter, absolutè, & tum quando jungitur dispositioni universali, tollit cavillosas subtilitates, ut testatur *Gemin. Cons. 46. n. 10. ver. indirecta enim.*

Et hôc sensu opponitur ferè dictioni indirectè, quæ id significat, quod non simpliciter est, sed respectum habet ad aliud: Quemadmodum dispositio indirecta dicitur, quando principaliter quoad verba dirigitur ad unum, & effectus ejus dirigitur in alium. *Gemin. Consil. 22. n. 4. ver. in contrarium. Card. Tusch. Lit. D. Concl. 265.* Sic multa permittuntur per indirectum, quæ directè facta non tenent. *Roma. Cons. 12. ver. indirectum. Tusch. dict. loc. Concl. 451.*

Cæterum & alias passim significationes recipit adverbium hoc, quas pro institutâ brevitate nimis prolixum foret evolvere.

20. Disertè.

Duplicem ferè significationem recipit, modô enim idem est quod facundè, ornatè, quemadmodum disertus seu disertissimus pro eloquenti, facundô ponitur *in l. petitiones virorum disertissimorum. 5. C. de Advoc. divers. jud.* licet Cicero disertum ab eloquente distinguat, ut notat *Drosæus in method. jur.* Modo idem est quod clarè, expressè, distinctè.

21. Dis-

21. Disjunctim.

Opponitur adverbio conjunctim, & idem ferè significat in jure, quod separatim aut alternatim. *Conf. l. un. §. bis ita definitis. 10. C. de Caduc. tollend.* quemadmodum disjunctionem JCti appellant, quam vulgo alternativam dicimus. *Alciat. ad tit. de V. S. tom. 2. p. 1066. n. 1. & seqq. & p. 1177. n. 1. Vid. supra adverb. alternatim. p. 39.*

Interdum etiam dicitur disjunctivè, sic disjunctivè si quid debetur, sufficit alterum impleri. *Joan. Bertachin. p. 391.* Hic obiter notetur regula: Eorum quæ disjunctim scripta, regulariter non utrumque disjunctum, sed unum tantum requiritur. *Alciat. in d. t. tom. 2. p. 1103. n. 10.* Cui regulæ tamen non semper locus. *Id. ibid. n. 11. & p. 1104. n. 13.* Sunt verò disjunctivæ dictiones, aut, vel, seu, sive: de quarum naturâ *vid. Card. Tusch. Lit. D. Concl. 268.*

22. Dispersè.

Modò idem est quod latè, confusè, **weitleufftig**: modò quod confusè: **zerstreuet / unordentlich.**

23. Districtè.

Idem significat quod præcisè, expressè, & utplurimum dicitur de probationibus, affirmationibus & negationibus, *Vid. l. 7. ff. de Minor. & l. 13. ff. de Procur.*

24. Diu.

Est adverbium temporis, & secundum stylum curiæ tempus quadraginta dierum importat. *Joh. Staphil. tr. de grat. expect. tit. de qual. & stat. benef. n. 51. Gemin. Cons. 78. num. 5. in fin. ver. non obstat, si dicatur. Card. Tusch. lit. D. Concl. 270.* Sed in jure variè hoc adverbium poni testatur

tur *Alb. de Perg. tr. de Præposit. n. 48. Doring. hîc p. 691. n. 31.* Aliquando enim momentum temporis ſignificat, ut teſtatur *Calvin. lex. hîc.* Aliquando pro tribus menſibus ponitur. *c. lectis. in gl. Diſt. 13.* Aliquando pro annô. *l. 1. §. largius. 12. ff. de ſucceſs. edict.* Aliquando pro bienniô. *l. cum domino. 56. ff. loc. conduct. l. 64. ff. de re jud.* Aliquando pro trienniô. *l. 1. l. 18. ff. de uſuc. & uſurpat.* Aliquando pro quatuor annis. *l. quamvis. C. de uſur.* Frequentiſſimè tamen decennium ſignificat. *l. poſſideri. 5. ſervus. ff. de acquir. poſs. l. ſicut. §. Ariſto. ff. Qui & à quib.* utpote quod eſt longum tempus, quô bona immobilia inter præſentes uſucapiuntur. *pr. J. de uſuc.* unde & hodiè verba, **langes Gedencken** / de decem annis intelliguntur. *Modeſtin. Piſt. p. 1. quæſt. 44. n. 2. Beſold. theſaur. pract. voc.* **langes Gedencken.** *p. 495.* Sic & decennium DD. diuturnum & ſufficiens tempus cenſent ad inducendam & probandam conſuetudinem. *Bart. n. 14. Jaſon. n. 43. & 44. in l. de quibus. 32. ff. de LL. Weſenb. eod. n. 9.*

Quandoq; tamen arbitriô judicis diuturnitas temporis terminanda, ut poſt alios probat *Joan. Bertachin. repert. jur. voc. diu. p. 384.* ubi etiam, præter alias, has regulas tradit;

1. Diuturni canonis ſolutio indicium facit ad dominii præſumpti probationem.

2. Diuturnitas temporis facit præſumi conſenſum.

3. Diuturnitas facit valere ſententiam, etiamſi de actis non conſtet.

4. Diuturnitas decem annorum non facit præſumi ſolennitatem, quando agitur principaliter de damnô tertii, quia requiritur diuturnitas 30. annorum.

5. Diu-

5. Diuturnitate temporis purgata censentur omnia vitia, quæ, quod actum est, infirmum ac inutile reddere posse viderentur.

Occasione adverbii hujus Q. I. An hodiè ad introducendam & probandam consuetudinem decennii tempus requiratur? Quod negatur; Sufficit enim tantum tempus, & in eô tempore tot actus intercessisse, quibus consuetudo ad notitiam Majestatis pervenit, aut pervenire potuit (quod etiam bienniô, imô unô annô fieri potest) tum enim si Majestas impedire potuit, nec tamen impedivit, neque contradixit, tacitè quasi jussisse videtur, ut quod observatum in his actibus, in simillimis itidem observetur. *Vid. Magnif. Dn. Struve Ex. II. th. 20. 21. Magnif. Dn. Habn. ad Wesenb. tit. de LL. num. 9. verb. diuturnitate temporis.*

Q. II. An tempora, quæ ad usucapiendum seu præscribendum jure civili statuta, (quod scil. mobilia per triennium, immobilia verò inter præsentes per decennium, inter absentes per 20. annos usucapiantur, *pr. Inst. de usucap.*) hodièq; obtineant? Resp. in iis locis, ubi adhuc simpliciter circa hanc rem jus civile viget, ità ut nec consuetudinariô nec statutariô jure aliud receptum sit, utique adhuc vigebunt. Cæterùm statutariis juribus variè præscriptionum tempora definita, quâ de re prudentissimè loquitur *Heigius lib. 1. quæst. 16. num. 13. & seqq.* Jure Saxonicô hodiè duæ tantum præscriptionum species reperiuntur expressæ, altera annalis, quæ respondet usucapioni triennali, quâ res mobiles intra annum & diem, Jahr und Tag (h. e. unum annum, sex septimanas & tres dies) præscribuntur. LandR *lib. 1. art. 28.*

lib.2.art.44. Altera tricennalis, quæ reſpondet præſcriptioni longi & longiſſimi tēporis, quâ triginta annis 6. ſeptimanis & unô die præſcribuntur res immobiles jura & actiones. **LandR.** *lib.1. art.29.* Jure Lubecenſi licet varia præſcriptionum tempora ſtatuta, veluti tridui, duarum ſeptimanarum, trium menſium, triginta dierum, biennii : frequentiùs tamen tàm mobilia quàm immobilia annô & die, **binnen Jahr und Tag**, præſertim præſcribuntur; quâ in re ferè cum prima præſcriptionum ſpecie Saxonicâ coincidit, niſi quod adjectus dies non, ut jure Saxonicô, pro ſex ſeptimanis & tribus diebus (*vid.* **Rauchbahr** *quæſt.24. num.34. p.2.*) ſed pro juſtô die, qui 24. horarum ſpatiô abſolvitur, computetur. *Conf. Magn. Dn. Mev. ad jus Lubec. lib.1 tit.8. art.1.* In Hollandiâ hodiè obſervatur, ut mobilia triginta annorum ſpatiô, immobilia verò ſeu allodialia ſeu feudalia ſeculi triente (vulgò een deerdedeel van hondert Jaeren) i. e. triginta tribus ſeu 34. annis præſcribantur. In Zelandiâ verò ſtatutum, ut immobilia inter præſentes 20. inter abſentes 30. annis præſcribantur. *Vid. Grœnevv. ad rubr. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*

25. Diutiùs.

Eſt itidem adverbium temporis, & modò pro bienniô, modò pro quadrienniô ponitur; utplurimum tamen ad arbitrium boni viri refertur, ut teſtatur *Alb. de Perg. d.tr. de Præpoſit. num.51.* Sufficit tamen, ſi modicum tempus per hoc adverbium denotetur. *Döring. Bibl. JC. hic p. 691. num.32.* Et hôc ſenſu occurrit *in l. 22. ff. de reb. dub.* ibi : cum pubere filiô mater naufragiô periit, cùm

explo-

explorari non possit, uter prior extinctus sit, humaniùs est credere filium diutiùs vixisse. Qui textus admodum notabilis est: hoc enim quæritur: Quibus hæreditas deferenda, si mater & filius naufragiô perierunt, an matris, an filii hæredibus? Hîc inquirendum, an mater, an filius diutiùs vixerit, si enim mater, tum quemadmodum illa filii defuncti hæres fuisset, ita quoque matris hæredes filii hæredibus præferendi erunt: si filius, tum quemadmodum ille matris hæres fuisset, ita quoque ejus hæredes matris hæredibus anteponendi. Cùm verò hîc nihil certò haberi possit, omnibus scilic. qui in navi fuêre fortè naufragiô extinctis, præsumtioni locus est; & distingvunt jura, an filius pubes, an impubes fuerit; si impubes, tum præsumunt jura, eum priùs esse mortuum quam matrem: Quicunque enim utplurimum est debilior, ille etiam utplurimum creditur priùs extinctus; Atqui filius impubes &c. E. Contrà si filius pubes fuerit, quemadmodum in textu nostrô, tum jura contrarium præsumunt, & putant matrem prius extinctam ex eôdem fundamentô, quoniam scil. filii utplurimùm ætate superant parentes; & sic filii hæredes præferendi erunt. Similis ferè casus occurrit *in l. 9. §. 1. ff. eod.*

26. Diversè.

Diversa illa sunt, quorum definitio seu substantia non est eadem, Calvin. Unde diversè fieri utplurimum illa dicuntur, quæ non unô modô fiunt, & idem ferè est quod variè.

Cæterum licet interdum diversa & contraria coincidant, e.g. diversi sexûs, i.e. contrarii: tamen utplurimum differunt: Contraria enim sunt, quæ nullô datô mediô re-

pugnant. Diverſa verò, quæ medium habent, ut: ſedere & ambulare, medium enim eſt accumbere & ſtare. *vid. Alciat. tom. II. p. 1177. num. 2.* Sic & diverſa oratio non obſtat verbis conjunctis, v. gr. ſi dicat Teſtator: Lego Titio fundum; hoc amplius, Sempronio lego domum æquis partibus; tum videtur clauſula: æquis partibus ad utrumque referri, & Sempronium Titio in fundô jungi; & Titium Sempronio in domô. *Conf. Alciat. in tit. ff. de Legat. III. tom. I. p. 1194. num. 23.*

27. Diviſim, dividuè.

Deſcendunt à dividuô, quô id ſignificatur, quod dividi poteſt in partes aliquô effectu juris ſeparatas, & opponitur individuo, i. e. rei, quæ dividi non poteſt in partes. Solent autem JCti Romani dividuum his & ſimilibus verbis efferre: Partium præſtationem recipere. *l. 2. pr. ff. de V. O.* A ſingulis hæredibus *diviſim conſequi*, pro parte peti, admitti partis executione. *l. 85. ff. eod.* Pro parte acquiri: pro parte remitti. *l. 11. pr. ff. de ſervitut. l. 34. ff. de ſervitut. præd. ruſt.* A communione decedere, ſcil. rerum particularium. *t. t. ff. & C. Commun. divid.* Familiam erciſcere, i. e. hæreditatem dividere. *tot. tit. ff. & C. fam. erciſc.* Et ſic adverbiorum horum maximus uſus eſſe poteſt in materiâ ſtipulationum, hæreditatis, rerum communionis, & aliis, quoties ſcil. occurrit quæſtio: utrum aliquid acquiri vel retineri vel alienari pro parte aut ſpeciatim; an verò non niſi totius ſeu univerſi commercium admittat; (omnis enim diviſio eſt vel totius in partes, vel generis in ſpecies) ſeu quæratur de rebus corpora-

poralibus ſeu incorporalibus, ſeu it. de obligatione vel actione, aut ſolutione dividendâ vel non dividendâ. *Vid. latè Calvin. in lexic. voc. dividuum.*

Circa ſtipulationes hoc notandum, quod omnis materia dividui ac individui, quatenus in iis occurrit, in tribus principaliter conſiſtat: Aut enim I. Q. nunquid illud, quod eſt deductum in principali ſtipulatione, diviſionem recipiat? Reſp. Diſt. Aut ſtipulatio conſiſtit in dandô, & regulariter eſt dividua: aut in faciendô, & regulariter eſt individua. Aut 2. ubi devenitur ad ſecundariam obligationem, videlicet ad intereſſe, quæ ſubrogatur obligationibus faciendi, Q. nunquid ea obligatio recipiat diviſionem? Reſp. quod ſic. Aut 3. Q. Quoad aliam ſecundariam obligationem ſcil. ad pœnam, an illa recipiat diviſionem? Hac de re agit *l. 4. §. 1. & ſeqq. ff. de V. O. Conſ. Alciat. in d. t. de V. O. p. 290. n. 1. & 291. n. 2. 3.*

28. Doloſè.

Adverbium hoc deſcendit à dolò, quod vocabulum eſt ex genere τῶν μέσων, quæ ambiguam habent ſignificationem, & in bonam ac malam partem accipiuntur, qualia etiam ſunt: venenum, fama, facinus, monſtrum, tyrannus, factio &c. *l. 3. §. 2. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 236. in pr. ff. de V. S. A. Gell. 12. noct. Attic. c. 9. Bodin. de Repub. lib. 2. c. 4. Freber. de Famâ lib. 2. c. 10. num. 7. & ſeqq. Tholoſan. de Repub. lib. 23. c. 3. Dn. Wiſſenb. p. 1. Diſp. 13. th. 28.* Eſt enim dolus alius bonus, alius malus; Dolum bonum veteres acceperunt pro ſolertia in ſuis vel alienis rebus tuendâ, ut teſtatur *Ulpian. l. 1. §. 3. ff. de dol. mal.* & hic maximè æſtimandus ex ſcopô.

Huc pertinent ea, quæ tradit *H. Grotius de J.B. & P. lib.3. c.1. num.6. & seqq. & verba Aristotelis VI. Ethic. c.13.* est quædam facultas, quam δεινότης, i. e. solertiam, vocant; hæc talis est, ut ea, quæ ad propositum scopum tendunt, possit quis agere atque consequi: Quod si ergò honestus est scopus, laudanda quoque est illa; sin malus, πανουργία seu versutia est. Exempla doli boni legas *Gen.27, 21. & seqq. & c.30,37. & seqq. 2. Reg. 10,18. & seqq. P. Martyr. 2. loc. comm. 13. fol. 363. Gratian. ad c. quæritur. 22. q. 2.* Sic & dolus bonus fuit Salomonis *3. Reg. 3.* simulantis necem ac divisionem infantis erga mulieres invicem de illô certantes; Simile ferè exemplum de Carolô M. *ex Andr. de Isern. summô Feudistâ, refert Calvin. in Lexic.* Stratagemata quoque, acuta belli, quæ *Horat.* vocat, rationem doli boni habent, *Jos. 8, 2. Judic. 7. & seqq. H. Grot. de J.B. & P. lib.3. c.1. num. 8. P. Martyr. d. l. Guilielm. Ames. 5. de Conscient. 33. q. 8.* Unde discitur, quid responderi debeat ad quæstionem: An viro bono simulare liceat? scil. simulationis vocem bifariàm accipi, tum pro specie mendacii, alterius decipiendi causâ, quam damnat *Petrus I. Epist. c. 2. v. 1.* tum de illô prudentiæ effectu, quô sine fraudandi animô consilia nostra occultamus, ut eò faciliùs feliciùsque assequamur scopum: Et hôc sensu acceptam simulationem omninò viro bono licere putamus. *Vid. 2. Sam. 21, 13. & seqq. Luc. 24, 28. ubi Christus Dominus simulabat se longiùs ire. Conf. etiam Dn. Wissenb. Comment. in tit. de R. J. Disp. 4. th. 3. Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 1. n. 4. & 20. Ames. 5. de Conscient. c. 53. sect. 34.* Et hinc patet vitiosè dolum malum à *Cic. 3. Offic.* definiri, quod sit, cum aliud simulatur, aliud agitur; Nam & sine dolô malô aliud

liud agi, aliud ſimulari poteſt, ut ex modò dictis ſatis apparet. *Vid. l. 1. ff. de dol. mal. ibiq; Duaren. Dn. Wisſenb. d. l. th. 2.*

Dolus malus igitur, circa quem propriè jura noſtra verſantur, (unde hodiè etiam ſine appoſitô mali utplurimum intelligitur. *l. 23. de R. J. l. 1. 2. C. de dol. mal. Magnif. Dn. Prſ. cent. reg. 21. num. 2. & reg. 67. num. 2.*) & de quô ſolò ferè adverbium doloſè effertur, vel in genere vel in ſpecie ſumitur; in genere, pro quâvis improbitate, malitiâ ac malô propoſitô, quò alterum quis ſciens & volens lædit. *l. 7. l. 10. l. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 71. §. 8. ff. de acquir. vel amitt. hæred. l. 1. pr. §. 12. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. 2. pr. & §. 8. ff. vi bon. rapt. l. 2. §. 32. ff. ad SC. Tertull. l. 11. §. 2 ff. de Pœn. l. fin. §. 1. ff. de incend. Vid. Magnif. Dn. Struve Ex. VIII. th. 23.* Et ſic quoque eam læſionem, quæ alicui per violentiam & metum dolo conjunctum infertur, comprehendit. *l. 14. §. 13. ff. quod met. cauſ.*

In ſpeciali ſignificatione *Labeo l. 1. §. 2. ff. de dol. mal.* definit dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationẽ, ad circumveniendum, fallendum alterum adhibitam, i. e. eſſe calliditatẽ, quâ quis alterius perſuaſione, reticentiâ & ſimili fraudulẽtiâ machinatione in errorẽ inductus, neſcius ſe lædi decipitur & fallitur, cùm, ſi ſcivisſet fraudem, tale quid non egiſſet: Et tunc metus & violentia abſunt. *Donell. lib. 15. c. 41. verſ. quibus autem.* Et in hâc ſignificatione adverbium doloſè frequentiſſimè in jure occurrit, maximusque ejus eſt uſus. Doloſè enim is agit, qui alium ſciens, prudens & conſultò fallit, *H. Donell. lib. 21. c. 13. verſ. primum ergò. Conf. l. 9. §. 2. ff. ad Exhib. l. 2. §. 5. ff. de dol. mal. & met. except. ibi:* Et generaliter ſciendum eſt, ex omnibus in factum exceptionibus doli oriri exceptionem; quia dolo facit, quicunque id, quod

quâq;

quâque exceptione elidi poteſt, petit: nam & ſi inter initia nihil dolô malô facit, attamen nunc petendô *facit dolosè*, niſi ſi talis ſit ignorantia in eô, ut dolô careat. *it. l.3.§.1.verſ. idem tamen. ff. de Minor. & l.25. §.5. ff. de hæred.petit.*

Sic dolosè quis petit rem, quæ reſtitutioni ſubitaneæ ſubjacet, etiamſi poſſit conſequi interuſurium medii temporis. *Bart. Bald. Alexand. & alii in l.ſi ſocer. §. Lucius.ff.ſolut.matrim. Joan.Köppen. Dec.1.Enucl.10.num. 42. Magnif. Dn.Præſ. cent.reg.21.n.18.*

Sic dolosè egiſſe præſumitur fidejuſſor, qui rem debitoris creditori pignori obligatam emit; Unde & debitor empta illa pignora à fidejuſſore actione doli recuperare poteſt. *Vid. Ampliſſ. Dn. Brunnem. ad L. Si fidejuſſor. C. de dol. mal.*

Sic dolosè quis egiſſe præſumitur, qui in utilitatem ſuam & damnum alterius molitur. *Tuſch. lit. D. Concl.573. n.26. Dn. Berlich. Deciſ.114. num. 24.*

Sic dolosè egiſſe præſumitur adminiſtrator, qui non fideliter rationes deſcripſit, vel libros exhibuit defectuoſos: It. is, qui aliquid occultè, & tempore ſuſpectô facit: It. is, qui contra juris prohibitionem quid facit, & plures alii. *Vid. Magnif. Dn. Præſ. cent. reg. 21. n. 18. & ſeqq.* In dubiô tamen dolus non præſumitur, ſed ab allegante probari debet *l.18.§.1.ff. de Probat. Magnif. Dn. Præſ. Dec.59. & d.reg.21.n.14.*

Dolosè verò agens ex ſuô dolô & calliditate lucrum percipere non poteſt. *Tuſch. lit. D. Concl.581. Magnif. Dn. Præſ. Dec.96. num. 22.32. & 64. Matth. Coler. Dec.7.num.9.* Imò evidenter dolosè agens impunitus eſſe non debet,

Matth.

Matth. Coler. Dec. 134. num. 9. Sic quoque ei, qui dolosè egiſſe arguitur, juramenrum deferri non poteſt. *Dn. Carpzov. p. 1. c. 6. def. 10. num. 4.* Et competit contra dolosè agentem remedium nullitatis & reſtitutio in integrum, ſi ſcil. dolus cauſam contractui dedit, & ab initiò intervenit: Quod jure civili tantùm in bonæ fidei contractibus fit. *l. 1 pr. ff. de dol. mal. l. 16. §. 1. ff. de Minor. l. 5. C. de reſcind. vendit. Magnif. Dn. Præſ. Dec. 87. num. 7.* quæ deciſio latè agit de dolô. *Magnif. Dn. Struve Ex. VIII. th. 27.* Sed ex Jure Canonicô, quod & moribus ſequimur, etiam contractus ſtricti juris, quibus dolus cauſam dedit, ipsô jure redduntur nulli. *Magnif. Dn. Præſ. d. Deciſ. 87. num. 15. 16.* Si verò dolus non dedit cauſam contractui, ſed in eum ſaltem incidit, tum contractus ipsô jure non annullatur: ſed ſi eſt bonæ fidei, agitur ex eo ad ſupplendum, in quô quis deceptus eſt. *ibid. n. 17. & 18. l. 7. pr. §. 3. l. 9. pr. ff. de dol. mal. l. 13. §. 4. & 5. de Act. emt. l. 2. C. eod.* aut, ſi conveniatur qui dolum paſſus eſt, purgatur dolus exceptione doli, quia exceptiones doli bonæ fidei judiciis inſunt. *l. 21. ff. ſolut. matrim. l. 84. §. 5. de Legat. 1. Dn. Carpzov. p. 2. c. 34. d. 9. num. ult.* ſi ſtricti juris, doli actio vel exceptio competit. *ibid. num. 20.* De quibus *vid. Magnif. Dn. Struve d. Ex. VIII. th. 35. & ſeqq. & Ex. XLVI. theſ. 33. & ſeqv.*

Cæterum actio doli famoſa eſt, & illi, qui ſcienter dolosè egiſſe convincuntur, infames fiunt. *l. 1. ff. de his, qui notant. infam.* unde tum demùm datur, ſi alia actio non ſit, i. e. ſi aliud actori remedium non ſit reliqvum, quô rem ſuam ſervare poſſit. *l. 1. §. 4. l. 7. in pr. l. 9. ff. de dol. mal. l. pen. §. 1. ff. de in integr. reſtitut. l. 2. C. de dol. mal.*

Quod adeô verum eſt, ut is, qui aliam actionem habuit, & tempore amiſit, putà redhibitoriam, non agat de dolò. *l. 1. §. 6. ff. de dol. mal.* Jura enim vigilantibus ſunt ſcripta, & ſibi imputet, quod non egerit maturius. *l. 24. ff. quæ in fraud. cred. l. 1. §. idem Pomponius refert 5. ff. de dol. mal.*

Sed quid, ſi municipium ſeu univerſitas doloſè egiſſe convincatur; v. gr. ſi communi conſenſu decrevit, ut Syndicus alicui doloſè perſuadeat, repudiare hæreditatem, cui ipſi fortaſsè inhiant; an & tum contra municipium illud ſeu univerſitatem actio doli datur, ut fiat infamis? Reſp. *l. 15. §. 1. ff. de dol. mal.* Quod in municipes (ſeu univerſitatem) non detur actio doli. Datur verò actio quod metus cauſa. *l. 9. §. 1. ff. quod met. causâ.* Ratio hæc eſt, quia actio doli famoſa eſt, & in quâ deſignanda perſona, quæ fecit dolum, cui deſignationi hîc locus non eſt, nec ratio patitur, ut univerſitas fiat infamis. Actio verò quod metus cauſa nec famoſa eſt, nec in eâ deſignari perſonam neceſſe eſt. *l. 14. §. 3. ff. quod met. cau. Vid. Dn. D. Struve d. Ex. 8. th. 39. Dn. D. Wisſenb. Diſp. 13. th. 35. p. 1.*

Doloſè & dolô agere ſynonyma ſunt. *l. 2. §. 5. ff. de dol. mal. & met. except.* Cum quibus ferè conveniunt callidè & captioſè agere. Vid. ſup. *callidè p. 52.* & *captioſè pag. 61.*

Ex occaſione hîc Q. an dolus dans cauſam contractui matrimoniali, illum vitiet, & nullum reddat? Reſp. cum *Magnif. Dn. Præſ. d. Dec. 87. num. 21. & ſeqq.* regulariter matrimonium non reddi nullum, ſed ſubſiſtere; ſi ſcilic. 1. dolus commiſſus ſit circa accidentalia matrimonii, puta, divitias, pulchritudinem, probitatem, nobilitatem

tatem generis &c. 2. Si matrimonium conjunctione animorum & corporum sit consummatum. 3. Si commissus sit dolus bonus. 4. Si per subsecutam voluntariam ratihabitionem dolus sit purgatus. Si verò dolus tam enormis sit commissus, ut impediat consensum, & quidem circa substantialia matrimonii, tum utique matrimonium vitiat & nullum reddit. *Conf. Gail. 2. Obs. 93. n. 11. Beust. tr. de matrim. p. 2. c. 44. Alberic. Gent. tr. de Nupt. lib. 3. c. 4.*

Quid verò si deflorata, virginem se simulans, aliquem dolosè ad ineundum matrimonium induxit? Resp. Merô quidem jure valet hoc matrimonium, sed justam divortii causam præbet, adeòque ex postfactô rescinditur. *Vid. suprà adv. castè. p. 66.* Et sic observatur in March. Brandeburg. *Joach. Schepl. ad Consuet. March. p. 1. tit. 2. §. 7.* Apud Saxones *Schneidevv. de Divort. n. 59.* & ap. Genevates *Theod. Bez. de divort. p. 87. & 228.* Apud Pontificios tamen ex Jure Canonicô. *c. quod autem. 29. q. 1. & c. 35. X. de jurejur.* res paulò aliter sese habet; idq; ex eô fundamentô, quod apud illos matrimonium inter spiritualia refertur.

29. Donec.

Idem ferè est quod quoad, quamdiu, quousque, & varias in jure significationes recipit, 1. enim temporis terminum seu intercapedinem & revolutionem in se habet, & non inducit conditionem perpetuò extensivam. *l. legatum. ff. de adim. legat. Bart. in l. Titius. de Excus. Tut. Bertachin. repert. jur. dict. donec. p. 410. Döring. ibid. p. 691. num. 33. Card. Tusch Lit. D. Conclus. 271.*

Sic uxor instituta hæres donec vitam vidualem ser-

vaverit, non dicitur hæres ſub conditione, ſed hæres ad tempus. *Bald. Conſ.415. Quod d. Conteſina. lib.5. in pr.*

Sic ſi fœmina excluditur, donec extant maſculi, excluſio non eſt perpetua, ſed temporalis. *Bald. Conſ. 43. Domina Malgrada lib. 2. Decius Conſ. 484. num. 11. Bart. in l. fin. §. 1. ff. ad SC. Tertull. Tuſch. d. l.*

Et hôc ſenſu dici poteſt, quod adverbia donec, quoad, quousque & ſimilia importent limitationem diſpoſitionis. *l. fœminæ. ff. de Senator. l. ſive. §. tamdiu. ff. de Condict. furt. Dec. Conſ. 584. viſâ prohibitione. n. 11.* & diſpoſitionem temporalem efficiant; *Caſtr. Conſ. 184. num. 2. ver. colligitur inſuper. lib. 2.* adeòque ſuſpenſiva ſint, & moratoriam tantùm excluſionem, non perpetuum impedimentum inducant. *Schæffer. pract. quæſt. 33. paſſim. Beſold. Theſaur. pract. voc. Biß. p. 121.*

2. Importat conditionem. *Vid. omninò Bart. in l. ſervitutes n. 2. ff. de ſervitut. & in l. 1. ff. de Condit. & demonſtrat. num. 15. ver. & quæro de dict. Conf. etiam Bald. in l. 1. in pr. C. de Leg. Jaſ. in l. ſi quis hæredem. C. de Inſt. & ſubſt. l. fin. §. ſed quin, C. de indic. vid. toll. Papien. in form. lib. quô uxor agit ad dotem. verſ. donec vitam vixerit. in pr. Angel. in §. juris præcepta. J. de J. N. G. & C. Tuſch. d. loc. Hartman. Piſtor. quæſt. feud. 36. num. 6. Moller. lib. 1. ſemeſtr. cap. 42.*

Conditionis autem natura eſt, ut impleatur, antequàm ſequatur emolumentum. *l. Thais. §. Stychus. ff. de fideicom. libert. l. qui hæred. §. fin. ff. de Condit. & Demoſtr. Ruin. Conſ. 181. n. 2. lib. 2.* Ea namq; debet adimpleri in ſuâ formâ ſpecificâ. *Alexand. Conſ. 130. num. 1. lib. 2. & Conſ. 212. num. 6. lib. 6. Weſemb. Conſ. 14. num. 88. Jaſ. in l. 3. §. 2. num. 1.*

num. 1. vers. sed conditio. ff. quod quisque jur. Guid. Pap. Cons. 28. num. 6. Tiraquel. de retraict. lignag. §. 3. gl. 3. in v. à payer. num. 2.

3. Adverbium hoc vim habet repetitionis, si in obligatione veniat aliquid, quod causam habet successivam, ut usufructus, tutela, & similia. *l. pen. ff. de Excus. tut.* secus tamen, si id, quod venit in obligatione, habeat causam momentaneam, tunc enim non videtur facta repetitio. *Ex Petr. Enriqu. & Bart. Döring. d. l.*

4. Denique adverbium hoc interdum pro negativâ ponitur. *l. sive pars. 3. C. de dilat. l. fin. §. donec. 11. C. de jur. delib. c. Joseph. X. de V. S. ibi:* Joseph non cognovit Mariam, *donec* peperit filium primogenitum, ac si diceret: nunquàm cognovit etiam postquàm peperit. Plura exempla reperiuntur *Genes. 8.* ubi legitur, non reversus est corvus, donec siccarentur aquæ. *Psal. 110. 1. Timoth. 4.* Vid. Hunn. *var. resolut. jur. lib. 3. tract. 1. quæst. 19.* Sic etiam adverb. hoc & similia limitantia dispositioni negativæ adjici possunt, & tum idem operantur, ac si dispositioni affirmativæ apposita essent, scil. limitatam reddunt dispositionem negativam. Sic pater prohibens alienationem filio, donec fuerit certæ ætatis, censetur ipsô jure concedere adveniente ætate suspensâ, *Decius d. Consil. 484. num. 11. Tusch. d. l.*

30. Dubiè.

Adverbium hoc descendit à dubiô: Dubius verò seu dubitans is dicitur, 1. qui incertus est; hinc is, qui dubitat, non videtur scire, sed comparatur ignoranti.

Magnif. Dn. Præs. cent. reg. 2. 3. num. 4. Et in iis, in quibus requiritur animus, ut in possessione, qui dubitat, non possidet. *Tusch. lit. D. Concl. 800.*

2. Et is dubius seu dubitans dicitur, qui rem quidem perspectam habet, sed hæret in utram partem ex duobus contrarariis propendere debeat, motus rationum varietate; unde dubitare est ad neutrum animum applicare. *l. fin. C. de Condit. & Demonst.* Dubium verò est, quod variè & multipliciter intelligi potest, vel de quo non constat, sed adhuc controvertitur, & inter sapientes dubitatur. *Magnif. Dn. Præs. d. reg. 3. num. 3.*

Quæ dubiè posita, quomodo & ex quibus declarentur, *Vid. Tusch. ib. Concl. 801.* Et dubia res quomodo cognoscatur, *Vid. Alciat. ad tit. de V. O. tom. 2. p. 504. n. 3.*

Dubiè prolata verba 1. accipiunt intellectum à præcedentibus & sequentibus, ut in *l. si servus plurium. §. fin. & in l. quæ filiabus. ff. de Legat. 1.* 2. Intelligi debent secundùm communem opinionem, non secundùm singularem. *Bart. in l. Labeo. ff. de suppellect. leg. Bertachin. repert. jur. voc. Dub. p. 415.*

In Legibus si quæ dubiè posita occurrant, ita resolvi debent, ut si sensus eorum per verba legis manifesta indagari possit, tunc manendum sit cum lege. *l. non aliter ff. de Leg. III.* Si verò ex verbis legis manifestè resolvi nequeant, tunc adiri debet Princeps. *l. human. C. de LL.* Quod si non sit ejus copia, tunc interpretationi stabitur, quam dat consuetudo, quæ est optima legum interpres: Vel si non possit suffragari consuetudo, tunc judex in benigniorem partem interpretabitur. *l. benigniùs 18. ff. de LL. l. in ambiguis 85. de Reg. jur.* Quod si utraque paris sunt

con-

conditionis, tunc à verbis legis ſtabitur, quatenus fieri poteſt, etiamſi non ſint manifeſta. *per text. eleg. in l. 1. §. navem. ff. de Exercit.* Quod ſi verba prorſus fuerint ambigua, tunc demum venitur, de ſimilibus ad ſimilia. *Vid. Udal. Zaſium in tit. de LL. tom. I. l. neq; ideò &c. p. 157. num. 5. & ſeqq.*

Dubii magnus eſt favor, 1. enim in dubio contra fiſcum reſpondetur. *Alciat. in tit. de V. S. tom. 2. pag. 1271. num. 10.*

2. Dubiô exiſtente hoc videtur eligendum, quô utrique parti conſulitur, & quod minus eſt oneroſum. *l. 1. ff. ſi quis caution. ibi:* neutri litigatorum. *Alciat. in tit. ff. de offic. ordin. tom. 3. p. 662. num. 116.*

3. In dubiis multa tolerantur, quæ in caſu clarô non permitterentur. *Alciat. ad Tit. de Transact. tom. 3. p. 382. n. 7.* ubi id aliquod exemplis probat.

4. Sententiæ ſeu decreti in dubiô ea eſt facienda interpretatio, quæ in favorem illius, contra quem prolatio facta eſt, declaratur. *Beſold. p. 5. Conſil. 243. n. 42. Menoch. Præſumt. 90. n. 7. lib. 2.*

5. Actus dubius licitò modò celebratus eſſe præſumitur, & ita, ut evitetur delictum. *l. meritò. ff. pro ſociò.* Et ſic cognoſcens virginem præſumitur eam cognoviſſe tanquàm futuram uxorem, & non libidinis causâ, unde, ſi id neget, juramentum purgationis ipſi deferri poteſt. *Dn. Carpzov. p. 1. conſt. 22. def. 4. Magnif. Dn. Præſ. Dec. 8. n. 89. & ſeq.*

6. Ratione dubii eventus lucri & damni contractum licitum eſſe, & firmum probat *And. Gail. 2. Obſ. 8. num. 3. Heig. part. I. quæſt. 27. num. 7. Dn. Carpzov. Reſponſ.*

jur.

jur. tit. 2. Respons. 9. num. 4. etiamsi magna aliqua læsio accidere possit. *Magnif. Dn. Præs. Dec. 99. n. 139. & seq. & inprimis n. 142.*

Et generaliter 7. In dubiis quod minimum est, sequimur: *Alciat. in tit. de V. O. tom. 2. p. 518. num. 14.* Et actus dubius in meliorem partem est accipiendus. *l. cum creditor. 55. ff. de Furt.* Ad quam reg. *vid. omninò Magnif. Dn. Præs. cent. reg. 3.* ubi hanc materiam egregiè illustrat. Et hinc est, quod in dubiò quilibet se honestè & integriter gerere & versari præsumatur. *d. l. meritò. ff. pro soc. c. estote. de reg. jur. c. 1. de scrut. 1. q. 7. sancimus. DD. allegati à Zasio Tom. VI. Consil. II. Lib. 2. num. 19.* It. quod in dubiô semper præsumatur hominem esse bonæ & laudatæ opinionis. *l. cum pater. §. rogo. de Leg. 2. c. licet. de Accusat. Zas. eod. n. 37.* It. quod quis in dubiô non præsumatur eam elegisse viam, per quam intentio sua subvertitur, sed potius eam, per quam magis ei sit provisum. *l. 3. ff. de testament. milit.* It. quòd ea sumenda præsumptio in dubiô, quæ vitio careat, quæ doli & fraudis sit expers. *l. quoties. ff. de reg. jur. l. meritò. ff. pro sociò. Zas. tom. VI. lib. 2. Cons. 1. num. 82.* Et hinc vulgò dicitur, semper meliora præsumi in dubiô. *Conf. l. hæ causæ. ff. de suspect. tut. l. cum creditor. ff. de Furt.*

31. Dudum.

Respondet Adverb. olim, quondam; Sic dudum pro olim ponitur in *l. 14. C. de contrah. empt.* & importat tempus præteritum, præsens & futurum. *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de op. nov. nunciat.* Frequentiùs tamen qualitatem de præteritô ponit, & removet qualitatem de præsenti.

Döring.

Böring. ad Adverb. donec. p. 691. n. 34. & sic dudum pro anteponitur *in l. 23. §. 6. C. de Nupt.* ubi disponitur, quod quis Scenicæ matris filiam, si per rescriptum Principis famæ restituta sit, rectè uxorem ducere possit, (scenicæ enim personæ jure civili infames sunt. *l. 1. ff. de his qui not. infam.*) hodiè autem jure novissimo scenicæ mulieres ad frugem melioris vitæ revertentes etiam sine rescripto Principis cum quibuslibet matrimonium legitimè contrahere possunt. *l. ult. in fin. pr. C. de nupt. Nov. 117. c. 4. arg. c. 20. inter opera. X. de Sponsal. Grot. flor. sparf. GroeneVV. tr. de LL. abrog. ad L. 23. C. de Nupt.* Quomodo amplius adverbium hoc ponatur, *vid. gl. Bal. in l. nec emptio. ff. de contrah. empt. in l. dudum. C. eod.*

32. Dum.

Est adverbium temporis, & conditionem importat. *Alb. de Perg. d. tr. de Præposit. num. 52. Ascan. Clement. de patr. pot. effect. 17. num. 45. & 46. gl. & Bart. in l. si quis ita. ff. de Condit. & Demonstrat. & in l. 4. §. uxores. ff. de Leg. III. l. qui concubinam. eod. Vid. Angel. in Cons. 124.* Idemque ferè significat quod donec, quamdiu, ut vult *Bart. in l. 1. num. 17. ff. de Condit. & Demonstr.* Et sic occurrit *in l. boVes. 89. §. 1. de V. S.* ibi: Hoc sermone, *dum nupta erit, primæ nuptiæ* intelliguntur; Quæ verba sic explicantur, donec seu quamdiu erit nupta, referunturque, ut hic Pomponius ait, ad primas nuptias; Cujus rei hanc arbitratur rationem *Alciat. ad L. hanc. tom. 2. p. 1139. num. 2.* quia eis dissolutis verba cessant, amplius enim nupta non est. Sic & promissio nuptiarum nomine fa-

cta, de primis non etiam de repetitis nuptiis interpretanda. *l. 68. ff. de jur. dot. l. 77. §. 9. ff. de Leg. II. l. 26. §. fin. de Pact. dot. l. 87. ff. pro sociò.* Unde hoc brocardicum fabrefecerunt DD. *Sermo simpliciter prolatus, intelligitur de primâ vice*, i. e. primô atque unô actu consumitur, perficitur, finitur. *Dn. Wisenb. Comment. in tit. de V. S. Disp. 24. thes. 5.* Cujus reg. tamen multas exceptiones dari tradit *Alciat. d. l.*

Sed incidenter hic quæri posset: Cur in hôc Pomponii aliorumq; JCtorum responsis nuptiarum nomine primæ tantùm nuptiæ, non etiam secundæ significentur? Putant nonnulli odiô secundarum nuptiarum id factum, quô etiam quidam veteris Ecclesiæ patres accensi fuêre, ut *Gregorius Nazianzenus* & *Hieronymus*, qui iteratas nuptias *honesta adulteria* vocarunt: Quod tamen ita simpliciter affirmare non ausim. Crediderim id ex qualitate materiæ factum, quæ strictè de primô actu accipi, nec ad alios facilè extendi debuit.

Interdum quoque adverbium *dùm* ponitur pro *quando, si; ut in l. 1. §. item quæsitum. ff. de aqu. quot. & æst. ibi:* dum putat; & simpliciter conditionem importat: Dictiones verò *quando* & *si* quid significent, *vid. Besold. thesaur. pract. voc.* wann. *p. 933.*

33. Dum placuerit.

Hæc dictio beneplacitum importare videtur, & idem ferè significat quod donec placuerit. *Oldrad. Cons. 243. in pr. per text. in l. si quis ita legaverit. ff. de Condit. & Demonstrat.* Nisi ex mente aliter colligatur, puta, si per

alia

alia verba perpetuam necessitatem importantia actum esset. *Oldrad. d. Consil. 243. in fin. Card. Tusch. lit. D. Concl. 809.*

34. Dum tamen.

Est dictio exceptiva ad regulam, ideò excipit casum positum sub hâc dictione. *Angel. Cons. 290. Thema est tale. num. 5. ver. illa ergò dictio. Tusch. lit. D. Concl. 273. & 278.*

35. Dummodò.

Adverbium hoc 1. modum importat. *Gundisſalvus de Villadiego tr. de Legat. quæst. 14. num. 116. Bart. in l. quibus diebus. §. fin. ff. de Condit. & Demonstr. Bertachin. repert. jur. diction. dummodò p. 416.* Et hôc sensu exigit, ut omninò existat illud, cui adjungitur, alioquin actus effectum non sortitur. *Quint. Mandos. de inhibit. q. 30. num. 3. Benevent. Stracha de Mercatur. in tit. Mandat. num. 8.* Ejus etiam natura est, ut implicet terminos oppositos. *Bald. de statut, num. 17.* & explicet casum magis dubitabilem, & implicet casum minus dubitabilem. *Andr. ab Exea de Pact. col. 3. in med. num. 538. Doring. d. l.* Sic clausula: *dummodò non nisi pro quatuor scripserimus*; admodum usitata in curiâ Romanâ, si gratia expectativa concedatur, operatur, ne Ecclesia, in quâ scribitur, oneretur ultrà, ideò licet Papa pro decem scripsisset, si tamen gratiæ evanescunt quôcunque modô, & reducantur ad numerum quatuor, gratia istius erit bona. *Oldrad. Consil. 221. Casus talis est, quidam &c. Card. Tusch. ad Lit. C. Concl. 327.*

2. Conditionem importat, quoties adjectum dispositioni ad qualificandum, ex. gr. Uxorem Dominam & usufructuariam totò vitæ suæ tempore maritus reliquerat, *dummodò* vitam castam & vidualem servaverit. Quod si ad secunda vota transierit, & vitam inhonestam duxerit, propter emphasin dictionis *dummodò*, cecidit ab usufructu, & quos vidua collegit fructus, omnes restituere oportet. *Cavalcan. de usufr. mul. relict. num. 117.*

Sic privilegium concessum occupantibus loca infidelium, *dummodò* fuerint prius Christianorum, restringitur ad conditionem; quia non possunt occupari bona infidelium, quæ non fuerunt Christianorum. *Gemin. Consil. 96. num. 4. ver. quoad secundum. Card. Tusch. Lit. D. Concl. 272.*

Quid operentur secundum stylum curiæ Romanæ clausulæ: *Dummodò eorum dispositio ad nos hâc vice pertineat*; &, *dummodò tempore datæ præsentium non sit alicui jus quæsitum. Vid. Card. Tusch. ad Lit. C. Concl. 328. & sequ. concl. 329.*

Sive verò adverbium hoc modum, sive conditionem importet, specificè est implendum. *Marta p. 1. claus. 34.*

36. Duntaxat.

Dictio hæc taxativa seu exclusiva est, & idem significat, quod: tantùm, tantummodò, solùm, solummodò, non ultra, non amplius &c. ideòque restrictiva est, seu omnem extensionem prohibet, præsertim si affirmativè ponatur; tum enim regulariter omnes alios casus, præter expressos, excludit. *l. si quidem. C. de transact. l. 2. C. de patrib.*

patrib. qui fil. distrah. l. ob æs. C. de præd. min. l. contractus. ff. de R. J. l. contra. ff. de re judicata. l. servi nomine. ff. de usur. Roma. Consil. 512. Quod primum. num. 2. Bart. & DD. communiter in l. 1. ff. si quis jus dic. Franc. Ripa in l. fin. quæst. 41. num. 136. C. de revoc. donat. Meichsner. Decis. Camer. 9. num. 7. lib. 1.

Quæ tamen regula multis modis limitatur; 1. enim non procedit in casibus singularibus, hos enim dictio hæc & similes taxativæ non excludunt. *Vid. Alciat. in tit. Qui admitt. ad bon. poss. tom. III. p. 432. n. 1.* Sic si alicui concedatur jurisdictio cum istâ dictione, vel cum verbo solus, tunc intelliguntur exclusi pares judices, & non majores dignitate. *Döring. hâc dict.* Sic dictio hæc duntaxat seu alia taxativa, posita in statutô, non inducit correctionem alterius statuti, ut, quia unô statutô caveatur, quod pro certô crimine imponatur pœna 100. libb.; & aliô statutô caveatur, quod pro eôdem delictô imponatur pœna IX. libb. duntaxat, tunc posterioris hujus statuti pœna non tollit pœnam alterius. *Bart. in l. 3. §. Titio. ff. de Adim. Legat. Bertachin. repert. jur. dict. hâc p. 416.*

2. Non procedit in casibus similem rationem habentibus cum eô, cui taxativa apposita. *l. ob æs. & ibi gloss. C. de Præd. min. l. ita nobis & gloss. in verb. quinquennii. C. ad L. Jul. de Adult. Tusch. ad Lit. D. Concl. 388.*

3. Non procedit, si taxativa apponatur circa illud, quod est à jure taxatum, tum enim nihil operatur, & pro non positâ habetur. *Bald. Consil. 351. lib. 5. in fin. ubi*: si factum est compromissum cum hoc, quòd arbitri possint pronunciare *de jure tantùm*, nihil operatur, quia hoc inerat. *Tusch. d. l.*

4. Non procedit, si contrarietatis evitandæ gratiâ aliud supplendum sit. *l. contractus 23. ff. de R. J. l. fin. C. de patr. pot. gloss. junct. text. in l. 1. verb. & liberis. C. de bon. poss. cont. tabb.*

5. Non procedit quoad ea, quæ veniunt ex consuetudine. *Ludov. Roma. Consil. 114.*

6. Non procedit, quoad personas hæredum: quia hæres censetur eadem persona cum defunctô; *in autbent. de jurejur. à morien. præst.* Unde non excluditur per taxativas. *Vid. Everbard. in loc. à naturâ dict. taxat. num. 2. & seqq. & ex eô Besold. thesaur. pract. voc.* **Allein.** *p. 34.*

Dictio duntaxat & similes taxativæ, adjectæ pacto illud personale efficiunt, & quod nec ad hæredes transit. *Hartman. Pistor. Obs. 154. num. 24.* ubi tractat illam quæstionem: An pactum de retrovendendô directum transeat ad hæredes? Quâ de re etiam videri potest *Magnif. Dn. Præs. Dec. 83. num. 80. 81.*

Cæterùm si negativè ponantur, positum affirmant, & implicant aliud, de quo erat majus dubium, & minus videbatur inesse; hôc sensu *Paulus in l. cum plures. 12. §. 3. ff. de administr. & peric. tut.* ait: Cùm tutor *non rebus duntaxat*, sed etiam moribus pupilli præponatur &c. *Conf. l. & non tantùm. ff. de petit. hæred. l. & eleganter. §. non solùm. ff. de dol. mal. l. non solùm. ff. de liberat. leg. & l. cum non solùm. C. de bon. quæ liber.*

37. Dupliciter,

Adverbium hoc in jure significat pro utraq; parte, seu prout Azo exponit, pro utròque gradu; & sic occurrit *in l. 2. in fin. ff. de manumiss. testam.* Sic quoque sæpissimè

simè dicitur; dupliciter accipi, intelligi, interponi cautiones, onerari, ut *ex ff.* deducit *Brisson.* Unde est, quod *duplici onere* nemo facilè gravari debeat. *l. Titia 34. §. qui invita 5. ff. de Legat. 2. Tiraquell. de Nobil. c. 20. n. 170. Casp. Klock. de Contribut. concl. 37. Dn. Carpzov. p. 3. c. 28. def. 19. num. 11.* it. quod *duplici afflictione* præter culpam suam nemo sit gravandns. *l. divus. ff. de offic. Præs. Dn. Virgil. Pingitz. q. 55. in fin. Dn. Carpzov. prax. crim. p. 2. q. 55. n. 69.*

38. Durè.

Pro inclementer, immitè. Sic sæpè occurrunt durè constitui, duriùs haberi, damnari, durissimè puniri, ut ex *ll. ff.* deducit *Brisson.* Sic duriùs & remissiùs sibi invicem opponuntur *in l. 11. ff. de Pœn.* Inde & dura lex pro immiti. Quæ an simpliciter servanda judici in pronunciandô, an verò ex æquitate corrigenda, haud immeritò quæri posset? Resp. In omni lege duo consideranda veniunt, verba & mens seu sententia ejus: Aut igitur verborum legis & sententiæ pugna nulla est, sed inter utrumque optimè convenit, tum utique non est judicis corrigere aut emendare, sed sequi debet, quod lege cautum, licet totum perdurum sit. Solius enim Principis seu Majestatis est, inter jus & æquitatem inspicere, & abrogatô jure aliud in ejus locum subrogare, quòd æquitati magis conveniat. *l. 1. C. de LL.* Exemplum habemus *in l. 12. §. 1. qui & à quib. man. lib.* ubi Jurisconsultus ait: *Id quidem esse durum*, quòd mulier adulterii suspecta, ne eum quidem servum manumittere possit, qui extra mininisterium ejus fuit, vel in agro, vel in provincià, *sed legem ita.*

ita esse scriptam. Verùm hanc duritiē mitigarunt & emendarunt Impp. *in l. in adulterii. 32. C. ad L. Jul. de adult. Cujac. lib. 2. feud. tit. 1.* Aut verò, aliud verba legis volunt, aliud mens & sententia, & hoc casu quivis judex majorem justitiæ, æquitatisque, quàm stricti juris rationem habere debet. *l. placuit. 8. C. de judic.* Legum civilium enim applicatio & explicatio pro diversitate circumstantiarum, (quæ, ut vulgò dici solet, variant totum jus) facienda: idque est, quod ajunt JCti: *In causa jus esse positum, ex re jus constitui. l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar. Rittershus. p. 6. exposit. Nov. c. 10. n. 1.* Aliàs si judex generale jus, captatis verbis, & juxta τὸ ῥητόν, omnibus casibus singularibus, non attentâ legislatoris mente, & nullâ circumstantiarum habitâ ratione applicare vellet, utique ex summô jure summa sæpè oriretur injuria. *Vid. Jac. Martini Disput. illustr. cent. 1. disp. 2. quæst. 9. Dn. Wissenb. p. 1. disp. 2.* Hîc quoque repeti possunt ea, quæ de interpretatione ac explicatione dubii in legibus occurrentis suprà diximus *ad Adverb.*

Dubiè.

Lit. E.

ADVERBIUM I.

Eatenus.

VArie hoc Adverbium poni, docent Bart. *ad pr. l. 1. ff. de oper. nov. nunc.* Calvin. *Lex. jurid. voc. Eatenus.* Sæpiùs tamen & quidem (1.) ſumitur pro tamdiu, v. g. uſusfructus EATENVS, i. e. tam diu concedendus eſt uſufructuario, quoad vivit. (2.) pro: ad id, in tantum, So weit/ ſo fern/ ut in *l. 10. ff. de inſtit. act.* ubi quæſtio eſt; an pupillus abſque tutoris auctoritate inſtitorem præponens obligetur, & reſpondetur, quod EATENVS, i. e. ad id vel in tantum teneatur, quatenus ex ea re eſt factus locupletior. Sic etiam uſus eſt hujus adverbii circa beneficium competentiæ, quod habet e. g. maritus in repetitione dotis. *l. un. §. 7. C. de rei uxor. act.* (an etiam extraneus promittens dotem? vid *l.* * *84. ff. de jur. dot.* quam concilia cum *l. 13. ff. eod.*) Socius in actione pro ſocio. *§. 38. Inſt. de Action. l. 63. pr. §. 1. & ſeqq. ff. pro ſoc.* (quamvis fuerit ſocietas particularis ſaltem) * cùm ſocietas jus quodammodo fraternitatis in ſe habeat. *d. l. 63. pr.* & ſimiles perſonæ, quæ ſaltem EATENVS ſeu in id, quod facere poſſunt, condemnantur, i. e. ut con-

demnatæ, quamvis plus debeant, tamen possint retinere ea, quæ ipsis ad sese honestè sustentandas & ad evitandam egestatem sunt necessaria. *l.173.ff. de R.J.l.19.§.1.l.30.ff. de Rejud.* Nobiliss. Dn. Struv. JC. Clariss. Patronus meus honoratiss. *Ex.44. th.18.*

* Qu. (1.) An Nobiles gaudeant beneficio competentiæ? Affirm. Math. Coler. de Process. executiv. *part.2. cap.3.n.120.* Dn. Carpz. *part.1.Const.32.def.16.n.2.* ubi in fin. addit, quod hoc modo à Dnn. Scabin. Lips. in caus. **Wilhelm Bernhards von Hagen/** mens. Maj. anno 1636. fuerit pronunciatum.

* Qu. 2. An hoc privilegium Doctoribus quoque, Licentiatis & Clericis competat? Affirm. Carpz. *d.l. def. 18.* Et ita à laudatis Dnn. Scabin. Lips. mens. Jul. anno 1631. fuit responsum ad requisitionem cujusdam Baronis: **Welches** beneficium competentiæ **denen** Illustribus, **Adels-Personen/** Doctoribus **und** Clericis **nach gemeinen Wahn der Rechts-Gelehrten heutiges Tages/ auch auff Sächs. Boden gleichfals/ und nicht weniger/ als denen Krieges-Leuthen zustehet.** Dn. Carpz. *d.l.* Plura de beneficio competentiæ vid. in Magnif. Dn. Præsidis *Decision. Centuria p.1. Decis.24.*

2. Ecce, En.

Adverbia hæc demonstrationis causa adjici solent, & idem significant (1.) quod vide, aspice. (2.) utimur illis particulis in referendis rebus ex improviso atque repentinè provenientibus, novis atque desiderabilibus, ut excitent aliquam attentionem, uti sæpissimè adhibetur in sacris. ut Esaiæ *cap. 7. vers. 14. cap. 12. vers. 2. Hebr. cap. 10. vers. 7.* Sic etiam in eodem significatu utitur hisce particulis

culis Cicer. *lib. 6. ad Verr.* Ecce tibi nova turba, nova rixa. (2.) adhiberi etiam poteſt particula Ecce in re non nova neque repentina, ut in *l. 1. verſ. ut ecce. ff. quod cujusq; univerſ. nom. l. 2. §. 1. verſ. ut ecce. ſi cum aurifice. ff. Locat. can. 1. pr. diſt. 49. ubi Gratianus. can. 18. cauſ. 24. qu. 3. c. 10. cauſ. 22. qu. 5. c. 6. diſt. 95. c. 5. diſt. 99. c. 4. cauſ. 23. qu. 4.* & pluribus aliis Juris Canonici locis, quos omnes allegare ſuperforaneum ſtatuo. Adde Dn. Arum. *Diſp. ad ff. 13, th. 9. inſ. verb. ecce merces*

3. Efficaciter.

Adverbium hoc deſcendere à nomine efficax, in vulgus notum eſt. Dicitur autem efficax illa res, quæ vires ſuas conſequi vel effectum habere poteſt. Sic Ferret. *de action.* conditionem vocat Efficacem, quæ ſuſpenſam obligationem tenet & actionem differt, inefficacem verò, quæ actionis ortum haud impedit. Eodem modo in *l. 6. C. de Captiv. & poſtlim. reverſ.* dicitur, quod in caſu ibi propoſito Efficaci inſtantia Præſes provinciæ perſonas quaſdam cogere debeat. Ex hoc vocabulo natum quoque eſt nomen: Efficacia: ut in *l. ult. verbb. efficaciam parem conſequi C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ.* Redeo autem ad adverbium Efficaciter, quod idem denotat, ac cũ effectu, & eleganter orationi inſeri poteſt, *vid. l. 61. ff. de hæred. inſt.* v. g. Minor veniã ætatis impetrans, Efficaciter h. e. validè & cum effectu contrahit. (Qu. An minor poſſit cõtra ejuſmodi contractum reſtitui in integrũ? Nego. An verò contra ipſam veniæ impetrationem? Affirmo.) Puberes verò ſine curatorum, quos habent, authoritate Efficaciter non obligantur. *Vide ſupra Adverb. civiliter. Qu. 2. pag. 76.*

4. Egregiè.

Vocula hæc à nomine adjectivo EGREGIUS descendens plerunque usurpatur in describenda laude alicujus personæ vel rei excellentis atque præclaræ. Personæ enim arte aut Marte excellentes, gloriosèq; viventes EGREGIÈ sese gerere dicuntur, atque pro EGREGIIS personis habentur. EGREGIATUS quoque velut certa quædam dignitas in Rep. Rom. temporibus antiquis constituta fuit, ut apparet ex *l. 1. C. Theod. de Murileg.* quam allegat Calvin. *Lex. jurid. verbb. egregiatus dignitas.* Personas verò egregias quod concernit, illarum mentio fit in *l. ad personis. 15. ff. de jurejur.* ubi insimul aliquod privilegium ipsis concessum reperitur, quod sc. ad personas EGREGIAS domum mitti oporteat ad jurandum. Idem de testimonii juramentique præstatione tradunt Dd. ad *c. si qui testium. 8. X. de testibus & attestat.* Quamvis enim regulariter omnes testes in loco judicii comparere & ibi testimonium ferre teneantur. *arg. l. 3. §. 3. ff. de testib.* Marant. *p. 6. tit. de product. test. n. 6.* Dn. Ungep. *ad Decretal. tit. de testib. & attestat. n. 25.* Dn. Struv. *Ex. 28. th. 43.*
* EGREGIÆ tamen personæ, (quibus quoad hunc casum adde fæminas & matronas honestiores, quæ propter honestatem vitæ se viris extraneis monstrare aut illorum cætibus se immiscere non consueverunt. *Nov. 124. c. 1. c. mulieres. 2. de judic. in 6. l. 21. C. de Procur.* Sichard. *ad l. 12. §. 5. C. de R. C.*) non teneantur in locum judicii venire, ut ibi deponant, sed ad illas vel ipse judex accedere, vel personam discretam, ut Notarium, Secretarium, aut Actuarium judicii ablegare, ut ab illis solitum testium juramentum ipsamque testificationem recipiant. Marant. *d. l.* Gail.

lib. 2.

lib. 1. obs. 96. Mynſ. *cent. 3. obſ. 40.* Zæſius ad Decretal. *tit. de teſtib. & atteſt. n. 17.* Dn. Ungep. *d. l. n. 27.* Magnif. Dn. Richter, JC. undiquaque famigeratiſſimus, Patronus meus plusquam filiali cultu devenerandus *in Prælectionibus ſuis publ. ad Decretal. d. tit. de teſtib. & atteſt. c. 8.* & *ad Auth. ſed judex. C. de Epiſcop. & Cleris.* Et quamvis in Electoratu Saxon. EGREGIÆ & illuſtres perſonæ compareant in loco judicii, tamen ſpecialiter illis indultum eſt, quod in loco publico jurare non teneantur, ſed privatim in conclavi quodam. *Vid. Ordin. Proceſſ. judic. Sereniſſ. Elect. Saxon. tit. 18. §. ult. verbb.* **Alle Eyde / welche von unſern** Appellation-**Räthen erkandt und aufferleget / ſollen vor unſern zur Regierung verordneten Räthen in den Raths-Stuben / ſonſten aber iedes Orths Herbringen nach / iedoch von denen** illuſtribus perſonis, **darunter wir auch Grafen und Freyherren verſtanden haben wollen / bey unſern Hoffgerichten nicht** in publico, **ſondern in den** Audienz-**Stuben geleiſtet werden.**

Qu. 1. Quæ ſint & dicantur EGREGIÆ perſonæ? * Hoc explicant gloſſ. & Dd. *ad d. l. 15. verbb. perſonas egregias. ff. de jurejur.* Per perſonas nimirum EGREGIAS intelligi Perſonas illuſtres, Nobiles, Magiſtratus majores, Perſonas Eccleſiaſticas, Epiſcopos, Clericos & Sacerdotes (quamvis etiam jurare teneantur. *Nov. 137. c. 2. c. cæterum 5. & c. ult. X. de juram. calumn.* Virgil. Pingiz. *quæſt. Sax. 35.* Dn. Carpz. *part. 1. conſt. 16. def. 69. & Deciſ. 77.* Dn. Ungepaur *ad d. tit. n. 12.* Dn. Richter *part. 3. conſil. 31. n. 158.* Dn. Struv. *Exerc. 17. th. 17. & in prælection. public. ad Cod. tit. de Epiſcop. & Cleric. quæſt. 2.* Dn. Brunnemann. *ad Auth. ſed judex, C. d. t.* Et hoc modo menſ. Maj. anno 1608. pro- *

nunciatum fuit à Dnn. JCtis Jenens. **deß Zeugen Eydes sind Bischoffe/ Pfarherren und andere Geistliche Personen nicht befreyet/** &c. Magnif. Dn. Richter *d. l.* Concilia cum hac opinione & textibus alleg. *c. 1. & 2. X. de juram. calumn. can. in novo. 3. caus. 22. quæst. 1. & d. Auth. sed judex. in fin.*) Doctores & Professores. *Vid. l. 7. & subjectam d. Auth. sed judex. C. de Episcop. & Cler. Nov. 123. c. 7. Nov. 137. c. 2.* Myns. *add. c. si qui testium. 8. n. 5. & seqq. ibique* Canisius *n. 3.* Donell. *lib. 24 Comment. jur. civil. cap. 14.* Specul. *de test. n. 4.* Magnif. Dn. Richter *in jam laudatis prælect. publ. quibus unà cum multis me egregiè informare voluit. d. c. 8. &*
* *part. 4. consil. 42. n. 388. & seq.* Qu. 2. An hoc privilegium EGREGIIS personis concessũ locũ quoq; habeat in causis criminalibus? Neg. Cùm enim ibi majus vertatur periculum, neque de glande legenda, vel de pecore pascendo, neque de corio, ut ajunt, bovis, nec de tritico aut oleo legato, sed de capite, vita, fortuna & existimatione hominis agatur, quibus rebus in orbe terrarum nihil est pretiosius. Jul. Clarus *recept. sentent. lib. 5. §. fin. in præfat.* Magnif. Dn. Richter *in novissimo atq; egregio suo consiliorum opere part. 5 consil. 8. n. 28.* ideò testes in judicio sunt examinandi, neq; alteri examen hoc commiti à judice debet. *Nov. 90. c. 5. in fin. Auth. ad eloquentiss. C. de fide instrum. add. can. testes 15. caus. 3. qu. 9.* Myns. *d. cent. 3. obs. 40. in med.* Dn. Ungep. *d. t. de testib. & attestat. n. 27.* Gail. *lib. 1. obs. 90. n. 10.* ubi dissentientis *Baldi* opinionem allegans refert, quod Camera Imp. in causis fractæ pacis publicæ sententiam Baldi sequatur, & commissiones ad examinandos testes decernere soleat. Quod rectè admitti potest, etiam in aliis causis, si nullus alius appareat modus, quô delinquẽs aliàs

alias puniri possit. Reip. enim interest, ne delicta maneant impunita. *l. 51. §. 1. vers. Quod si quis. ff. ad L. Aquil. l. 14. C. de pœnis.*

Qu. 3. An in foro Sax. illustris & EGREGIA persona Sereniss. Domui Saxon. non subjecta per procuratorem jurare possit? Affirm. Quò melius autem hæc quæstio intelligatur, sciendum est, quod jure Civil. & Canon. juramentum à Procuratore vel defensore præstitum domino prosit, ut constat ex *l. 9. §. 6. l. ult. §. 2. ff. de jurjur. c. in pertractandis 3. & c. ult. X. de juram calumn. c. ult. eod. in 6.* Wesenb. *tit. de jurejur. n. 9. ibiq;* Dn. Hahn. *in Not.* Dn. Struv. *Ex. 17. th. 17.* Hinc moribus receptum, ut loco domini procurator speciale mandatum habens juramentum possit præstare vel in animam mandantis seu principalis jurare, **in seines Principalen Seele schwehren.** Dn. Struv. *d. l.* Setser. *de juram. cap. 14.* Rauchb. *p. 1. qu. 8. n. 11.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. cap. 20. n. 1.* Jure verô Saxon. hoc plane immutatum esse apparet ex text. in **Landrecht.** *lib. 1. art. 46. vers.* **Wo es aber.** **Rothschütz** Procesf. Jur. art. 11. §. **und so also.** verbis: **Und dieser Eyd mag durch einen Anwalden / so der auch einen besondern Befehl hätte / nicht gethan / sondern muß von dem Beklagten in eigener Person verführet werden / nach dem der Sachß bey dem Eyde allezeit dieses Wort (selbst) gebrauchet / das die Person des Principals bezeigt.** Addatur *Ordin. Processf. judic. Elector. Sax. tit. 18. §.* **Es soll auch ein ieder.** Rauchbar. *th. qu. 8. n. 15.* Dn. Carpz. *part. 1. const. 12. def. 39. & const. 24. def. 11. n. 4.* Schneidevv. *in Comm. ad Inst. tit. de Action. §. item si quis. 18. n. 106. & seq.* ubi tradit: **Daß ein solch** Statut **an denen Hoffgerichten der Chur- und Fürsten von Sachsen**

sey/ daß nicht der Anwald / sondern der Sachwalder selbst eigener Person/ mit seiner selbst Hand/ut loquitur Schneidevv. den Eyd leisten muß. Quæritur nunc: an sub hac generali prohibitione etiam personæ illustres comprehendantur? Affirmat quidem hoc indistinctè Dn. Carpz. *d. def. 39. n. 4.* Contra *Moller.* & *Rauchbar. ibi all.* ut & Wesenb. *in addition. ad Schneidevv. d. n. 107. lit. e.* quod sc. illustres personæ per procuratores jurare nequeant, puto tamen hanc generalem egregii illius JCti assertionem forsan restringi debere ad illustres personas Sereniss. Domui Saxon. subjectas, nullatenus verò ad alias extendi, cum Serenissi: Elect. Sax. *in d. ordin. Process. judic. tit. 18.* mens non fuerit, omnes indistinctè illustres & EGREGIAS personas sive sibi subditas sive non sanctione sua adstringere. Nulli etenim privato, multò minus Principi privilegium vel jus suum quæsitum ne quidem ab Imperatore auferri potest, per vulgata. Dn. Richter *part. 1. cons. 60. n. 14. & 15.* Manet ergo verùm, quod non obstante prædictâ sanctione Electorali persona illustris Sereniss. Electori Saxon. non subjecta, in ipsius tamen judiciis causas agens, juramentum per procuratorem præstare possit, quamvis altera litigantium pars etiam illustris fuerit. Et hoc modo in causa Herrn Ottonis Fürsten zu Braunschweig und Lüneburg/ eines/ und derer Herren Grafen von Schwartzburg/ anders Theils à JCtis Jenens. Mens. Aug. anno 1590. responsum fuit hisce formalibus: Daß Hochgedachter euer Gnädiger Fürst und Herr Herzog von Braunschweig als ein Fürst des Reichs persönlich den Eyd zu leisten nicht mag angehalten werden/ sondern es seynd die Herren Gegener ihres Vorwendens ungehindert den Eyd/ so Ihre

Fürstl.

Fürstl. Gnaden vor dem Richter durch Euch/ als deßhalben seinen vollmächtigen Anwaldt in Ihr Fürstl. Gnaden Seel schwehren zu lassen erbietig / dießfals anzunehmen / und sich damit begnügen zu lassen schuldig. V. R. W. Magnific. Dn. Richter. *d. l. n. 27. in fin.*

5. Electivè.

Adverbii hujus maximus est usus in concursu actionum. Quoties enim plures concurrant, toties quæstio est, an concurrant *cumulativè*, an ELECTIVE Unde etiam ipse concursus *cumulativus* vel ELECTIVVS appellatur, quamvis hic posterior concursus non placeat Hilligero *ad Donell. lib. 21. c. 3.* Vide Godefr. Fibigius *Tr. concurs. action. sect. 3. n. 1. & seqq.* Dn. Strauch. *dissert. 23. th. 9.* Prioris concursus iterum duplex est natura, cum sit vel *succedaneus*, quo actionum alterâ in judicium deductâ, altera nihilominus superest, nec per illam in judicium deductam consumitur, cujus exempla sunt in *l. 43. l. 45. ff. pro soc. l. 130. ff. de R. Jur. §. ult. Inst. si quadrup. pauper. feciss. dic. l. 18. l. 32. l. 34. ff. de O. & A. l. 7. §. 1. ff. de condict. furt. l. 10. ff. de Act. emt. §. 8. Inst. de obligat. quæ ex del. nasc. Vid. supra adverb. civiliter. qu. 3. fol. 76.* Obstant variæ leges atque textus juris, quos vid. apud Dn. Struv. *Ex. 46. th. 91.* vel *simultaneus*, qui est actionum compatibilium in uno judicio simul & uno libello conjungendarum coacervata editio. Exempla reperies in *l. 34. pr. ff. de O. & A. l. 1. ff. arbor. furt. cæsar l. 2. §. pen. ff. de privat. delict. l. 5. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Obstare videntur *l. 57. de R. J. §. 14. Inst. de Action.* Posterior verò actionum concursus ELECTIVVS nimirum est, quando plures quidem actiones concurrunt, una tamen instituta & exercita cæteras consumit, ut in *l.*

43. ff. de R. J. l. 27. §. 11. ff. ad L. Aquil. l. 38. §. 1. l. 50. ff. pro soc. l. 14. §. 13. ff. quod met. caus. l. 25. §. 5. l. 43. ff. Locat. l. 34. ff. de O. & A. l. 9. §. 1. de tribut. act. l. ult. C. de Codicill. Actor itaq; hoc casu unam ex pluribus concurrentibus actionibus ELIGENS; illamque per litis contestationem (non demum per sententiam, ita, ut ante hanc integrum sit variare & ad alteram ingredi. Dissent. *Donell.*) in judicium deducens cæteris renunciasse censetur, ut ad alias deinde regressus haud pateat, quod tamen non est perpetuum. Vid. latè Dominic. Cardin. Tusch. *Pract. conclus. tom. 3. concl. 105.* Concurrunt autem ELECTIVè actiones, quæ ex eadem causa oriuntur, & idem persequuntur. *Cumulativè* verò, quæ vel ex pluribus & diversis causis proveniunt, vel ad diversos tendunt fines: add. Dn. Struv. *d. l. th. 19. & seqq.* Dn. Strauch. *dissert. 23. th. 10. & seqq.* Cæterum occasione hujus materiæ, Qu. An actio recantatoria seu ad palinodiam auff einen öffentlichen Wiederruff/ & actio injuriarum, quâ injuria illata æstimatur, concurrant cumulativè an ELECTIVè? Prius affirmo ex fundamento supra deducto, quod sc. hæ actiones tendant ad diversa. Recantatoriam enim actionem, contra Farant. *part. 4. dist. 1. n. 10. & seqq.* non pœnalem, sed rei, famæ sc. persecutoriam, injuriarum verò sine dubio pœnalem esse putamus. Cùm itaque illa persequamur famam ab injuriante nobis ademtam, hâc verò ipsam pœnam (Actor quippe petit. Daß in Rechten zu erkennen und außzusprechen/ daß Beklagten nicht gebühre / Klägern also eh renrührig zu beschmitzen/ derowegen er dasselbe mit einem öffentlichen Widerruffe zuvergelten schuldig; in quo nulla continetur pœna. vel cumulativè ita: Daß Beklag-

ter

ter zuförderst umb zu Erlangung Klägers seines ehrlichen Nahmens vor Gerichte einen offentlichen Wiederruff zu thun/ und darüber die libellirte Summa Geldes Klägern zu entrichten schuldig.) ideò *Cumulativè* non ELECTIVÈ prædictas actiones concurrere iterum iterumque statuimus nec rationibus nec Dd. authoritatibus viduati. Videantur interim JCti & Practici maximi nominis: Gail. *lib.1.obs.95.n.2. & seqq.* Mynsing. *cent.2. observ.98.* Althus. *Dicæolog. lib.3, cap.20.n.9.* Wurmser *pract. observ. tit.47.obs. 8.in fin.* Treutl. *vol.2. disp.30.th. ult. lit. A. ibiq.* Reinhard. Bachov. *pag.1126.* Gerhard.decad. 17. qu.10. Dn.Franzk. *Exerc. Justin. 12.qu.8.n.8.* Dn.Riemer. *decad.12.qu.ult.* Berlich. *pract. conclus. part.4. concl.62.n.13.* Finckelthaus *obs. 40.* Magnif.Dn.Richter. *cent. regul. juris regul.2.n.42. & multis seqq.* Perez *ad C. tit. de injur. n.22.* Mævius *ad jus Lubec. lib.4. tit. 4. art. 16. n.8. & seqq.* Dn. Hahn. *ad Wesenb. tit. de injur. & famos. libell. n. 18. fol.968. & seqq.* Dn. Struv. *Ex.48. th.60.* Dn.Strauch. *Dissert.19.th. 15.* Et hoc modo in plurimis judiciis, Collegiis, Facultatibus & Curiis judicatum fuit, ut in *supremo Camerali judicio*, teste Gail. *d.l.* & specialiter *in causa* Bernhards Oeler/ *contra Sebastian* Guldlinger/ *item in causa* Horst *contra Bamann anno 1549.* attestante Myns. *d.l.* in *curiis Electoratus Saxon.* Dn.Carpz. *p.4. const.42. def. ult.n.12.* Facultatib. Juridicis *Wittebergens. & Lipsiens.* uti ex Protocoll. Schmuccii refert Dn.Strauch. *d.l.* *Jenensibus*, teste Dn. Richtero *d.l.* & inter alia in specie *Mens. Octobr. anno 1621.* Es ist euch auff einen Wiederruff und auff eine gewisse Summa Geldes/ so euch wegen der angeschlagenen injurien zu entrichten/ so wol uff Erstattung der Gerichts und anderen

 ex-

expensen zugleich zu klagen in Rechten vergönnet / & denique *Helmstadienses*, perhibente Dn. Hahn. *d. l.* inter alia in responso Senatui Hannover. mens. Decemb. anno 1610. dato, verbb. Sondern Er (Beklagter) zuviel und Unrecht gethan / darümb auch ihme (Klägern) einen Gerichtlichen Wiederruff zu thun / und ein Hundert Gülden Straff / inmassen dieselbe dahin zu moderiren, zu erlegen / und zu entrichten schuldig / und darzu / wie auch die in dieser Wegen angewandte Gerichts-Kosten / Klägern auff richterliche Mässigung zu erstatten / zu condemniren, und zu verurtheilen sey. Dissentit Dn. Carpz. *dict. def. ult.* (cujus opinio peculiari rescripto Sereniss. Elect. Sax. Joh. Georg. I. laudatiss. memor. confirmata in Electoratu Sax. prævalet) non ex hac, quod actio ad palinodiam sit pœnalis, sed ex aliis rationibus, ad quas latè & solidè respondet Magnif. Dn. Richter *d. regul. 2. n. 42. & seqq.* Plura vid. supra adverbio *Cumulativè*.

6. Eleganter.

Vocula hæc eandem habet significationem cum hisce: Politè, bellè, convenienter. Sic Cic. *lib. 4. Acad.* dixit: ELEGANTER disputare. & JCtus Ulpian. *in l. 24. ff. de pign. act.* dicit: ELEGANTER apud me quæsitum est. item *in l. 7 ff. de dolo*: & ELEGANTER Pomponius excipit. *l. 23. pr. ff. de condict. indeb.* ELEGANTER Pomponius quærit.

7. Enixè.

Adverbium hoc ab enitendo i. e. allaborando, instanter conando, dictum idem denotat, ac studiò & cum magno conatu. Usi fuerunt hac particula non tantùm Classici Authores & Comici, ut *Cicer. pro Sestio*: Meam

cau-

causam boni omnes ENIxè susceperant. *Plaut. in Trin.* Tibi relinqui ob eam rem ENIxè petò; sed etiam JCti. Hi enim firmam & constantem alicujus voluntatem exprimere volentes dicunt: quod v.g. testator hoc ENIxè i. e. constanter, certissimè & indubitatè voluerit, seu, quod hæc fuerit ENIXA testatoris voluntas, prout pluribus apparebit ex quæstionibus seqq. vid. inter ea elegās textus in *l. 77. §. filius matrem. 23. ff. de legat. 2.* ubi dicitur: ENIXÆ voluntatis preces. Qu. 1. An Feudum, quod dicitur ex pacto, & providentia, sine consensu illorum, quorum interest, legari possit? Neg. *1. Feud. 8. in fin. princ.* quia Feudi alienatio omninò est prohibita. *2. Feud. 52. & 55.* Dn. Richter. *p. 1. decis. 25. n. 1.* Schneidevv. *de feud. part 6. cap. 1. n. 2.* adeò ut nec æstimatio ejus debeatur. Dn. Richter. *d. l. n. 6.* Dissentire videtur Bach. *ad Treutl. vol. 2. disp. 13. th. 5. lit. G.* Limitatur tamen inter alia, si ENIxè i. e. constanter & expresse id voluerit testator, quo casu à successore allodiali æstimatio feudi legati est præstanda. Dn. Richter *d. l. n. 7.* Schnobel. *Disp. ad ff. 17. th. 12. verbb. si tamen cum enixâ voluntate &c.* add. Schrader *de feud. part. 7. cap. 2. n. 9.* Vultej. *lib. 1. c. 9. n 159.* Schultz. *synops. feudal. c. 11. n. 25.* Dn. Struv. *Synt. Feudal. cap. 9. aph. 12. pag. 345* ENIXAE enim voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectæ videntur, uti dicitur in *d. l. 77. §. filius matrem. 23.* Qu. 2. An mulier pro aliis efficaciter intercedere possit? Neg. *vid. t. t. ff. & C. ad SC. Vellej.* Limit: si ENIxè id voluerit mulier, quod ex hoc apparet, si intercessionem semel factam post biennium repetat. *l. 22. C. d. t.* reiteratio enim diversis temporibus facta animum certum & ENIXAM deliberatamque voluntatem demonstrat,

 ut lo-

ut loquuntur Magnif. Dn. Richter. *p. 1. conſ. 21. n. 53.* Georg. Mundius *vol. 1. Conſil. 27. n. 84. & 173.* (quæ tamen reiteratio ſaltem effectum habet, ſi pro perſonis extraneis, non verò ſi pro marito interceſſerit. *Nov. 134. c. 8. Auth. ſi qua mulier. C. d. t. ibique* Dn. Brunnemann *in Commentar.*) vel de beneficio ſuo certiorata SCto Vellejano renunciet (quod facere poteſt propter *l. pen. C. de Pact. l. 41. ff. de Minor.* Quamvis autem Gail. *lib. 2. obſ. 72. n. 1.* ex ibi alleg. tradat, quod totus mundus hanc opinionem ſervet, tamen diſſentit inter alios Dn. Arum. *Diſp. ad ff. 12. th. 7.*) Vid. Gail *all. loco.* Magnif. Dn. Richter *p. 1. conſil. 33. n. 95.* Georg. Mundius *vol. 2. conſil. 10. n. 66. & 68.* etiam non juratò & extrajudicialiter. Dn. Hahn. *ad Weſenb. d. t. n. 9.* Dn. Struv. *Ex. 21. th. 10.* Diſſent. Weſenb. *parat. ff. d. t. n. 9.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. diſp. 25. th. 4. lit. E. & F.* In Electoratu verò Saxoniæ neceſſariò renunciationi & quid. judiciali, quæ requiritur, accedere debet juramentum, prout à *Sereniſſ. Elect. Saxon. Joh. Georg. II. Domino meo Clementisſimo* decïſum per *noviſſimam Deciſ. 25. verbb.* So ordnen/ſetzen und wollen wir/ daß hinfüro die renunciationes, Verzichte und dergleichen von denen Weibes-Perſonen/ ſo ſie ratione dotis & donationis propter nuptias vel dotalitii vor ihre Männer leiſten/ anderer Geſtalt nicht/ als durch einen Cörperlichen Eyd mit denen Worten: So waar mir GOTT helffe und ſein Heiliges Wort: gerichtlichen/ und zwar auff vorgehende genugſame Erinnerung und certioration, waß ihre Verzicht und weibliche Gerechtigkeit/ und das beneficium SCti Vellejani in ſich habe/ und wie es verſtanden werde/ in Beyſeyn ihrer Kriegiſchen Vormunden/ nebenſt gebührlicher Verwarnung geſchehen/ und anders

anders nicht gehalten werden solle. Sed quid faciunt hæc ad nostrum adverbium *enixè*? Hoc, quod mulier regulariter non obligetur, nisi reiteratio intercessionis & debita renunciatio fiat, cujus ratio nulla alia reddi potest, quam quod appareat, quod mulieres edoctæ renunciantes & post biennium intercessionem factam repetentes ENIXÈ voluerint intercedere, seu quod illarum ENIXA & constans fuerit voluntas sese obligandi, ut colligere est ex *d. l. 22. C. ad SC. Vellejan.*

8. Enormiter.

Hoc adverbum idem denotat ac immodice, nimis, magnumque in jure nostro sibi vendicat usum. Sic inter alia adhibetur in *c. dilecti. 8. X. de decim.* ubi dicitur, quod fratres ENORMITER i.e. nimium quantum & immodicè fuerint gravati. Item ENORMITER dicitur læsus, qui circumscriptus est ultra dimidium veri pretii, *vid. l. 2. C. de rescind. vend. l. 8. C. eod.* unde & ipsa læsio ENORMIS dicitur, cujus tollendæ totiusque contractus, ubi intervenit, rescindendi causa datur beneficium *d. l. 2. C. de rescind. vendit.* Dn. Carpz. *ad Const. Elect. Sax. p. 2. const. 34. def. 6. n. 1.* Dn. Richter *part. 1. consil. 25. n. 12.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 63.* Hahn. *ad Wesenb. tit. ff. de Resc. vend. n. 6.* Dn. Struv. *Ex. 23. th. 86.* Sed quomodo probanda erit hæc læsio? * Dd. communiter statuunt, quod probari debeat rei, in qua quis læsus est, qualitas ex communi hominum opinione, non ex privato affectu. *l. 63. ad L. Falcid.*, per testes & peritos rerum æstimatores, inspecta consuetudine loci & ratione temporis habita, ubi & quando contrahitur. Oldendorp. *class. 4. act. 1. n. 7.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 30. def. 2. n. 4.* Dn. Carpz. *ad d. Constit. 34. def. 6.* Magnif. Dn.

Richter.

Richter. *part.2. decis.99.n.152. & part.2. consil. 24. n. 11.* Dn. Struv. *d.l. th.87.* aliquando etiam per juramentum, quamvis actor nihil probaverit, Dn. Richter *d. l. n. 156. & seqq.*
* quod quotidie practicatur teste Colero *part.3. decis. 122. n. 2.* Cæterum circa hujus læsionis probationem addere lubet consilium, quod venditori exhibet Donell. *ad d. l. 2. C. de resc. vendit.* Si nimirum ille contractum rescissurus veram æstimationem tempore contractus (quod hoc casu inspiciendum. Ant. Fab. *d.l. def.9.*) usitatam probare non possit nec audeat, tunc probare debeat præsentem rei, de qua lis vertitur æstimationem, & dicat rem istam non fuisse immutatam ex eo tempore, quo vendita est; Si autem res non est immutata, tunc & æstimatio eadem censetur olim fuisse, sc. tempore contractus, quæ nunc est. Mutatio enim non præsumitur. *l. 22. ff. de probat. arg. l.27. C. de testam. l.5. §. 1. ff. qui satisd. cog.* Menoch. *cons. 1. n.121. & cons.100.n.82.* Roland. à Valle *lib.1. cons.77.n.32.* sed potius præsumtio est sumenda à præterito ad præsens & futurum, ut quod olim fuit, hodie censeatur esse. Magnif. Dn. Richter *part.3. consil.31. n. 3.* & vice versa quod hodie est, etiam olim fuisse credatur, cùm ex præsenti rectè sumatur præsumtio in præteritum. *gloss. Bald. & alij Dd. ad L. ex persona 3. verbb. Ostenderitis, C. de probat. & ad L. si qui 34. C. ad L. Jul. de adult.* Arnold. de Reyger *in Thesaur. jur. voc. tempus. n. 50.* Si igitur emtor contrarium dicat, mutatam sc. esse rem, ejusque æstimationem, id contra venditorem, pro quo militat præsumtio, probare debet, potestque hoc modo actor onus probandi in reum transferre. Dn. Richter *laudat. decis.99.n.64. & seqq.*

* Qu. 1. An emtor ENORMITER læsus ad rescindendam

dendam venditionem uti possit beneficio hujus *l. 2. C. de resc. vendit.*? Affirm. Quamvis enim *d. l. 2.* tantùm loquatur de venditore, (an etiam de illo, qui verum pretium scivit, & tamen vendidit minoris? Distinguo: An vendiderit ex summâ necessitate, an non. Dn. Brunnem. *ad d. l. 2.*) tamen ob eandem humanitatis rationem rectè ad emtorem ejusq; hæredem extendi potest, cùm aliàs in correlativis idem jus statui debeat, *arg. l. 41. ff. de R. J. l. 22. §. pen. de recept. arbitr.* atque emtor verum rei pretium probabilius ignoret, & tàm indigeat re, quàm venditor pretio. Vid. gloss. *ad d. l. 2.* ibiq; Dn. Arum. *Disp. 2. th 78.* Oldendorp. *class. 4. act. 1. n. 7.* Zœsius *in Comm. ad ff. tit. de resc. vend. n. 5.* Scotan. *Disp. 37. th. 5.* Dn. Carpz. *ad d. const. 34. def. 8.* Magnif. Dn. Richter *d. decis. 99. n. 31. & 39. & part. 2. consil. 24. n. 8.* Dn. Struv. *Ex. 23. th. 86.* Dn. Strauch *diss. 15. th. 17. ibiq;* Nobiliss. Dn. Schröter / JCtus & P. P. Patronus meus venerandus, *in prælectionibus suis publicis.* Dn. Hahn *ad Wesenb. tit. de rescind. vendit. n. 6.* Dn. Brunnemann *in Commentar. ad C. d. l. 2.* Et hoc modo pronunciarunt Dnn. Scabini Lipsiens. *mens. Novemb. anno 1633. mens. Septembr. anno 1629.* & Dn. JCti Jenens. *mens. April. anno 1661.* ad requisitionem J. H. Dörris zu Hildesheim: Dennoch aber und dieweil der gemeinen Rechtslehrer Meinung nach das beneficium *l. 2. C. de resc. vend.* auch dem emtori ex eâdem humanitatis ratione zu statten kömt. *d. l. 2. verbb. humanum est.* Ant. Gabriel *tr. de Emt. vend. concl. 1. ampliat. 13.* Vinc. de Franchis *decis. 25. n. 243.* August. Barbosa *in d. l. 2. n. 3.* und nicht allein dem Kauffer selbsten / sondern auch dessen Erben solches remedium und action anstellen mögen ꝛc.

Dissentit ab hàc communiter receptâ opinione Jacob Cujac. *lib. 1. obs. 18. & lib. 23. obs. 32.* Anton. Faber *part. 1. de error. pragm. decad. 8. error. 7.* & novissimè Emund. Merill. *lib. 2. variant.* ex Cujac. *c. 5. & lib. 6. c. 6.*

* Qu. 2. An non solùm in emtione venditione, sed & aliis negotiis & contractibus bonæ fidei, quibus utrinq; æquivalens præstandum, ENORMITER læsi gaudeant beneficio *d. l. 2.* Aff. v. g. in locatione conduct. permutatione, dotis ac dotalitii constitutione, divisione, solutionibus & quietantiis, dationibus in solutum, & similibus. Donell. Gyphan. *ad d. l. 2. ibidemq;* Pinell. *p. 1. c. 3. & 4.* Arum. *Disput. 3. th. 17.* Dn. Carpz. *d. const. 34. def. 10. & seqq.* Magnif. Dn. Richter *d. decis. 99. n. 40. & seqq. & part. 1. consil. 25. n. 38.* Geil. *lib. 2. obser. 70. n. 1.* Hartm. Pist. *Obs. 104.* Georg. Mund. *vol. 1. consil. 1. n. 149.* Dn. Hahn *in Not. ad Wesenbec. d. t. n. 6. p. 1026.* Dn. Struv. *Ex. 23. th. 93.* Dn. Strauch. *d. th. 17. ibiq;* Dn. Schröter *in laudat. prælect. public.* Schnobel *Disp. ad ff. 11. th. 13.*

* Q. 3. An ENORMITER læsus in contractibus stricti juris à beneficio *d. l. 2.* excludatur? Neg. propter eandem humanitatis rationem, quæ supra *quæst. 1.* adducebatur. Omnibus enim in rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisque, quàm stricti juris rationem expresse constat ex *l. 8. C. de judic. add. l. 4. C. de O. & A. l. 36. de V. O.* Bald. & Dd. communiter *ad d. l. 2.* Gail. *d. obs. 70. num. 1.* Dn. Richter *part. 2. cons. 34. n. 52.* Dn. Struv. *d. Ex. 23. th. 94.* Et hoc modo in puncto mutui responsum refert Dn. Richter / Vir de Republ. longè meritissimus *d. l.* Es ist zwar nicht unbekandt / daß Pinell. *part. 1. c. 3. n. 7.* dafür hält / quod beneficium *l. 2. C. de rescind. vend.* in contractu mutui

tui

tui nicht statt habe / es seind aber die von ihm angeführten rationes keiner Erheblichkeit / in deme die æquität in diesem contractu nicht weniger als in andern / so auch stricti juris, militiret. Ingleichen befindet sich allhier die conventio commutativa, invicem hic aliquid datur, aliquid recipitur, dannenhero Cagnolus einer wiedrigen Meinung / es sey auch darumb beschaffen/wie es wolle / so würde doch auff allen Fall ita ENORMITER læso per officium judicis succurriret werden müssen. Dissent. Fachin. *lib. 2. controverf. 22.* Dn. Hahn *in Not. ad Wesenb. d. t. pag. 1026.* Dn. Brunnemann *ad d. l. 2.*

Q. 4. An transigens ENORMITER læsus possit rescissionem transactionis petere? Aff. *per l. 5. vers. sanè si læsa. C. de dolo. l. 36. ff. de V. O. l. 65. §. 1. vers. sin autem evidens. ff. de condict. indeb.* Bartol. *ad dict. l. 2. C. de resc. vend. & d. l. 36. de V. O.* Decius *cons. 61. num. 4.* Wesenbec. *parat. ff. de transaction. n. ult. circ. fin.* Berlich. *pract. conclus. part. 2. concl. 42.* Dn. Carpz. *ad d. const. 34. def. 1.* Dn. Richter *d. decis. 99. n. 54. & part. 2. consil. 41. n. 44.* Dn. Struv. *Ex. 6. th. 77.* Dissentit Gail. *lib. 2. observ. 79. n. 12.* ubi refert, quod negativam hanc opinionem Camera Imper. aliquoties secuta sit, quem sequitur Dn. Hahn *ad Wesenb. d. t. pag. 435.* Alii distingvunt, an excessus ultra dimidium sit magnus, an verò modicus, ita ut priori casu admittatur rescissio transactionis; non verò posteriori. Vid. Gail. *d. l. num. 15.* Mynsing. *centur. 5. obs. 59. n. 7. & 8.* Quicquid tamen hujus sit, affirmativam ab initio hujus quæstionis allatam & ab *Elector. Saxon. part. 2. constit. 34.* confirmatam hodiè magis receptam esse, docent allegati magni nominis

Dd. illam variis præjudiciis confirmantes. Limitatur tamen prædicta opinio (1.) si quis sciens læsionem transegerit. *vid. d. constit. 34. verbb.* **es wäre dann/ daß auch** super ipsâ læsione **wissentlich** transigiret / **in welchem Fall solches** remedium **nicht statt haben soll.** (2) si transactio authoritate magistratus fuerit facta vel confirmata. (3.) si ex intervallo à transigente ENORMITER læso fuerit ratificata. (4.) si à partibus in specie beneficio *d. l. 2.* fuerit renunciatum. Dn. Carpz. *ad d. const. 34. def. 2. & 4.* Magnif. Dn. **Richter** *d. decis. 99. n. 55. & seqq. & d. consil. 41. n. 56. 62. & 64.* Hartmann Pistor. *lib. 1. quæst. 23. num. 3.* Dn. Struv. *Exerc. 23. th. 89.*

* Q. 5. Quænam actio tribuatur ENORMITER læso? Actionem emti (habitâ ratione contractus, ex quo læsio provenit) competere communiter statuunt, (1) citra rescissionem contractus, ut ipsi v. g. venditori justum suppleatur pretium, aut si læsus fuerit emtor, id, quod excedit justum pretium, restituatur à venditore. (2) ad rescissionem contractus. Non enim novum est, dari actionem ex contractu ad ipsum contractum rescindendum, *vid. l. 11. §. 5. circa fin. ff. de Act. emt. l. venditi. 6. ibiq. gloss. ad verb. facile. C. eod.* item ad id, quod interest, consequendum, quamvis contractus non teneat vel subsistat, *l. 62. §. 1. de contrah. emtion.* quô casu, cùm alternativa debeat esse petitio læsi, in arbitrio alterius est positum, an pretium supplere, aut excessum restituere, an verò totius contractus rescissionem pati velit. Carpz. *ad d. const. 34. def. 7.* Magnif. Dn. **Richter** *laud. decis. 99. n. 169. & seqq. add. 199.* Mynsing. *centur. 2. obs. 42. n. 4.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 23. n. 3.* Oldendorp. *class. 4. act. 1. n. 7.* Dn. Hahn

d. n. 6.

d.n.6.pag.1027. Dn. Struv. *d.Ex.23.th.92.* Dn.Brunnem. *ad d.l.2.* Non ergò opus eſt imploratione officii judicis, * neque admittenda condictio ex *d.l.2.* aut *c. redintegranda.3.qu.1.* neque reſtitutio in integrum. Quando enim ordinarium ſuppetit remedium, ceſſat extraordinarium. Vid. Dn. Richter *d.l.* Harprecht. *ad* § *ult. Inſt. de contrab. emt.* Diſſentit Weſenb. *tit.ff. de reſcind. vend. n.9. circ.fin.* & cum eo Pinell. *ad d.l.2.*

9. Enunciativè.

ENUNCIATIVE nihil aliud in jure noſtro ſignificat, quàm *relativè*, *narrativè*, quando ſcil. absque pondere & diſpoſitione aliquid profertur. Opponitur ergò adverbio: *Diſpoſitivè*, ubi cauſa quædam principaliter mandatur, ut exinde vis obligandi proveniat. Verba ita ENUNCIATIVE poſita (inſtar verborum jactantiæ cauſæ prolatorum. *l. ult. ff. de hæred. inſt.*) regulariter nihil probant, nec obligationem inducunt, ſed ad hanc opus eſt diſpoſitivis. Magnif. Dn. Richter *part.3. conſil.31. n.163.* Georg. Mundius *vol.1. conſ.1. n.43.* Vid. varia exempla in *l.39.pr.ff. de Legat.3. l.34. §.6. de Legat.2. l.78. §. filiam. 8. ff. ad SC. Trebell. l.19. ibiq. gloſs. ff. de hered. inſtit.* cui opp. *l.16.ff. de donation. vid. gloſs. ad d.l.16.* (Huc etiam à qui- * busdam refertur *l. qui familiæ.37.ff. famil. herciſc.* cui obſtare *l.36.ff. eod.* creditur.) Et hoc modo pronunciarunt * JCti Jenenſ. in cauſa des Raths zu Ellenbogen contra Nobil. Nothhafften menſ. Maj. ann.1608. Was die Dd. hin und wieder vorbringen wieder die Wort nur Erzehlungs Weiſe in einem Inſtrument geſetzet/ daß dieſelbe wieder einen tertium nicht probiren/ gibt dieſes Orths wenig zu ſchaffen/ denn es bei denen ver-

bis ENUNCIATIVIS seu narrativis nicht geblieben ꝛc. Limitatur autem prædicta assertio juxta quosdam (1.) Si in actu odioso fuerint verba ENUNCIATIVE posita, quo casu dispositionem inducere videntur, e.g. Si testator dixerit: Te, filia, ideò exheredavi, quoniam te contentam esse dote volui, quæritur: an filia hisce verbis efficaciter sit exhæredata, & Resp. in *l. 61. ff. de hered. instit.* illam secundum voluntatem testatoris exheredatam esse. An verò * decisio istius legis sit desumta ab actu odioso, in medio relinquimus. Limit. (2.) in contractibus, ubi verba enunciativa nullam quidem obligationem inducunt, probationem tamen suppeditant *per l. 26. §. 2. ff. depos.* add. Moller *differ. 67.* Speidel. *Syllog. quæst. Jurid. Politic. voc. verbum.* Limit. (3.) in antiquis, quorum aliàs difficilis est probatio. Atque sic in præfata causa responsum: Zu dem ist solcher gräfl. Lehn-Brieff sehr alt/ und/ wie obgesetzet/ Dienstags nach S. Ulrich ann. 1500. datiret/ daß es nun über 107. Jahr sind. in antiquis autem & multò magis immemorialibus verba instrumenti ENUNCIATIVA probare Dd. communiter tenent. Gail. *lib. 2. obs. 71. n. 10.* Socin. jun. *cons. 65. n. 7. vol. 1.* & Socin. sen. *consil. 68. n. 7. vol. 4.* præsertim in ejusmodi contractu, qui ob tanti temporis lapsum aliàs difficulter probari potest, quia tunc verba ENUNCIATIVA etiam adversus tertium fidem faciunt. Alex. *cons. 90. n. 11. vol. 6.* Beroj. *cons. 21. n. 2. vol. 3.* quæ multò magis militant, si illa verba sint à Principe vel alio S. R. I. statu probata. Gozadin. *cons. 11. n. 12.* Vid. Magnif. Dn. Richter *dict. consil. 31. n. 74. & 75.* Limit. (4.) si verba ENUNCIATIVA fuerint geminata, quo casu inducunt dispositionem, cùm aliàs verba gemina-

minata majorem firmitatem ferant, vim latiorem inducant, sensumque augeant, prout ex *Alexand. Decian. Curtio Jun. Corneo, Paris.* & aliis refert Dn. **Richter** *part. 1. consil. 21. n. 23.* Georg. Mund. *vol. 1. cons. 4. n. 45. 102. 104. & seqq. cons. 13. n. 41. 42. & 72. consil. 27. n. 84. & 173. vol. 2. cons. 10. n. 142. & mult. seqq.* Et hoc modo in sæpius alleg. causa pronunciatum: **Ohne ist es nicht/ daß des Kauffs im Eingang gedachtes Lehn-Brieffs** ENUNCIATIVE **nur Erzehlungs Weise und nicht** dispositivè &c. **meldung geschicht**/ & verba ENUNCIATIVE posita nihil probant. Joh. Gallic. *consil. feud. varior. 2.* Corn. *cons. 22. vers. nec obstat vol. 3.* **Aber es ist bey der** ENUNCIATION **nicht geblieben.** & porrò: **Wie denn auch ohne das** verba narrativa geminata disponunt. Magnif. Dn. **Richter** *d. consil. 31. n. 71.* add. Georg. Mund. *d. consil. 10. n. 159.* ubi dicit: verba ENUNCIATIVA ob aliud prolata nihil probant, geminata tamen probant.

10. Eò.

Particula hæc sæpè sumitur pro in tantum, eatenus. *vid. adverb. Eatenus.* etiam ap. Cc. uti refert Calvin. *Lex. Jurid. voc. Eò.* (2.) frequenter denotat causam & rationem, atque significat idem ac *propterea*, & conjungi solet cum vocula: *quod*, ut in *l. 19. §. si pater. 1. ff. de pecun. const.* Si pater vel dominus constituerit se soluturum, quod fuit in peculio, non minuetur peculium, EO QVOD i. e. *propterea, ideò, quia* ex ea causa obstrictus esse cœperit. add. gloss. *ad d. l. 19.* verbb. *eò* & *quod*. Quær. obitèr: An falsa demonstratio aut falsæ causæ adjectio vitiet Legatum purum, v. g. Titio 100. do, lego, *eò quod* fuerit meus Præceptor, Titius verò talis non fuerit? Neg. per *l. 72.* *

§. 6. de

§. 6. de condit. & demonstr. Vid. *§. huic. 30. & §. seq. 31. Inst. de legat.* Vis enim Legati dependet ex voluntate testatoris, & sine demonstratione vel causa valere potest, neque causæ legandi ipsi cohærent legato. *d. l. cum tale. 72. §. 6. & 8.* (3.) Addi solet vox *eò*, particulæ: *usquè*, & denotat tempus, ut in *§. illud quæsitum. 13. Inst. de R. D.* (4.) *Eò* est determinatio alicujus loci: ut *in l. 7. vers. nec tamen. ff. de ann. legat.* ubi dicitur: veluti si prætor doctus sit, non expedire, pupillum *eò* i. e. ibi vel in isto loco morari. In hac significatione etiam sociari solet cum vocula: Loci, ut in *l. 52. §. 3. de judic. verbis: si ea res, quæ per fideicommissum relicta est, Eo Loci sit, &c.* Idem dicitur de novi operis nunciatione, quod nunciari non præcisè oporteat domino, sive jure sive injuria ædificanti. *l. 1. pr. l. 20. pr. de oper. nov. nunc.* sed etiam fabris & opificibus, qui Eo Loci operantur. *l. 5. §. 3. ff. de nov. oper. nunc.* item in *l. 1. §. eodem autem. ff. ad SC. Sylanian. traditur:* Quicunque Eo Loci fuerunt. Occasione autem hujus adverbii de loco agentis

* Q. 1. An ad forum contractus, si reum Eo Loci convenire velimus, requiratur, ut in *loco* contractus reperiatur? De jure Civ. neg. cum Dn. Struv. *Ex. 9. th. 42. arg. l. 19. §. 1. ff. de judic. Nov. 69. c. 1. vers. quid enim.* De jure Canonico, quod mores hodierni seqvuntur, Gail. *lib. 2. obs. 36. num. 14.* affirmo propter *cap. 1. §. contrahentes verò. de for. compet. in 6.* Dn. Struv. *d. l.*

* Q. 2. An *locus* aggravet delictum? Aff. *arg. l. 16. §. 4. ff. de pœnis.* Sic gravius punitur furtum in loco sacro quàm profano commissum. P. H. *O. Carol. V. art. 174. vers.* oder so iemand weltliche Güter / die in die Kirche gefle-

gesiehet / gestohlen ꝛc. Similiter etiam injuria tàm realis quàm verbalis in *loco* honorifico, ſacro, publico, vel in conſpectu magiſtratus commiſſa gravius coërceri ſolet, §. *9. verſ. vel ex loc. Inſt. de injur.* Et hoc modo pronunciarunt *Scabini Lipſienſ. menſ. Sept. ann. 1596.* in caſu, quo Nobilis quidam in aula & arce Altenburg. alium percuſſerat atque vulneraverat: So mag er von wegen ſolches in der Fürſtl. Burgk begangenen Frevels und Muthwillens / und H. B. zugefügten Schadens / woferrn man ihme in Anſehung ſeiner Jugend nicht Gnade erzeigen wolte / mit Abhauung einer Fauſt / dero Er am beſten entrathen kan / des Landes ewig verwieſen werden / V. R. W. *Dn. Carpz. prax. Crim. part. 1. qv. 40. n. 33.* Hinc, ut eò magis à pugnis & digladiationibus abſtineant illi, quibus rixari volupe eſt, in aulis & aliis quibusdam LOCIS PRIVILEGIATIS tabulæ pictæ pœnam certam demonſtrantes, affigi ſolent. Es werden an dergleichen privilegirte Orthe gemahlte Taffeln angeheftet / welche dem delinquenten die Straffe / nemblich die Abhauung einer Hand augenſcheinlich darzeigen. Quò magis autem honorificus eſt LOCUS, eò major delinquenti imponitur pœna. Hinc ſactum, quòd pœna capitali dignum judicaverint *Scabini Lipſ. menſ. Sept. anno 1569.* illum, qui injuriam intulerat realem Sacerdoti in LOCO SACRO, templo videlicet, infantulum baptizantem, h. modo pronunciantes: Würde gedachter C. W. auf dem von ſeinetwegen gethanen und eingebrachten Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder des ſonſt / wie recht / überwieſen / als nemblichen / daß / als der Prieſter und Ca-

 pellan /

pellan / davon in actis und seinem Bekäntniß gemeldet / in der Kirche gestanden / und ein Kind zu tauffen angefangen / Er / inquisit, einen Jungen mit 2. Pferden vor der Kirche halten lassen / seine andere Diener und Pferde vor die Thore geschicket / und in Stiefeln und Sporen in die Kirche gangen / und einen grossen Prügel gehabt / und als Er den Capellan mit dem Kinde bey der Tauffe gefunden / hinzu getreten / denselben mit einer grossen Peitsche auff die Haut gehauen / und mit dem Prügel niedergeschlagen / und die Tauffe des Kindes verhindert / So würde er von wegen solches in der Kirchen an dem Priester über der Tauffe geübten und begangenen Frevels und Gewalt / und Verhinderung / und Turbierung des H. Göttlichen Sacraments der H. Tauffe / alles seinethalben beschehenen Vorwendens ungeachtet / Vermöge gemeiner beschriebenen Käyserl. Rechte / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billich gestraffet. V. R. W. Dn. Carpz. *Prax. Criminal. part. qv. 44. num. 54.* add. Matth. Coler. *part. 1. Decis. 178. n. 8.* Magn. Dn. Richter *part. 5. consil. 20. num. 40.* ubi de delicto in Curia Principis commisso tradit: Dahero es gleich so viel / als wann in beyseyn und Gegenwart ipsius Principis solche Thätlichkeiten (quæ in curia Principis commissa erant) verübet und begangen währen / dadurch dieselben desto mehr *aggraviret* werden / auch desto weniger zu verantworten scheinen. Indubium enim est, delicta eò atrociora reddi, si in Principis præsentia aut ipsius curia committantur. Nam quodlibet delictum solet valdè *aggravari* ex circumstantia Loci.

II. Evidenter.

Adverbium EVIDENTER evidentissimam habet significationem cum illis : Clarè, perspicuè, Augenscheinlich / quando scil. alicujus rei demonstratio & qualitas adeò clara & manifesta est, ut illam quasi ob oculos positam videndi cuilibet copia detur : Atque hæc denotatio JCto in *l. non codicillum. 4. C. de testam.* placuit. Non codicillum, inquit, sed testamentum aviam vestram facere voluisse, institutio & exheredatio facta probant *evidenter.* Cujus *evidentis* probationis ratio est in *§. 2. Inst. de Codicill. add. l. 2. l. 4. C. eod.* Nec obst. *l. 13. §. 1. ff. de jur. Codicill.* Vide plura de controversia occasione harum LL. orta apud Bach. *ad Treutl. vol. 2. disp. 10. th. 8. lit. A. & B.* Sic etiam Angel. *cons. 397. n. 2.* dicit, quòd quædam ad usum sint permissa, non ad nocendum, licet nocere possint, tamen non dicuntur, EVIDENTER nocere. Descendit autem adverbium hoc à nomine EVIDENS, quod significat : *perspicuum, apertum.* v. g. EVIDENS utilitas in *l. 2. ff de Constit. Princip.* EVIDENS voluntas testatoris. *l. 74. ff. de Legat. 1. l. 73. §. pen. de Legat. 3.* EVIDENTISSIMA ratio. *§. 2. vers. sed hoc etiam. Inst. quibus alien. licet &c.* item: EVIDENS probatio. EVIDENS vitium. *vid. l. 14. §. ult. ff. de ædilit. edict.* EVIDENS exceptio, i.e. peremtoria, quæ statim agentem repellit. *l. 3. §. 13. ff. ad Exhibend.* EVIDENS defectus alicujus rei. *c. constitutionum. 2. pr. de V. S. in 6.* Apparet ergò, prout paulò ante dictum, EVIDENS illud dici, cujus probatio est manifesta & perspicua. Dominic. Cardinal. Tusch. *Pract. conclus. tom. 3. conclus. 396. num. 2.* hinc cum manifesto conjungi solet, *ut in l. 7. C. de*

jur. deliber. manifestum atque *evidens* est, & *in d. c. constitutionem 2. inf. principii.* Ab hac voce ortum quoque est nomen EVIDENTIA, quo usi sunt *Cic. lib. 4. Academ.* Quòd nihil clarius sit ἐνέργεια quam nos perspicuitatem vel *evidentiam* nominemus. Cc. in *c. 9. X. de Accusat. verbb. EVIDENTIA* patrati sceleris.

* Q. 1. de *evidenti* probatione, an illa possit induci per conjecturas, vel: An per conjecturas aliquid *evidenter* possit probari? Affirm. *per supra alleg. l. si Imperator. 74. ff. de Legat. 1.* add. Decius *cons. 175. num. 6.* Magnif. Dn. Richter *part. 1. consil. 8. num. 9.* ubi tradunt, quòd in Criminalibus quidem requirantur *evidentes*, & luce meridiana clariores probationes. *l. ult. C. de probat.* nihilominus tamen probatio ex præsumtionibus & conjecturis in illis admittatur. Sed memini, à Magnifico illo & nunquàm satis laudato Viro atq; JCto Dn. RICHTERO, me aliquando tum in aliis, tum in hac probationum materia informatum fuisse, prædictam assertionem locum saltem habere in illis conjecturis & præsumtionibus, quæ ab ipsa lege inducuntur, & vocari aliàs solent: præsumtiones juris & de jure. add. Dominic. Cardinal. Tusch. *d. conclus. 369. num. 3. & 4.*

* Q. 2. An exceptio *evidens* (quam supra *juxta d. l. 3. §. 13. ad exhibendum* peremtoriam diximus) sit opponenda ante vel post L. Contestationem? Utrumque quidem tempus admittimus, tàm ante quàm post L. C. ut opponi queant exceptiones peremtoriæ, privilegiatæ tamen, ut vocantur, & litis ingressum impedientes rectè ante L. C. tantùm opponuntur. vid. *l. 2. C. sentent. rescind. non poss. l. 4. l. 8. l. 9. C. de Except. c. 1. de Litiscontest. in 6.*

in 6. Ex quorum txx. collatione apparet, utrumq; tempus admitti debere. Dn. Hahn. magnum Juliæ lumen *in Not. ad Wesenbec. tit. de Except. num. 7.* Dn. Struv. *Exer. 46. th. 9.* Bronchorst *centur. 4. quæst. 27.* Dn. Brunnemann *ad dd. ll.* ubi variè distinguit. Dn. Strauch. *Dissert. 23. th. 15.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disput. 26. thes. 8. lit. A. C. & D.* Schnob. *disp. 22. th. 12.* Secus est in exceptionibus dilatoriis processus, quæ ante L. C. regulariter (exceptiones vid. in *c. insinuante 25. X. de offic. & potest. judic. deleg. c. pastoralis. 4. X. de Exceptionib.* Mynsing. *cent. 2. observ. 53.* Gail. *lib. 1. obs. 52.*) opponi, ventilari atque finiri debent. *l. pen. & ult. C. de Exception.* Nec obst. *l. 19. C. de probation.* *

Q. 3. An venditor teneatur de vitiis rei venditæ, si illa EVIDENTER appareant? Neg. *per l. 1. §. 6. l. 14. §. ult. l. 55. ff. de ædilit. edict.* Ædilitium enim edictum (quod ad locationem conductionem non pertinet, *l. 63. de ædilit. edict.*) saltem conceptum est de vitiis latentibus, non verò *evidentibus. dd. txx.* add. Gloss. *ad artic. 97.* Weichbildt. *verbb.* daß solches zu vernehmen von verborgenem Wandel / der unschaulich were oder unsichtig. Coler. *part. 2. decis. 228. num. 9.* Dn. Richter *part. 2. decis. 95. num. 21. & seqq.* Dn. Carpz. *part. 2. constit. 34. defin. 16.* Dn. Hahn *ad Wesenb. tit. de ædil. edict. num. 6.* Dn. Struv. *Exerc. 26. th. 5. n. 3.* Dn. Joh. Jacob Wissenbach *ad ff. part. 1. Disp. 41. thes. 2.* Nec venditor hoc casu necesse habet, etiamsi sciat, *vitia evidentia* exprimere. *arg. d. l. 55. l. 15. §. 1. de contrah. emt. l. 1. §. 6. de ædil. edict.* Imò nec si contrarium dixerit, obligabitur. *l. 43. pr. de contrah. emt.* Dn. Struv. *d. l.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. Disp. 2. th. 2. lit. B.* Vitia autem *evidentia* & manifesta sunt, quæ in oculos currunt,

 vel

* vel alio modo facilè percipiuntur. (Quò etiam referimus mutum & surdum. *l. 3. de ædilit. edict.* nec obst. *l. 9. ff. eod.*) *Latentia* verò, quæ tali modo intelligi & percipi nequeunt. Huc pertinent vitia ista, quæ in foro Saxon. in venditione equi attendi solent, die 3. Hauptmängel. nim. (1.) si eqvus sit retrogradus, Stätig. (2.) si cæcitate non *evidenti* laboret. Staarblindt. & (3.) si fuerit scabiosus, Haarschlechtig. Quibus Magnif. Dn. Præses addit (4.) si scilic. eqvus fuerit mucosus aut pituitosus, Rotzig oder Hauptsüchtig. Dn. Richter *d. l. n. 30.* Paul. Zachias *quæst. Medico-Legalib. lib. 2. tit. 3. qu. 4. & seqq.* Dn. Struv. *d. l.* Johann Jacob Speidel. *in Notabil. jurid. histor. Politic. voc.* Pferdt. *num. 20.* Dn. Hahn *ad Wesenbec. d. l. n. 7.* Joh. Wilhelm Röveströnck *de medit. ædilit.* * *cap. 4.* Non verò pro vitio latente habetur, si eqvus fuerit vollhüfig / prout duobus præjudiciis confirmat laudat. Magnif. Dn. Richter Præses *d. l. n. 26.* quapropter vitiis *evidentibus* accensemus.

Denique de vitio evidenti notari potest, quod gravior pœna irrogari possit illi, qui ita quendam vulneravit, ut signum vulneris vel cicatrix *evidens*, eine sichtbare Schramm oder Mahl remaneat, quod etiam * procedit, si talismodi signum vel cicatrix sit in superiori vel posteriori capitis parte, quæ occiput dicitur, apparens. Licet enim pileo tegatur, ita ut non sit *evidens*, quia in Ecclesia & aliis honestis conventibus caput detegitur, ut *evidentia* signi cognosci possit, prout ex Bald. *lib. 5. cons. 426.* refert Tusch. *d. concl. 369. tom. 3.* Dissentire videtur Angel. *ad l. extat. 13. ff. quod met. caus.* quem allegat Bertachin. *Repertor. jur. voc. cicatrix.* Priorem opini-

opinionem veriorem putamus, si signum vel cicatrix sit deformans.

12. Exiguè.

Vox EXIGUE communem cum adverbiis: Leviter, exiliter vel jejunè; significationem habens descendit à nomine EXIGUUM, cujus non rarus est usus in jure nostro. *Vid. Novell. 69. c. 1. verbb. ut EXIGUUM dicamus.* item in comparativo: EXIGUIOR, ut in *l. 1. §. deterior 15. verbb. Proinde si derivetur aqua aut EXIGUIOR facta. ff. de fluminib.*

Qu. Si quis EXIGUE vel in re EXIGUA læsus fuerit, an propterea restitutionem in integrum petere possit? * Neg. cæteris paribus per *l. 4. ff. de integr. restit. l. 48. §. fin. ff. de ædil. edict.* (ubi per simplariarum venditionum * causam intelligitur venditio rerum viliorum, juxta *Azon.* Alii aliter exponunt. *vid. Gloss. ad d. l. 48.* Calvin. *Lex. jurid. voc. Simplariæ venditiones*) *l. 54. ff. de contrab. emtion.* Zæs. *ad tit. de restit. in integr. n. 7.* Dn. Struv. *Exerc. 8. th. 5.* Wisenbach. *ad ff. d. t. th. 4.*

Qu. 2. An rei EXIGUÆ committatur furtum? Affirm. * *per §. 16. Inst. de R. D.* (ubi gallinæ furtum fieri asseritur, quæ tamen in *d. Novell. 69. c. 1.* EXIGUA res dicitur.) *l. 14. §. ult. l. 26. ff. de furt.* Nec obstant illa, quæ jam *quæst. 1.* dicta sunt. Respondetur enim, quod ibi agatur * de actu ipso jure firmo (qualis etiam est contractus metu initus) & à Prætore rescindendo; hîc verò de actu & negotio ipso jure invalido, vitioso & nullo. Wissenb. *d. l.* Dn. Ungep. *Exercit. 13. quæstion. 2.* Gerhard. *decad 17. quæst. 2.*

13. Ex

13. Ex nunc.

Per hoc Adverbium denotatur extremitas temporis, ut: ab hoc momento, ex hac horâ: Von Stund an. Sic dicitur in *clem. 2. § si verò de sepult.* Nos Ex Nunc, i. e. ex hoc momento, & ex hoc tempore ipsis concedimus beneficium absolutionis. Sic etiam dicere solemus: Ex Tunc, i. e. Ex illo tempore, Von der Zeit an. ut in *cap. pastoralis 4. extr. de Exception.* ubi dicitur: Quod terminus à Judice assignari possit, intra quem omnes exceptiones dilatoriæ opponi debeant, ita quod si partes Ex Tunc vel ex illo tempore voluerint aliquas opponere, quas non fuerunt protestatæ, nullatenus audiantur.

* Qu. 1. An filii per subsequens matrimonium legitimati Ex Nunc, i. e. à tempore justarum nuptiarum; an verò retrò & Ex Tunc, scilic. eò tempore, quo nati fuerunt, censeantur facti legitimi? Poster. Neg. Fictio enim, qualis etiam hoc loco retrotractionis est, non debet extendi in præjudicium legitimorum, quippè quibus, ex hôc, si concederemus, fundamento jus primogenituræ & alia commoda auferri possent, quod tamen minimè concedendum. Vid. Dn. Strauch. *Dissert. 4. th. 9. ibiq;* Dn. D. Schröter *in prælect. publ.* ubi latè & eleganter hanc controversiam deducit, atq; resolvit.

* Qu. 2. An subsequens ratihabitio Parentum matrimonium filiorum retrò faciat legitimum, ut Ex Tunc & ex eô tempore quò contractum est, pro legitimò sit habendum? Neg. per *pr. Inst. de Nupt.* ubi consensus parentum præcedens exigitur. *l. 68. pr. ff. de jur. dot. add. l. 13. §. 6. in fin. ad L. Jul. de adult.* Nec *obst. l. 5. C. de Nupt.*

Cre-

Credimus ergò, matrimonium ſaltem Ex Nunc & à tempore interpoſiti conſenſus vel ſubſequentis ratihabitionis fieri legitimum. Dn. Franzk. *Exerc. Juſtin. 2. quæſt. 5.* Dn. Hahn. *ad Weſenb. tit. ff. de rit. nupt. num. 3. pag. 200.* Dn. Struv. *Exerc. 29. theſ. 23.* Dn. Strauch. *Diſſert. 2. th. 20. ibiq.* Dn. Schröter *in prælect. publ.* ubi etiam diſſentientes allegat. *v. c. ult. de hæret. in 6.*

14. Expreſſè, Expreſſim.

Adverbia hæc ratione ſignificationis quodammmodò & ſapiùs conveniunt cum his: *manifeſtè, apertè, luculenter, &c. Vid. l. 98. §. qui ſtipulatus. 5. verbb. Si hoc ipſum* Expressum *agebatur. ff. de Solution. & liber.* Derivatur autem à verbò Exprimere (i. e. *patefacere, manifeſtare, declarare*) à quô Expressum, de quô aliquid occaſione hujus adverbii dicendum. Expressum igitur multis modis dicitur, quorum tredecim recenſet Tiraquell. *de legib. connub. Gloſſ. 7. num. 179.* Alii quatuor, ut Menoch. *Conſil. 210. num. 28.* Vid. Domin. Cardinal. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 3. concluſ. 651.* Dn. Carpzov. *part. 2. conſtit. 6. defin. 19. num. 11.* Magnif. Dn. Richter *part. 1. conſil. 8. num. 12.* ubi tradunt, illud etiam Expre'ssum dici poſſe, quod ex veriſimili contrahentium voluntate reſultat. Opponitur autem Expressum *tacito.* Hinc dicimus: Expresse fieri multa prohibentur, quæ *tacitè* admittuntur. *arg. l. ſi unus. 27. §. illud. 3. ff. de Pactis.* Dn. Cardin. Tuſch. *d. l. concluſ. 659.* item: quod conſenſus ſit, vel *tacitus*, vel Expressus. Injuriarum remiſſio alia ſit *tacita*, alia Expressa.

Qu. 1. An Expressa noceant? Diſtingvimus hoc modo:

modo: Aut (1.) quædam EXPRESSA adjiciuntur negotio vel contractui præter non tamen contra ipsius naturam, & essentiam, & talismodi expressa non nocent, sed multò magis prosunt. *Vid. l. vetus. 68. pr. de Usufr. l. 5. C. de Pact. inter emtor. & vend. compos.* Hinc plura pacta contractibus expressè adjici solent, v. g. emtioni venditioni, ut pactum de retrovendendo, commissorium, addictio in diem, quæ non, nisi EXPRESSE adjecta, prosunt. Sic etiam EXPRESSUS novandi animus declarari debet in nova obligatione, aliàs novatio est invalida. Idem verum quoq; putamus quoad delegationem. *l. ult. C. de Novat.* Dissent. *Gail. 2. obs. 30. n. 7.* add. Cujac. *in parat. C. d. t.* Arnold. de Reyger *in thesaur. jur. lit. D. verb. delegatio.* Bach. *ad Treutl. vol. 2. disp. 29. th. 6. lit. A. in f.* EXPRESSUM ergò hoc modo facit cessare *tacitum. arg. l. 21. C. de Procur.* Aut (2) quædam *expressè* adjiciuntur negotio, contra tamen ipsius naturam, quo casu expressa nocent & annullant id, cui adjiciuntur, vel ad minimum immutant. vid. *l. 52. ff. de Condit. & demonstr.* ubi expressè dicitur: *expressa nocent, non expressa non nocent.* Quæ verba repetuntur in *l. 195. ff. de R. J.* add. *l. 65. ff. de Legat. 1. l. 68. ff. de hæred. inst.* Obstare videntur *l. 1. ff. de Legat. 2. l. 43. §. 2. de Legat. 1. l. 46. §. 2. de fideicomm. libert.* Non autem ad hoc secundum distinctionis membrum referre lubet *l. 19. ff. de usufr.* quasi *expressus* ibi modus faciat, ut pro usufr. censeatur legata proprietas, quod tamen non paucis placet. Aut (3) *exprimuntur* quædam, quæ jam tùm insunt contractibus & aliis negotiis. Et hæc *expressa* nihil operantur, i. e. neq; prosunt, neque nocent. Vid. *l. 47. ff. de condit. & demonstr. l. 72. §. 1. de contrah. emt. junct. §. 5. Inst. eod. gloss. ad d. l. 52. de condit. & demonstr.*

Cæte-

Cæterùm, cùm suprà dictum fuerit, injuriæ remissionem vel *tacitam* esse vel *expressam*, ideò de frequentissima illa materia paucis hîc loci agemus.

Qu. 2. An injuria *expressè* remissa censeatur, si quis in vitæ periculo constitutus veniam per Sacerdotem templo precatus sit, hâc quidem clausulâ: **Wo er einen oder denandern erzürnet / so wolle er ümb Verzeihung gebeten haben / dergleichen er auch gethan?** Negamus, & deprecationem hanc nihil aliud importare censemus, quàm remissionem vindictæ privatæ, odii, & rancoris animi ad offendendum hactenus proclivis, quippe quæ omnia à Christianis longè abesse pietas omninò suadet. Ipsa verò injuria semel illata propterea abolita non censetur, quapropter salvam quoque manere injuriarum actionem necesse est. Nec delinquit illam actionem instituens, quia jure suo utitur. *l.55. & l.155. §. 1. ff. de R. J.* Magnif. Dn. **Richter** *centur. reg. jur. reg. 2. n. 72. & seqq.* cui renunciasse injuriatum non est statuendum. Renunciationes enim sunt strictissimi juris. Ernest. Cothmann. *Resp. 99. n. 121.* & tanquàm privationes juris nostri non præsumuntur. Gravett. *consil. 628. num. 3.* Laudat. Dn. **Richter** *p. 4. cons. 26. num. 2. & consil. 32. num. 10.* Idem statuimus, si honestatis vel necessitatis ergò amicè injuriatus cum injuriante conversatus fuerit, si manus invicem conjunxerint, ederint, biberint, velut *mens. Febr. anno 1610. à Nobiliss. Fac. jurid. bujus loci ad requisitionem* Georgii **Fleischhauers zu Mühlhausen** responsum fuit, teste Magnif. Dn. Præside *d. reg. 2. num. 71.* Nec denique injuriarum actionem vel *tacitè* vel *expressè* aboleri arbitramur, si post injuriam

illatam injuriatus sacra Synaxi usus fuerit, **Wenn** injuriat **nach ausgegossener** injuria **das H. Nachtmahl gebrauchet**/ vel si recitaverit Orationem Dominicam, **das Vater unser** / verbb. **wie wir vergeben unsern Schuldigern.** Vid. Dn. Struv. *Exerc. 48. th. 63.* Dn. Joh. Jacob Wissenbach. *tit. ff. de injur. & famos. libell. th. 29.* ubi refert, quod hoc modo à supremo Frisiorum Senatu judicatum fuerit, teste Sandio *libr. 5. Decis. Frisic. tit. 8. def. 12.*

15. Extraordinariè.

Haud exiguus adverbii hujus in jure nostro usus est. Jus siquidem dicentis officium quandoq; extra ordinem & quasi contra strictas juris regulas aliquid statuens denotaturi *extraordinarie* judicem cognoscere & animadvertere dicimus. Ex quibus patet, *extraordinariè* idem esse ac: riregulariter, extra ordinem, quando scil. ex variis causis & circumstantiis ab ordinario jure recedimus. Sic (1) *Extraordinariè* adsistit Prætor per in integrum restitutionem illis, qui ob dolum, metum, minorennitatem, justam absentiam & alias jure probatas rationes læsos sese conqueruntur, quapropter ipsa quoque restitutio auxilium *extraordinarium* dicitur in *l. 16. pr. ff. de Minor.* Cùm non detur, si quis ordinario jure tutus sit. *d. l. 16.* Peti autem potest hæc restitutio tàm in foro domicilii, *l. 2. C. ubi & apud quem cognit.* quàm rei sitæ. *arg. l. ult. C. ubi in rem actio.* (non verò contractus) prout actio vel personalis est, vel realis. Dn. Franzk. *Comment. ad ff. tit. de integr. restit. num. 32.*

Qu. 1. An ad EXTRAORDINARIUM hocce restitutionis auxilium expediendum opus sit duplici judicio, rescinden-

dente & rescissorio? Neg. Solum namque rescissorium, ut vocant, sufficere, illudque, tàm ad removendum impedimentum v.g. usucapionem, quàm ad ipsam rem petendam, institui posse facilè probamus ex eô, quod Prætor concedendo actionem rescissoriam ad consequendam rem, eo ipso impedimentum hactenus obstans rescindat. Et sic intelligendi sunt *txx. in l. 19. in fin. ff. de inoffic. testament. l. 26. §. 7. in fin. ff. ex quibus caus. major. l. 35. pr. ff. de O. & A. §. 5. Instit. de Action.* Vid. Cujac. *lib. 7. observ. 31.* Dn. Ungep. *Exerc. Justin. 14. qu. 7.* Dn. Franzk. *in Comment. ad ff. d. l. num. 7.* Dn. Struv. *Exerc. 8. thes. 3.* Hottomann. Giphan. Borchold. *ad d. §. rursus 5. Institut. de Action.* Schnobel. *disput. 4. th. 5.* Dissent. Mynsing. Jason, Zasius & alii *ad d. §. 5. ibidemq.* Schneid.

Qu. 2. An restitutio sit concedenda ob læsionem exiguam? Vid. supra adverb. *Exiguè.* *

(2.) EXTRAORDINARIE cognoscere dicitur Magistratus de iis judicans, quæ non jure Magistratus competunt, sed ex speciali concessione deferuntur. *l. 7. §. ult. ff. de offic. Proconsul.* Quò referimus de Jure Roman. Tutoris dationem. *l. 6. §. 2. ff. de tutel. l. 1. §. 1. l. 19. ff. de Tutor. & Curator. dat.* quamvis cognitio de suspectis tutoribus sit jurisdictionis ordinariæ. *arg. l. 1. §. 4. de suspect. tutor.* Hodiernis verò moribus tutoris dationem jure Magistratus competere non est ambigendum. Vid. **Policey-Ordnung.** *de Ann. 1577. tit. 32.* * *

(3.) EXTRAORDINARIE dicuntur imponi collectæ, quæ idcircò vocantur Extraordinar-**Steuern.**

Qu. An fiscus ratione collectarum EXTRAORDINARIARUM præferatur, aliis Creditoribus expressam anterio- *

riorem habentibus? Negamus, & jus tacitæ hypothecæ ſaltem ab eô tempore, quò impoſitæ ſunt, fiſco competere arbitramur, velut latè & egregiè hanc opinionem deducit & præjudiciis confirmat Magn. Dn. Richter *part. 1. deciſ. 35. n. 5. & ſeqq.*

(4.) EXTRAORDINARIE coërcet Magiſtratus eos, qui vel EXTRAORDINARIUM crimen & famoſum, v. gr. * ſtellionatus, prævaricationis, Scopelismi, &c. commiſerunt, vel, ſiquidem crimen non fuerit extraordinarium, judex tamen variis circumſtantiis motus ſit, ab ordinaria pœna recedere, & vel graviorem, vel mitiorem imponere. Exempla vid. in *§. in ſumma 9. Inſtit. de injur. l. ult. C. l. 43. & l. ult. ff. eod. l. ult. ff. de furt. verbb.* EXTRAORTINARIA animadverſione. Hæc verò EXTRAORDINARIA pœna locum habet, ſi deliquerunt illi, qui intellectus & judicii imbecillitate quadam laborant, ut infantiæ & pubertati proximi, admodum Senes, Melancholici, & ſimiles, quos inter & ebrios quoque non verò ebrioſos complectimur. Vid. Carpz. *Prax. Crimin. part. 3. quæſt. 145. num. 32. 26. & 53.* Dn. Richter *part. 5. conſil. 6. num. 23. & 43. & conſil. 8. num. 5.* Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 9. num. 24.* Damhouder *Pract. crimin. cap. 48. per tot.*

15. Ex tunc.

De Adverbio hoc vid. ſupra: EX NUNC.

LIT. F.

Lit. F.

ADVERBIUM

1. Fallaciter.

FALLACITER in LL. denotat idem, quod fraudulenter, dolosè. Sic FALLACITER *in l.3. pr. C. de Abolition. l.9. C. de Calumniator.* incusare dicuntur, qui dolosè, animo nocendi calumniantur, seu falsa crimina intendunt. *l.1. pr. &* §. *1. ff. ad SC. Turpill.* & criminis cujusdam accusant innocentem. Pœna *fallaciter* accusantium olim fuit paritas supplicii, propter vinculum inscriptionis. Tenebatur enim Accusator nomen suum inscribere seu profiteri. *l.3. ff. de Accusat. & inscript.* & libellum judici porrectum subscribere, atque sese obligare ad pœnam istius criminis, cujus alterum accusabat, si calumniæ convictus fuerit. *l.2. C. de exhib. & transmitt. reis.* Wesenbec. *parat. ff. de Accusat. num. 12.* Hodiè verò non cogitur Accusator subscribere, sed saltem præstare cautionem, vel detinendus est in carcere donec caveat, in casu succumbentiæ de impensis, item ratione injuriarum & interesse zu Abstattung der Unkosten / auch Abtrag wegen der zugefügten Schmach und

und Schande *juxt. Ordin. Crimin. Caroli V. art. 12.* Ex quibus constat, non amplius hodiè talionis, sed arbitrariâ pœnâ coërceri calumniatores. Farinac. *quæst. 16. n. 3. & plures ibi alleg.* Menoch. *lib. 2. Arbitr. judic. quæstion. cas. 322. n. 3.* Dn. Brunnemann. *Comment. ad C. ad l. 5. C. de Calumniator.* Dn. Hahn *ad Wesenbec. de Accus. & inscript. num. 12. pag. 1001.* Dn Struv. *Exerc. 49. th. 8. & Ex. 7. th. 59. in fin.*

2. Falsò, Falsè.

Adverbia hæc significatione sua includunt id, quod verò contrarium est, prout prius adhibetur in *l. 3. C. qui dar. tut. poss.* ubi dicitur. Luminibus captum Curatorem haberi debere FALSO tibi persvasum est. item in *l. 2. C. de divers. rescript. verbb. FALSO adseveratur. l. 3. verbb. cùm FALSO parentes stimulati ff. de inoffic. test.* Hæc autem adverbia descendunt à nomine F*alsum*, unde: *Falsitas*, de quibus pauca videamus. *Falsitas* nimirum est immutatio vel adulteratio veritatis dolosa in præjudicium alterius facta. Bald. *lib. 1. cons. 54. num. 2. & lib. 4. consil. 323. num. 1. circ. fin.* Mynsing. *ad §. item lex. 7. Instit. de public. judic. num. 15.* Calvin. *Lex jurid. voc. Falsitas.* Tusch. *Pract. conclus. tom. 3. concl. 41. lit. F.* Patet hinc, illum non mentiri vel falsum dicere, qui animum fallendi non habet, neque sequi. Illud non est verum, ergò præcisè est falsum. Dolus enim, uti jam dictum, ad falsitatem propriè & strictè sic dictum atque punibilem requiritur, qui sæpè abest. *l. 20. C. ad L. Cornel. de fals.* Unde Divus quoque Augustinus in *fin. c. beatus. 5. caus. 22. quæst. 2.* allegatus de mendacio dicit, quod sit

Falsa

falsa significatio vocis cum voluntate fallendi. Committitur autem *falsitas* variis modis, de quibus vid. Dn. Hahn *ad Wesenb. tit. de L. Cornel. de fals. num. 3.* Ungep. *Decretal. tit. de crimine falsi. num. 3. & seqq.* & inter alios vel in re, vel in persona.

In re quando committitur, aut fit in ultimis voluntatibus, aut in negotiis & actibus inter vivos. De *falsi* crimine in ultimis voluntatibus commisso *vid. §. 7. Instit. de publ. judic. l. 1. §. 5. l. 16. l. 17. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 14. C. eod.* Ejusque pœna olim in servos fuit ultimum supplicium, in liberos deportatio. *d. §. 7.* Conf. Wissenbach. *ad ff. d. t. thes. 9. & 10.* Hodiè verò pro qualitate admissi damni dati & subsecuti judicatur esse arbitraria. *Wissenb. d. l.* Conf. P. H. O. *artic. 112. verbb.* Welcher falsche Siegel / Briefe / Instrument / Urbar / Renth / oder Zinßbücher oder Register machen / die sollen am Leibe oder Leben / nach dem die Fälschung viel oder wenig / boßhafftig und schädlich geschicht / nach Rath der Verständigen oder sonsten / als zu Ende dieser Ordnung vermeldet / peinlich gestraffet werden. add. Farinac. *quæst. 150. num. 21.* Perez. *ad Cod. d. t. num. 18.* Dn. Carpzov. *part. 2. quæst. 93. n. 62.* Wesenbec. *in parat. ff. d. t. num. 12.* Dn. Struv. *Exerc. 49. th. 69.*

Notandum verò, quòd pœna falsi de jure civili regulariter sit fustigatio. Coler. *dec. 179.* Idem est de Jur. Sax. Et hoc procedit, si quis nocuit. Ita in Collegio nostro Mens. Majo Ann. 1631. Georgio Neube/Ambtschreibern zu Königsbergk/ responsum fuit: Daß Christoph Reinolt / welcher falsche Bettelbrieff etwan ein halb Jahr lang gehabt und gebrauchet / mit Staupen-

schlägen und ewiger Verweisung zu straffen. Secus est, si dolus abfuit. Farinac. *de fals. quæst. 150. num. 339.* Et si falsum nemini præjudicat. Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. falsum.* Ita Mens. Junio Ann. 1631. Heinrich Höffern/ Stadt-Richtern zu Neustadt responsum fuit: Die Vettel/ so fleischliche Unzucht mit Hanß Reinharten getrieben/ sich vor sein Eheweib ausgeben/ und mit einem falschen Ehe Schein/ als wañ der Herr Pfarr zu S. Nicolaus den 6. jüngst abgewichenen Jahrs 1630. sie beyde in der Pfarr-Kirchen zu Leipzig ehelichen copuliret und zusammen geben/ sich behelffen wird/ mit Verweisung/ iedoch ohne fustigation billich gestrafft/ von Rechts wegen.

Negotia inter vivos quod concernit, illis aut judicialibus aut extrajudicialibus *falsum* infertur. Actibus judicialibus, si *falsum* committatur vel (1) à judice, ut si constitutiones Principum neglexerit. *l. 1. §. 3. ff. d. t.* Si corruptus iniquam sententiam dixerit. Pœna ex seq. Responso *à Dnn. Scabin. Lips. Mens. Dec. ann. 1625. Martino* Ronnen in Zittau dato apparet: Ist in der zwischen Euch und euren Nachtbar wegen streitiger 100. fl. für denen Gerichten zu D. rechthängigen Sachen ein Urtheil von einer ausländischen Universität eingeholet/ und eurem Gegenpart die Zahlung zugleich darinnen zuerkandt worden/ welches Urtheil aber der Richter selbiges Orths unterschlagen/ und eurem Wiederpart zugefallen/ von deme Er sich eurem Vermuthen nach mit Gelde stechen lassen/ eine wiedrige sentenz gefället/ und benandten euren Wiederpart absolviret/ derowegen ihr gedachten Richter in Anspruch

spruch zu nehmen Vorhabens seyd. Da ihr nun solches über Ihn gebührlich ausführen möchtet ꝛc. So würde er seines Richterlichen Ambts billich entsetzet/ und möchte hierüber mit Landes-Verweisung/ oder auch wohl mit einer Leibes-Straffe beleget werden. V. R. W. Vid. Dn. Carpz. *d. l. n. 52. & 53.* Vel (2) à partibus judicem corrumpendo. *l. 1. §. 2. ff. d. t.* ita ut repetere nequeant, quod datum est, quamvis bona causa fuerit. *l. 2. §. 2. ff. de condict. ob turp. caus. vid. gloss. ad d. l.* Donell. *lib. 14. Comment. c. 25.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 22. th. 3. lit. F.* Wesenbec. *parat. ff. ad L. Cornel. de fals. num. 3.* ibiq; Dn. Hahn *pag. 839.* Dn. Struv. *Exerc. 18. th. 23.* Wissenbach. *d. t. th. 8.* Schnobel. *disp. 8. th. 27.* Dissentit cum aliis Dn. Arum. *disp. ad ff. 11. th. 15.* Alios modos, quibus à partibus in judicio *falsum* committitur, vid. ap. Dn. Struv. *d. Exerc. 49. th. 71.* Vel (3) à testibus. *l. 1. §. 2. ff. d. t. l. 9. §. 3. l. 20. l. 21. §. 1. ff. eod.* FALSIDICUS enim testis, inquit Augustin. *in c. 1. X. de Decim.* tribus personis est obnoxius, primùm DEO, cujus præsentiam contemnit, inde judici, quem mentiendo fallit, postremò innocenti, quem *falso* testimonio lædit. Pœnam statuit Jodoc. Damhouder *Prax. rer. criminal. cap. 121. n. 4.* quod ejusmodi testis, qui *falsa* testatur, vel veritatem tacet, aut aliquid accepit, ne testimonium ferret, puniri debeat criminaliter aut civiliter juxta qualitatem facti, etiamsi *falsum* depositum nullum sortiatur effectum. Sin verò ob *falsum* ipsius testimonium quis condemnetur ad mortem, tùm *falsarium* testem puniri, non solùm ut testem *falsum*, sed & ut proditorem & homicidam. Ideò testi cuidam ob *falsum*, quod dixerat testimonium

fustigatio cum relegatione perpetua à Scabin. Lipſ. dictata fuit, teſte Modeſtin. Piſtor. *part. 4. quæſt. 141.* add. Dn. Carpzov. *d. l. num. 46.*

Extrajudicialiter infertur *falſum* (1) in inſtrumentis & Sigillis. *l. 1. §. 4. & 6. l. 9. §. 3. l. 16. §. 1. & 2. ff. d. t. l. 13. l. 14. l. 20. C. eod.* vid. peinl. H. O. *ſuprà all. art. 112. verbb.* Welcher falſche Spiegel ꝛc. (2) ſi in contractibus *falſum* commiſſum fuerit, ut ſi quis duobus in ſolidum eandem rem diverſis contractibus vendiderit. *l. 21. ff. d. t.* ſi quis menſuras & pondera *falſaverit. l. 32. §. 1. ff. eod.*

Et ita in Dicaſterio noſtro Menſ. April. 1624. Egidio Peltzen zu Hirſchbergk reſponſum fuit: Iſt Euer Unterthan Hanß Lapp über zweyerlei Maaß / deren eines ein gerecht Achtel / und das ander ein ungerecht halb Achtel oder Metzen ſolcher Geſtalt betreten worden / daß Er unlängſten einer armen Taglöhnerin Catharina Gerberin ein Achtel Korn / und ein halb Achtel Gerſten (ſo die armen Leute durcheinander mahlen und backen wollen) aus dem ungerechten halben Achtel zumeſſende / verkaufft / ungeacht Sie / das arme Weib das rechte Achtel begehret / und das Gedreydig aus dem ungerechten halben Achtel Ihr zumeſſen zu laſſen ſich verweigert; So wird erwehnter Hanß Lapp ſeiner Verbrechung halber / und daß er das falſche Achtel betrieglicher und vorſetzlicher Weiſe gebraucht / geſtalten Sachen und Umbſtänden nach / entweder mit Landes-Verweiſung uff 2. Jahr / oder ziemlicher Geld-Straff ſeinem Vermögen nach zu milden Sachen an zuwenden / nicht unbillich belegt. V. R. W. Si merces corruperit. *d. art.*

112.

112. P. H. O. Pœna hisce casibus est arbitraria. Dn. Struv. *Ex. 49. th. 70.* capitalis scil. vel alia corporis afflictiva. Dn. Hahn *ad Wesenb. d. t. n. 7.* ubi testatur, quod à Nobiliss. Facult. Jurid. Helmstad. pœna fustigationis sæpè dictata fuerit illis, qui per *falsa testimonia* à se ipsis vel aliis *falsò* conscripta & *falsa* sigilla mendicaverant, quales sunt e. g. die Brandt-Bettler / so auf falsche Bettel-Brieffe Almosen sammlen. Eodem môdo judicarunt *Dnn. Scabini Lips. mens. April. ann. 1629.* teste Dn. Carpz. *d. l. num. 73.* So werden sie wegen solches Betrugs / in dem sie auf falsche Brieffe gebettelt / und das Allmosen gesammlet / mit Staupenschlagen des Landes ewig billich verwiesen. V. R. W. (3) in moneta. Vid. *l. 8. l. 9. pr. l. 19. pr. ff. d. t. & t. t. C. de fals. monet.*

Et hoc casu falsum iterum tripliciter committitur. (1.) monetam cudendo; Wañ einer betrüglicher Weise müntzet / und eines andern Zeichen darauff schläget. (2.) illam adulterando, da einer unrecht Metall darzu thut. (3.) radendo seu diminuendo. So der Müntze die rechte Schwehre gefährlich benommen wird. *Ordin. Crimin. articul. 111.* ibique Interpretes. Vigel. Zieritz. & Stephan. *alleg. ap.* Dn. Hahn. *ad Wesenb. d. l.* Pœna est vivicomburium. *l. 2. C. d. t. Ordin. Crimin. articul. 111. verbb.* Welche falsche Müntzen machen / Zeichen / &c. die sollen nach Gewonheit auch Satzung der Rechte mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestraffet werden. Add. Dn. Carpzov. *Prax. Crimin. part. 1. quæst. 42.* Dn. Brunnem. *ad d. l. 2.* Quod procedit in falsificatione monetæ ratione materiæ, quando scil. ex injusta & vitiosa materia fabricatur moneta. Secus putat Dn. Carpz.

 d. l.

d.l.quæst.43.num.1. & seqq. observari, si saltem ratione formæ moneta falsificata fuerit, cùm, per hoc crimen, minus damnum afferatur, v.g. si moneta ex justa quidem materia fuerit fabricata, absque tamen privilegio, vel si alienum signum quis suæ monetæ imposuerit, quibus & similibus casibus fustigationem, relegationem & pœnam pecuniariam pro qualitate facti, & conditione personarum irrogandam esse censet. Hæc de Crimine Falsi in re commisso.

In persona committitur Falsum, si quis nomen fraudulenter mutet. *l.13.pr.ff.d.t. l.un.C.de mutation. nominis.* Si quis insignibus gentis & familiæ alienæ utatur, vel Falso se pro Nobili, Doctore, &c. animo alios circumveniendi, gerat. Bart. *in l. eos in fin.ff.de Crimin. fals.* Domin. Cardin. Tusch. *Practic.conclus. tom.3. lit. F. conclusione 50. num.2.* Dn. Carpzov. *d. quæst.93. num. 35. & seqq.* Pœna est arbitraria, & coërceri potest vel relegatione, vel fustigatione, qualia exempla habet Anton. Faber *in C. d. t. defin. 1.* Dn. Carpzov. *d. quæst.93.n.39. & 40.* Pertinet etiam huc suppositio partus. *l.30. §.1.ff. d.t.* cujus pœna est fustigatio. Dn. Carpzov. *d.l.num.29.* item substitutio alius personæ pro alia, in contractu, vel testamento, judicio, & similibus. Qualem casum suo tempore contigisse scribit Julius Clar. *lib.5. recept. sent. §.testamentum. quæst.59.* ubi mulier sagax maritum statim, postquam expiraverat, è lectô extrahi fecit, & alium pro eô supposuit, qui fenestris thalami clausis & capite pannis involuto simulans se propter infirmitatem vix loqui posse, condidit testamentum, in quô uxorem instituit heredem, & aliis personis diversa reliquit Legata. Vid. Dn. Carpzov. *d.l.n.32.*

Qu. 1. An ille quoque teſtis crimen FALSI committat, & ita pœnæ L. Corneliæ ſit ſubjiciendus, qui nullam pecuniam pro dicendo falſo vel reticendo vero accepit? Affirm. *arg. l. 2. l. 16. §. ult. ff. ad L. Cornel. de falſ.* ubi non diſtingvitur, an mercede conductus ſit teſtis, ut FALSO deponat, an non. Tunc enim committitur FALSUM, quando doloſè in præjudicium alterius veritas immutatur, quod etiam absque pecunia fieri poſſe non eſt ambigendum. Vid. Matth. *ad d. t. c. 1.* Dn. Struv. *Exerc. 49. th. 71.* Wiſſenbach. *d. t. theſ. 8.* Oppon. *l. 1. §. 2. eod.* Diſſent. Maſcard. *de probat. vol. 1. quæſt. 5. n. 71.* Farin. *quæſt. 67. n. 220.*

Qu. 2. Quid de illô ſtatuendum, qui pecuniam quidem accepit, nihil tamen falſi dixit? Bart. & Caſtrenſ. *ad d. l. 1. §. 2. ff. d. t.* affirmant ejusmodi teſtem pœna falſi coërcendum, exemplo judicis, qui punitur ſi venalem, licet juſtam, tulerit ſententiam. Turpiter enim facit, qui pecuniam accipit pro re, quam gratis præſtare debet. *l. 2. in fin. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Quô facit, quod teſtes jurent, ſe velle absque ullo commodo & pretio dicere veritatem, hisce circiter formalibus:
Jch N. N. ſchwehre zu GOTT / daß ich auff die Articul und Fragſtücke / ſo mir vorgehalten werden / die rechte reine und unverfälſchte Wahrheit außſagen / und berichten / auch ſolches nicht unterlaſſen wil / weder umb Gabe / Gunſt noch einiger Urſachen willen.

Econtra alii, quos inter Philipp. Decius *ad c. 1. extr. de Teſtibus* negant, puniendum eſſe ejusmodi teſtem, cum *all. l. 1.* loquatur de teſte, qui pretio conductus FALSUM

dixit

dixit testimonium, non ergò intelligenda de eô, qui verum dixit. Mediam quasi viam amplexus est Canis. *ad d. c. 1. num. 6.* quod testis pecuniam sumens, non tamen FALSUM, ad quod conductus fuit, dicens, non quidem ordinaria FALSI pœnâ, quâ aliàs FALSÒ testificans plectitur, coërcendus sit, sed mitiori & extraordinaria, pro discreti judicis arbitrio. Et hæc opinio in Praxi observatur, prout testis omni exceptione major est Magnif. Dn. Richter *in prælectionib. suis publ. de Anno 1662. ad d. c. 1.* ubi more consveto hæc omnia nitidissimè deducit.

Qu. 3. An FALSI teneatur ille, qui excudit monetam sine privilegio & concessione, in debitâ tamen materia & pondere **an gutem Schroth und Korn**? Affirm. quia ad justam monetam non sufficit materiæ bonitas, sed & publica authoritas. Bart. *in l. qui falsam. ff. d. t.* Zoesius *ad Decretal. tit. de Crimin. fals. n. 4.*

Qu. 4. An pænam falsi incurrat is, qui rasit ac mutilavit monetam justum pondus excedentem, reducendo eam ad justum pondus? Respondet Zoes. *all. loc. n. 5.* quia hoc casu neque ex parte materiæ, neque ex parte formæ ulla est falsitas, posset videri, quod ejusmodi radens non sit FALSARIUS, quamvis reo non sit futurum id facinus impunitum. Opinio itaque laudati Authoris hæc esse videtur, non quidem FALSI, sed aliam mitiorem pœnam hoc casu locum habere. Adstipulatur Dn. Carpzov. *part. 1. quæst. 43. num. 35. & ibi allegati Dd.*

3. Familiariter.

Adverbium hocce eâdem gaudet significatione, quâ

quà illud: *Amicè*, nec in jure nostro infrequens est. Vid. suprà Adverb. *Expressè*: ubi quærebatur: An injuria remissa censeatur, si injuriatus cum injuriante *Familiariter* conversatus fuerit. Add. Magnif. Dn. Richter *cent. regul. jur. reg. 2. num. 68. verbb. cum eo* familiariter *conversari.* Descendit autem à nomine familiaris, in cujus significationem aliquantò plenius inquirere lubet: Naturâ siquidem stipitis probè considerata facilis erit de fructibus præsumtio.

Qu. ergò (1.) de naturâ & significatione prædictæ vocis, quisnam verè dicatur Familiaris? Propriè & strictè illum dici volunt *familiarem*, qui expensis ejus, cujus dicitur familiaris, continuò vivit & moratur cum eò. *c. sicut nobis. ult. de V. S. in 6.* Franc. *in d. c. num. 4.* Oldrad. *consil. 198. pr.* Castrens. *lib. 1. consil. 341. num. 2.* Domin. Card. Tusch. *Practic. conclus. tom. 3. conclus. 72. lit. F.* Nec absimilis est *familiaris domestico.* Aretin. *consil. 13. num. 14. 15. & 17.* Tusch. *d. l. num. 28.* Hess. *centur. 3. conclus. 51. & 55.* ubi tradit, *domesticos* vocari *familiares*, ita, ut quilibet, qui *familiaris* appellatur, sit *domesticus* & vice versâ. Et postea *ibid. num. 29.* statuit, *familiarem* & *domesticum* esse Synonyma, quæ scil. idem significent & importent. *Domestici* verò sunt, non solùm quibus imperari potest ratione patriæ vel dominicæ potestatis, sed etiam, qui alicujus expensis sese sustentant, quamvis sine salario serviant, sic *domestici* sunt: Conjuges, filii, servi, coloni, adscriptitii, mercenarii, famuli & similes. Schneidevv. *ad §. testes 6. Institut. de testam. ordinand.* Magnif. Dn. Præses *in laudat. suis prælect. publ. ad tit. extr. de testib. & attestat. cap. in literis. 24. & part. 1.*

decis. 31. num. 1. cum seqq. item part. 4. consil. 7. num. 29. & 30. & consil. 25. num. 20. Zœsius *ad d. c. 24. num. 3.* Bertach. *repertor. juris. voc. familiaris. pag. 109.* Deindè latè illi quoq; dicuntur *familiares*, qui amicitiæ nexu alicui sunt conjuncti, prout *Cic.* amicos suos plerumque vocat *familiares.* Atque in hoc sensu accipitur adverbium *familiariter.* Vid. latè de vocabulo *familiæ l. 195. de V. S. & ibi* Wissenbach.

* Qu. 2. An familiares & domestici possint esse testes? Neg. regulariter *per l. 6. & l. pen. ff. de testib. l. 3. C. eod. c. in literis. 24. extr. de testib.* Suspecti enim à testimonio dicendo repelluntur. *l. 1. pr. & l. 3. pr. ff. de testib.* Domestici autem sunt tales. *d. l. 6. l. pen. ff. l. 3. C. d. t.* cùm ipsis imperari possit ratione patriæ vel dominicæ aut alius
* potestatis. Huc tamen hodiernis moribus non referimus subditos, qui scil. alicui subsunt ratione Jdictionis. Hess. *Pract. conclus. cent. 3. concl. 66. num. 34. & seqq.* Dn. Carpz. *p. 1. const. 16. defin. 64.* Magnif. D. Præses *in laudat. Prælect. publ.* Admittuntur enim hodiè subditi, ut sint testes in causis Dominorum, modò ipsis hac in re remissio fiat à juramento, quô aliàs Domino sunt obstricti. Wenn die Unterthanen ihres Eydes von der Obrigkeit erlassen werden. Hinc tradit Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 7. num. 29.* Aber ich habe in Practica observiret/ daß man in solchen Sachen die Unterthanen der Pflicht/ damit sie dem Herrn verwandt/ loßgezehlet/ so viel das Zeugnüs belanget/ daß sie ohne Scheu derselben die Warheit bekennen mögen/ und in solchem Fall werden gemeinem Gebrauch nach die Unterthanen auch in Sachen ihre Herren belangend

zu zeu-

zu zeugen zugelassen. Et hoc jure utimur. Dn. Carpz. *d. l. num. 5.* Cæterùm opinioni antea traditæ de prohibito teſtimonio domeſtico opp. *l. 8. §. 6. C. de Repud. can. 1. cauſ. 13. quæſt. 2. c. 6. & 12. extr. de teſtib. & ſimiles txx.* ad quos ſolidè reſpondet Magnif. Dn. **Richter** d. l.

4. Fataliter.

FATALITER in jure noſtro præprimis id fieri dicitur, quod pro divinæ voluntatis præſtituta ſerie accidit, & hominis prudentia præcaveri & averti non poteſt. Sic in quæſtione: An partus monſtroſus proſit matri, ne incidat in pœnam L. Juliæ Pap. quæ orbas ſemiſſe multabat eorum, quæ in teſtamento ipſis relinquebantur? Wiſſenbach. *ad tit. de V. S. Diſput. 32. th. 9.* Vel ut vult Dn. Strauch. *Diſſert. 2. theſ. 3. in fin.* An partus monſtroſus proficiat matri ad jus trium liberorum? deciditur *in l. 135. ff. de V. S.* quod proſit. Subjungitur decidendi ratio, quod id, quod *fataliter* acceſſit, matri damnum injungere non debeat. *Alleg. autem l. 135.* valdè obſtare *l. 14. ff. de ſtatu hom.* creditur. Vid. Gædd. & Coſtal. *ad d. l. 135.* Pacius *cent. 1. antinom. 25.* Eodem ſenſu FATO quid fieri dicitur, ut in *l. 11. §. item. 4. ff. de Minor.* & damnum *fataliter* accedens *fatale* dicitur, ut in *l. 3. §. 1. ff. Naut. Caup. ſtab. verbb. niſi quid damno* fatali *contingit.* & in *l. 52. §. damna 3. verbb. damna* fatalia. *ff. pro ſoc.* Deinde & alio modo *fatale* id dicitur, quod velut deciſivum ita præſtitutum & præfixum eſt, ut, niſi præciſè obſervetur, damnum irreparabile afferat, ut *terminus vel dies* fatalis. *Vid. l. præcipimus. 32. pr. verbb.* fatali die. *C. de Appell. & l. 2. pr. verbb. tempore* fatalium dierum. *C. de tempor. appellat.* Tempora fatalia ut in appellationibus, de-

quibus *vid. dd. txx.* Tusch. *Pract. concl. tom. 3. concl. 82. lit. F.* Hæc Fatalia sunt vel interponendæ, vel introducendæ, vel prosequendæ appellationis, quibus elapsis appellatio & tota lis quasi mortua est. *vid. l. properandum. 13. § hujusmodi 5. verbb. non autem tunc mors litis. C. de judic.* Per *fatale* enim sæpè mors intelligitur, uti ex *l. 3. in fin. de instruct. vel instrum. leg.* probare nititur Calvin. *Lex. jurid. voc. Fatale.*

Qu. I. An FATALIA interponendæ appellationis, decendium scil. pactis litigantium possit prorogari? Neg. Hæc enim pactio esset contra LL. *Auth. hodie. C. de Appell.* atque sic nullius momenti. *l. non dubium. 5. C. de LL.* cùm jus publicum pactis privatorum mutari non debeat. *l. jus publicum. 38. ff. de pact.* Vid. Mynf. *cent. 3. obs. 11. & cent. 2. obs. 68.* Gail. *1. obs. 139. n. 6.* Arum. *Disp. ad ff. 26. th. 11.* Opp. *l. ult. §. ult. C. de tempor. appell.* Resp. text. ille loquitur de fatalibus prosequendæ appellationis. add. *Auth. si tamen. C. d. t.* Mynf. *d. obs. 68.* Bachov. *vol. 2. ad Treutl. disp. ult. th. 8. lit. H. & I.*

Qu. 2. An pauperi currant hæc *fatalia?* Distingv. an appellatio requirat sumtus, ut si in scriptis fiat, an verò nullos, puta si viva voce in continenti fieri posset. Priori casu fatalia pauperi non currere æqvum arbitramur, modò intra 10. dies appellaturus pauper suam paupertatem in judicio alleget, & sic judici, ut judici, de illa constet. Dissent. Jason *in l. invitus. C. de Procur. n. 8.* ex hâc ratione, quod sumtus sint modici, qui requiruntur ad appellationem interponendam, & sic attendi non debeat, an pauper quis sit, an non. Respondet Dn. Arum. *d. l. th. 5.* Sumtus Jasoni fuisse modicos, quia dives fuit, at non

non pauperi, cui solet unus nummus pretiosior esse, quàm diviti 100. Add. Gothofr. *in addit. ad Schn. Comm. Instit. de R. D.* §. *gallinarum. 16. lit. G*, ubi dicit, quod modicum dicatur & intelligatur ex circumstantiis etiam personarum. Posteriori verò casu, ubi nulli sumtus desiderantur, fatalia pauperi currunt. Vid. Gail. *1. obs. 142.* Wissenbach. *tit. ff. quando appell. th. 13.* Arum. *d. l.*

5. Favorabiliter.

Hoc adverbiò denotamus beneficium atque privilegium, quod in singularem *favorem* alicujus introductum est. Sic propter summum libertatis favorem peculiare quid *favorabiliter* rescripsisse Impp. dicitur in *l. divus Pius. 26. ff. de manum. testam.* Simili modo singulare quid in commodum pupillorum *favorabiliter* constitutum reperitur in *l. pupillus. 9. ff. de acquir. vel omitt. hered.*

Qu. 1. An beneficio Appellationis, quod *favorabiliter* litigantibus præstatur, renunciare possint partes? Affirm. per *l. ult.* §. *ult. C. de temp. Appell. l. 1.* §. *si quis. 3. ff. à quibus appell. non lic.* Opp. Quod appellatio statuto tolli nequeat. Roland. à Vall. *vol. 1. cons. 29.* Gail. *1. obs. 135. n. 12.* Mynf. *cent. 1. obs. 14.* Multò minus pactis privatorum, cùm statutum populi longè sit potentius. *l. generaliter. 28. verbb. Si. n. C. de Fidej.* Respondet 1. Mynf. *d. l.* reddendo diversitatis rationem. 2. Responderi potest, quod per statutum appellatio *favorabiliter* pro litigantibus introducta iis *invitis* tollatur, quod non admittendum, siquidem id, quod in alicujus favorem introductum est, in ipsius odium retorqueri non debet, *per vulgat.*; In renunciatione verò partes *volentes* juri suo valedicunt.

* Qu. 2. An filiusfamil. SCto Macedoniano pro se *favorabiliter* introducto renunciare possit? Neg. SCtum enim hoc in odium fœneratorum atque non solùm in filiifam. sed etiam Parentum atque Reip. favorem introductum est, quibus Filiusfam. sua renunciatione præjudicare nequit. Vid. Dn. Hahn. *ad Wesenb. de SCto Macedon. num. 3. p. 916. & seq.* Wissenb. *d. t. th. 32.* Arum. *Disp. ad ff. 12. th. 6.* Dissent. Zas. *2. resp. 18.*

* Qu. 3. An mulier renunciare possit SC. Vellejano *favorabiliter* pro se introducto? Affirm. *arg. l. pen. C. de Pact.* Differentiæ rationem inter hoc & Macedonianum SC. vide in *l. 40. ff. de condict. indeb.* Dissentit D. Arum. *d. disp. 12. th. 7.* vid. suprà: *Enixè.*

6. Ferè. Fermè.

Adverbiis hisce utuntur JCti (1) in danda quadam definitione vel divisione. Hæ enim cùm in jure sint periculosæ, ideò illis adjiciuntur particulæ: FERE, FERME, *penè* &c. quibus generalitas orationis restringatur. ut in *l. 153. ff. de R. J. Ferè* quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur. item in *l. 209. ff. eod. l. 108. d. t.* Sic etiam cum Imperator. *tit. Inst. de jur. Nat. G. & c.* dicimus: Ex jure gentium omnes *ferè* contractus introducti sunt, ubi generalis assertio per particulam *ferè, penè* restringitur, ut indigitetur, dari etiam contractus à jure Gent. non introductos, sed à jure civili excogitatos, quos inter non referimus contractum Emphyteuticum, Vid. Dn. Struv. *Ex. 11. th. 52. & Ex. 24. thes. 28.* Neque exinde colligere volumus, dari contractus merè civiles. Hos enim nullatenus admittimus. Deinde &

(2)

(2) adhibent voculam *ferè* pro *plerumq;*, *penè semper*, ut notat Calvin. *Lex. jurid. voc. ferè.* ut in *l. 68. §. 1. de contrab. emt.* dicitur *ferè* i. e. plerumque aliqui solent hæc verba adjicere &c. (3) Exponi quandoque potest vox: ferè, negativè, unde dicitur: *ferè* feci i.e. non feci. Alberic. de Perg. ap. Döring. *Bibl. JCtor. voc. adverbium. partic. ferè. pag. 691.*

7. Fictè.

Hoc Adverbium à *fingendo* dictum toties adhiberi potest, quoties *fictio*, quâ id quod per rerum naturam ita se habere posset, sed ita reverà non est, legis dispositione ob æquitatem perindè habetur, ac concipitur, ac si ita esset. Estque vel *affirmativa & positiva*, e. g. qui pro Rep. ceciderunt, in perpetuum vivere intelliguntur. *pr. Inst. de Excus. tut.* vel *negativa & privativa.* vid. *§. 5. Inst. de Action.* vel *translativa*, quæ itidem multiplex. vid. *l. 1. C. de Donat. l. 74. ff. de contrab. emt.* Dn. Hahn. *ad Wesenb. tit. de probat. & præsumt. n. 15. pag. 113.* Dn. Struv. *Exerc. 28. thes. 20.* & latè Domin. Card. Tusch. *lit. F. Conclus. 216. & seqq.*

8. Fideliter.

Mater hujus adverbii est FIDES, à qua prodeunt nomina *fidelis* & *fidelitas*. FIDELITER autem id fieri dicitur, quando sincerè & dextrè officio nostro satisfacimus, fidem promissam & debitam servando. Sic Liv. *lib. 3.* dixit: Constanter & fideliter permanere in amicitia Populi Romani. Nec rarus hujus Adverbii usus est in jure nostro, modernis constitutionibus, aliisque negotiis tàm judicialibus quàm extrajudicialibus. Quoties enim *fides* exigi-

exigitur, quod ubique fit, toties adverbium prædictum locum invenit. Sic ſumma requiritur fides in Vaſallo, quam juratò Domino feudi promittere debet, aliàs denegatur inveſtitura, prout expreſſus eſt tx. *2. Feud. 3. in fin.* quod ſcil. nulla inveſtitura debeat fieri ei, qui *fidelitatem* facere recuſat, cùm à *fidelitate* feudum dicatur vel à *fide*. add. de juramento fidelitatis. *2. Feud. 4. 5. & 6.* Unde & literis inveſtituræ apponi ſolet. **Hierauff hat uns N. mit Treuen gelobet/ und darzu den Lehen-Eydt leiblich zu GOtt geſchwohren/ uns und unſern Erben treu/ gehorſam/ gewärtig und hold zu ſeyn.** Schneidevv. *Epitom. feud. part. 1. fol. 26.* Dn. Struv. *Syntagm. feudal. cap. 8. fol. 276.*

* Qu. Si plures ſint Vaſalli defuncti filii, anne *fidelitatis* juramentum omnes præſtare debent? Vid. diſtinguentem Schneidevv. *d. l. part. 5. num. 10.* ubi *num. ſeq.*
* *15.* hanc ſubjicit quæſtionem: An Vaſallus omnibus jurare debeat, ſi Dominus feudi multis relictis hæredibus deceſſerit? Cæterùm, quamvis ad inveſtituram juramentum fidelitatis requiri dixerimus, illud ipſum ta-
* men pacto remitti poſſe à Domino feudi non dubitamus. *2. Feud. 3. in fin. & 2. Feud. 24. §. 1. f.* cùm per hujusmodi pactum non ipſa fidelitas, ſed ſaltem juramentum remittatur, & nihilominus ad omnia ea, quæ aliàs juramento à Vaſallo præſtando continentur, ipſe Vaſallus non jurans ſit obligatus. *2. Feud. 47. in f.* Schrader. *de feud. part. 2. c. 2. num. 27. & c. 4. num. 14.* Dn. Struv. *dict. cap. 8. fol. 274.*

9. Fir-

9. Firmè, firmiter, firmiſſimè.

Adverbia hæc (1.) efficaciam quandam denotantia tùm adjiciuntur, quando e. g. obligatio quædam perfecta eſt, & vires ſuas ita conſequitur, ut cum effectu obligare & adſtringere poſſit. vid. ſuprà: *Efficaciter.* (2.) adhibentur eo caſu, quo certiſſimum & veriſſimum quid alteri inculcamus, ut *in c.3. diſt.4. de conſecrat. firmiſſimè* tene & nullatenus dubites. *can.3. cauſ.15. quæſt.1. c.55. cauſ.1. q.1.*

10. Formiter.

Adverbio hoc utuntur Dd. ad *§. item ſi quis poſtulante. 11. Inſtitut. de Action. & l.13. §.3. ff. de jurejur.* Quæſtionem namque ibi movent: An ex jurejur. nova detur actio? Et Diſtingvunt: An *formiter* juratum ſit, an *informiter.* Priori caſu tribuatur utraque actio, vetus utiliter ex contractu, & nova Prætoria, ex juramento. Poſteriori verò ſola competat Prætoria ex juramento. *Formiter* autem jurari dicitur, quando cauſa, & forma contractus, propter quam juratur, adjicitur, e. g. juro, quod mihi ex emtione venditione debeas 100. *Informiter* juratur, ſi juro ſimpliciter, quod mihi debeantur 100. abſque expreſſione cauſæ vel contractus, aut formæ obligationis, ex quâ debetur. Ipſum quoque juramentum priori modo præſtitum dicitur *forme:* Alterum *informe.* Vid. Zaſ. Mynſ. *num.15.26. & ſeqq.* & alii interpp. *ad d. §. item ſi quis poſtulante. 11.* Schneidevv. *ibid. num.61. & ſeqq.* Oldendorp. *claſſ.1. act.9. pag.107.* Calvin. *Lex. jur. voc. formiter.*

II. Forſan, Forſitan, fortaſſis, fortassè, fortè.

Adverbia hæc plerumque dubitationem quandam & dubium eventum innuunt. *l. 29. §. 8. verbb.* Forſitan *ad dubitat. ff. de liber. & poſthum. l. 167. verbb.* fortaſſis *quis dicet. ff. de V. S. l. 1. §. 2. verbb. ſi quis* fortè *expoſitus quorum parentium eſſe ignoret*, fortassè *& ſerviat l. 44. §. 6. verbb. &* fortassè *jam liberi procreati ſint. ff. de R. N.* Deinde orationi adjici ſolent hæ particulæ modeſtiæ cauſa, ſic *in l. 34. ff. de recept. arbitr.* dicit Paulus: & *fortassè* poterimus ita fidejuſſoribus conjungere; ubi ad verbum *fortassè* notat gloſſ. hæc: ſub dubio: fortè, reſpondent ſæpè periti, ut hîc & in *l. mutus 53. ff. de Procur.*

Cæterùm cùm occaſione hujus adverbii de dubitatione fuerit actum, quærere lubet: An dubitans poſſit uſucapere? Negat. In uſucapione enim b f. ab initio requiritur; *l. 48. §. 1. ff. de A. R. D. l. 15. §. 2. ff. de Uſurpat. & Uſucap.* & quidem poſitivè, i. e. ut revera adſit bona f. neque ſufficiat, poſſidentem in non mala fide eſſe conſtitutum. Dubitans autem in b. f. non eſt, putat ſiquidem, rem *forſan* ad alium pertinere. Ergò uſucapere nequit, ſi ab initio dubitet. Neque attendimus, an dubium fuerit ſpeculativum an Practicum. Neutrum enim bonam f. ponit, modò oriatur ex præſumtionibus, ex quibus probabiliter colligi poteſt, rem eſſe alienam, non tamen certò intelligi. Facit huc, quod nulla alia de causâ per L. C. interrumpatur uſucapio, niſi quod per eam poſſeſſor incipiat vacillare & dubitare de

jure

jure ſuo. *l. 10. C. de acquir. poſſ.* Bach. *ad Tr. vol. 2. diſp. 22. th. 6. lit. D.* Zæſius *ad Decretal. tit. de Præſcript. num. 9.* Dn. Unpep. *Exerc. Juſtin. 7. quæſt. 2.* Gædd. *ad l. 109. de V. S.* Dn. Arum. *Exerc. Juſtin. 6. theſ. 5.* Andler. *medull. jur. tit. de uſucapion. num. 7.* Dn. Strauch. *Diſſert. 8. th. 12.* ibique Dn. Schröter *in prælect. publ.* add. Dn. Struv. *Exerc. 43. th. 12.* ubi paulò aliter hæc explicat. Diſſentire videntur Wiſſenb. *tit. de Uſurpat. & Uſucap. th. 6.* Fachin. *lib. 1. controv. c. 65.* & alii.

12. Fortuitò.

Id quod caſu contingit, & quaſi fataliter, FORTUITÒ fieri dicimus. Eſt autem *Caſus fortuitus* inopinatus eventus, quem conſilio cura & diligentia non potuit prævidere & avertere is, cui accidit. Dn. Struv. *Ex. 19. th. 30.* vid. ſupra: *Fataliter.*

Qu. An caſus fortuitus ſit præſtandus ab eô, qui rem alienam detinet. Neg. regulariter. Cùm illa, quæ fortuitò contingunt, culpæ non ſint imputanda. *arg. c. ſi verò. 3. extr. de Sentent. excommun.* Hinc res per caſum fortuitum deteriorata aut planè extincta perit ſuo Domino. *l. 23. ff. de R. J. l. 6. l. 9. C. de pign. action. l. 18. pr. ff. Commod. §. ult. Inſtit. quib. mod. re contrab. obl.* (Hac tamen aſſertione non obſtante rei venditæ & nondum traditæ periculum ad emtorem pertinere exiſtimamus, quamvis non ſit Dominus. Vid. *l. 34. §. pen. ff. de contrahend. emt. l. 11. in fin. princip. de Eviction.*) Præſtandi verò ſunt caſus *fortuitò* contingentes, ſi culpa, vel mora caſum præceſſerit, vel pacto aliquis v. g. conductor caſus in ſe ſuſceperit, & tunc juxt. Dn. Struv. *Exerc. 19. th. 44.*

* *& Exerc. 24. thes. 17.* indiſtinctè tàm ſoliti, ut vocant, quàm inſoliti ſunt præſtandi. Diſſent. Dd. communiter. Vid. Gail. *2. obſ. 23. num. 18. & 19.* Magnif. Richter *part. 2.*
* *conſil. 34. n. 45.* Köppen. *Deciſ. 27. n. 17.* Neque opus eſt in hujusmodi pactis, caſus, qui contingere poſſunt, in ſpecie exprimere. Dn. Struv. *d. l.*

13. Fraternè.

Adverbium hoc denotat officium fratrum, quid nimir. fratres deceat. Sic *fraternè* amare extat ap. Cic. *lib. 1. Epiſt. ad Attic.* pro eò, quod eſt: tanquam fratrem amare. Add. Calvin. *Lex. jur. voc. Fraternè.* Hinc Fraternitas, ut in *l. 63. pr. ff. pro ſoc. l. 13. §. 2. C. de Probat.*

14. Fraudulenter.

Doloſè atque fallaciter aliquid peragens illud *fraudulenter*, i. e. animo nocendi, alterum circumveniendi & ſui lucri cauſa facere dicitur. Patet hinc *Fraudulenter* idem eſſe, ac *doloſè, fallaciter*, de quibus adverbiis cum ſupra dictum fuerit, brevitatis ergò benevolum lectorem eò remittimus.

15. Frequenter.

FREQUENTER fieri dicitur, quod fit *aſſiduè, ſæpiùs, multoties.* Vid. *l. 4. C. de uſur. pupillar. verbb. denunciationibus* frequenter *interpoſitis. c. quoniam. extr. ut lit. non conteſt. verbb. quoniam* frequenter *in dubium revocatur. l. 5. ff. de LL.* ubi dicitur: ad ea potius, quæ *frequenter* & facilè, quàm quæ perrarò eveniunt, &c. Quæri-
* tur autem, quotnam requirantur vices, ut aliquid *fre-*

quen-

quenter fieri dicatur? Et communiter reſponderi ſolet, quod adverbium *frequenter* verificetur etiam in duabus vicibus, vel: quod id etiam *frequenter* factum dicatur, quod bis contigit. Vid. Döring Bibl. JCtorum *adverb. frequenter*, & ibi allegatos. Calvin. *Lex jur. voc. frequenter.* Forſan rectiùs *frequentiam* determinandam judicis arbitrio relinquimus. Ab hac opinione dependet etiam iſtius quæſtionis deciſio: Quotnam actus requirantur ad introducendam conſvetudinem, ad quam *frequentiâ* actuum judicialium vel extrajudicialium, opus eſt? Melius reſpond. non tàm actus duos vel tres inſpiciendos eſſe, ſed potius diſcreti judicis arbitrio committendum hoc, ut ille de actuum *frequentiâ* ſtatuat, an ſufficiens ſit nec ne. Mynſ. *cent. 6. obſ. 41. n. 7.* Althuſ. *jurisprud. Rom. lib. 1. c. 2.* Ludvvel. *ad §. 9. Inſtit. de jure N. G. & C.* Dn. Struv. *Exerc. 2. theſ. 10.* Dn. Hahn. *ad Weſ. tit. de LL. fol. 142.*

16. Fruſtrà.

Convenit hoc adverbium cum illis: *inutiliter, in caſſum, abſq; effectu, inconvenienter.* Quam ſignificationem retinet *in c. 7. diſt. 8.* ubi dicitur: *Fruſtra* ſeu *in caſſum & incongruè* conſvetudinem objiciunt, qui ratione vincuntur, quaſi conſvetudo major ſit veritate, & in *l. 1. §. 1. in fin. ff. quando appellandum*, prout multi ſtatuunt, quaſi tutores nominati ab ipsâ denunciatione & nominatione *fruſtrà* & abque ullo effectu appellent. Quod an admittendum, videamus quæſtione jam ſequent.

* Qu. nim. An tutores *frustrà* appellent à denuntiatione, & sic prius expectare teneantur sententiam judicis inferioris excusationes rejicientis. Neg. quod *frustra*, i. e. absque effectu appellent. In illorum namque arbitrio positum esse putamus, an velint statim appellare, quando dati sunt tutores, an verò prius excusationes allegare, & his rejectis denuò ad superiorem provocare, propter *l. 39. §. 6. de administr. & peric. tutor. l. 60. §. ult. ff. de R. N. l. 4. pr. ff. de Excus. tutor.* qui txx. generaliter loqvuntur, quod à tutela appellari possit, & propterea restringi non debent ad appellationem, quæ fit à sententia, præprimis cùm in *d. l. 39. §. 6.* dicatur: tutorem appellasse non adversus sententiam, sed adversus creationem. Dn. Ungep. *Exerc. Inst. 4. quæst. 4.* Dn. Struv. *Exerc. 31. th. 59.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. disp. 9. th. 1. lit. C.* Dissentit cum aliis Wissenb. *tit. de Excus. tut. th. 15.* per *d. l. 1. §. 1. quando appellandum*, ubi dicitur: Quod tutorem non oporteat antè appellare, quàm sententia fuerit lata, item: quod si tutor prius appellet, *frustrà* apellatum fuerit. Respond. Sola ibi necessitas appellandi remittitur, ut tutorem non oporteat, i. e. ut cogi non possit tutor statim appellare. Sin verò tutor sua sponte appellatione uti velit, nemo jure illum prohibere potest, quamvis frustrà, i. e. absque necessitate appellet, cum sententiam prius expectare potuisset. *add. l. 13. pr. verb. necesse.* Opp. (2.) *§. 16. Instit. de Excus. tut.* (3.) *l. 3. in fin. princ. ff. eod.* (4.) *l. 1. ff. de Appellat.* quod scil. appellatio debeat fieri à sententia.

17. Furiosè.

Hoc adverbio denotamus (1) qualitatem alicujus actus

actus à furioso verè tali provenientis. Sicuti enim ea, quæ ab homine judicii viribus pollente perficiuntur, *considerate* gesta, ita & facta à furioso *furiosè* peracta dicuntur. Deinde & (2) ille quoque *furiosè* agere dicitur, qui reverà quidem furiosus non est, furioso tamen respectu certæ cujusdam actionis non absimilis, v. g. qui nimio iracundiæ calore percitus aliquid mali committit, *furiosè* id egisse sæpè dicitur, cùm ira sit furor brevis.

18. Furtim. Furtivè.

Adverbia hæc furtivitatis vitium denotare inter alia clarum est ex *t. t. ff. Arborum* FURTIM *cæsarum*. Committitur autem aliquid *furtim*, vel manifestò in conspectu aliorum, si videlic. fur videatur aut deprehendatur, antequàm res *furtim* ablatas ad locum destinatum perferat, unde furtum manifestum: aut clanculum perficitur furtum, ut fur prædicto modo non deprehendatur, unde furtum non manifestum. Speciem mixtam furti non agnoscimus, quam probare quidam satagunt ex *l. 21. pr. ff. de furt.* Priori casu, in furto scilic. manifesto, pœna est quadrupli, cui simplum non inest, §. 5. *Instit. de furt.* ut ita gravior videatur, quàm pœna rapinæ, quod tamen improbius delictum. vid. *pr. Inst. de vi bonor. raptor.* Posteriori verò casu, quando nimir. furtum non manifestum factum est, pœna dupli constituta est. *d.* §. 5. Hodiè pœna memoratorum delictorum immutata est per *Ord. Criminal. Carol. V. artic. 159.* ubi de furto & 129. ubi de rapina agitur. *

*

Qu. 1. An res è navi ejectas occupans, *furtim* illas apprehendisse, & *furtivè* detinere dicatur? Affi. de rebus navis levandæ causa ejectis, per §. *ult. Instit. de R. D.* Opp. *l. 43. §. 11. ff. de furt.* Vid. Dn. Struv. *Ex. 41. th. 60.* *

Qu. 2.

Qu. 2. de arboribus *furtim cæsis*, quænam pœna statuta sit in eos, qui arbores alienas *furtim* succidunt? Jure vet. actio in duplum adversus succidentem competebat. *l.7.§.ult.ff.arbor.furt.cæsar.* Hodiè verò præter restitutionem damni pœna est arbitraria, juxta P. H. O. *art. 168. verbb.* **Welcher aber eines andern Holtz verbotener weise hauet/ der sol gestraffet werden nach Gewohnheit jedes Landes oder Orthes.** Quapropter cùm pœna locorum consuetudini relicta sit, hinc in foro Sax. ille, qui *lucrifaciendi* causa arbores *furtim* cædit, pœnæ furti subjacet, quæ tamen plerumq; ob rationem, quam habet Dn. Carpz. *part. 2. prax. crim. qu. 83. n. 24.* Et in fustigationis, relegationis vel carceris pœnam converti solet, pro modo damni dati. Sic ann. 1625. mens. Jan. à Dnn. Scab. Lips. in casu damni majoris, pœna fustigationis dictata fuit; In casu verò damni levioris pœnam carceris prædicti Dnn. Scabin. Lips. mens. April. An. 1606. cædenti imponendam esse judicarunt: **Hat** V. R. **bey nächtlicher Zeit/ als er wegen der Mordbränner die Wache halten sollen/ eilff Satzweiden/ so dem Pfarr-Herrn gewesen/ abgehauen/ ꝛc. So wird er derowegen gestalten Sachen nach über das allbereit erlittene noch mit zeitlichen Gefängniß gestraffet/ V. R. W.** Sin verò non lucrifaciendi, sed *nocendi causa ex merâ petulantia* quis damnum dederit, ultra æstimationem damni dati pro unâquaq; arbore cœsa solvere debet 30. solidos: **30. Schillings-Pfennige/ thut 2. alte Schock/ oder 40. Meisnische Groschen.** Vid. Const. Elect. Saxon. *part. 4. const. 37.* Dn. Carpzov. *d. l. num. 7. & seqq.*

Lit. G. H. & I.

ADVERBIUM I.

Generaliter.

HOc Adverbium deſcendit à genere, & totidem ferè ſignificationes admittit, quot primitivum ſuum, quod variè ſumitur, cujus etiam uſus in jure noſtro haud rarus eſt, & (1) idem eſt, quod regulariter, vel quatenus non attenduntur ſingulares circumſtantiæ. (2) generaliter dicitur, quod imò etiam indefinitè intelligendum eſt, *gl. in verb. generali. c. quoniam. de conjug. lepros. c. ſi Romanor. 19. diſtinct. l. 8. ff. de publ. in rem act.* & tunc, quando genus indefinitè poſitum eſt, non ſemper quævis ponitur vel intelligitur ſpecies. Non enim ſtatim, quodcunque de genere prædicatur, & de qualibet ſpecie prædicari poteſt, ſi ſcil. ſpecierum magna ſit diverſitas, exemplo ſeſe offert *c. naturales. ſi de feud. defunct. content. ſit. 2. Feud. 26.* ubi habetur, quòd naturales filii, licet poſteà fiant legitimi, ad ſucceſſionem, nec ſoli, nec cum aliis admittantur; hoc enim de legitimatis per ſubſequens matrimonium non debet intelligi, cùm hi omnia jura juſtorum & legitimorum liberorum conſequantur, atque ita ab aliis legitimis non differant, *Nov. 12. c. ult. Novell. 74. c. 1. & 2. Novell. 89. c. 8. c. tanta vis. X. qui fil. ſint legit.*

Magnific. Dn. Præses, JCtus longè Celeberrimus, Dominus ac Patronus meus etiam post funera colendus, in centur. Reg. XXXVII. num. 13. seqq. Restringendus itaque hic §. naturales. ad legitimatos per rescriptum Principis, non tamen petenda illa restrictio ex ipsis dicti §. verbis, sed desumi potest ex ratione illius text. quia scilic. legitimati propterea excluduntur, quòd successores feudales debeant ex primi acquirentis sanguine legitimè descendere, quod de legitim. per subsequens matrim. rectè dici potest, eodem enim jure habentur, quò post nati, quia, licet tempore nativitatis nuptiæ nondum initæ, postea tamen maritus & uxor facti sunt, ex quibus hi procreati: adeoque rectè dicuntur subsecuto matrimonio ex iis, qui jam maritus & uxor sunt, descendisse; Legitimatorum autem per rescriptum Principis longè alia est ratio, quam vide *in Syntagm. Jur. Feud. Magnif. Dn. Struvii, JCti Celeberrimi, Domini ac Patroni mei omni observantiâ submissè colendi, cap. 9. num. 12. pag. m. 306.*

Ubi etiam rectissimè monet, in hoc speciales locorum constitutiones esse spectandas, cùm in quibusdam locis hi non admittantur ad successionem in feudis.

Deinde in jure pro regula habetur, quæ tamen variè limitatur: generaliter dicta, generaliter intelligenda esse, *l. 1. §. 1. d. leg. præst. contr. tabb. bon. poss. pet. l. 3. junct. gl. d. off. præsid. cum vulg.* per ejusmodi enim verba de omnibus censetur cogitatum. *l. 7. qui jure. d. testam. milit.* siquidem generaliter ac sine distinctione prolata, generaliter ac sine distinctione sunt accipienda, *l. 3. §. 3. in f. ibiq. Accurs. d. aleat.* cùm generalitas extendatur ad omnia. *l. 7. de acceptil.* Ut & hinc, quæ in generali verborum impor-

tan-

tantia hærent, dicantur expressa, vid. *prælaudatus Magnif. Dn. Præses p. 5. cons. 20. num. 49. seq.* & expressio generis continentis species, idem operetur, ac si singulæ species essent expressæ, *per. l. si chorus. 79. in pr. d. leg. 3.* ubi Celsus, si chorus aut familia legetur, perinde est, quasi singuli homines sint legati, add. *Anchor. cons. 3. num. 4. in f. vers. sicut enim.* quibus adstipulatur Papinian. *in l. 66. §. 3. de Leg. 2.* inquiens: qui legat homines, sub compendio verborum, censetur singulos legasse; licet aliàs generale verbum non semper sit generaliter intelligendum, *c. ad nostram. ibiq. gloss. de jurejur.* & diversum hoc in variis sit speciebus, de quibus *per Andr. Alciat. in tr. de V. signif.* Hæc tamen dicta ita demum procedunt, si scil. par eademque omnium est ratio casuum, qui sub verbis illis generalibus possunt comprehendi, *Br. in l. si pluribus 44. de Leg. 2. Paul. de Castr. cons. 187. vol. 2.*, altera etiam pars non maneat decepta, damnumque sentiat, tunc enim generaliter non sunt intelligenda, sed restringenda, per *Paul. in l. pen. ff. ad exhib. l. 5. de transact. l. 35. de pact. l. 6. de pign. Aym. Cravett. cons. 70. n. 28. vol. 1. Ant. Bat. cons. 9.* Et per Cravett. *cons. 294. n. 5. vers. secundò principaliter.* hæc indifferenter procedunt in omni dispositione generali negativè concepta; quia omnis negatio universalis negat confusè & distributivè; quod tamē ita declarat *Feder. d. Senis. cons. 223. circa fin. vers. item non obstat decreti ex parte.* ut verba sint apta & forsan intentio Principis non reddatur dubia; rescriptum enim principis generale non est trahendum ad ea, quæ princeps concedere nequit, vel ad quæ concedenda se admodum difficilem præstare solet. *Cravett. cons. 172. num. 4.* Proinde hanc regu-

lam etiam obtinere in generali renunciatione factâ per fidejussorem omnibus sibi competentibus beneficiis, quia perinde, ac si beneficia omnia expressisset, censeatur renunciâsse de rigore juris, licet propter consuetudinem Notariorum, qui solent specificare beneficia, non comprehendat omnes species, asserit *Bald. cons. 4. per tot. lib. 1. Tusch. concl. Pract. 169. Renunciatio generalis facta omnibus beneficiis. Jacob Thoming. decis. 1. num. 14. seqq. Ant. Hering. in tr. de fidejuss. c. 17. num. 39. seqq.* quod tamen de Jure Sax. & praxi non valere dicit *Carpz. p. 2. const. 17. d. 1. & 2.* Et hoc ita etiam in venditione est, vendens enim certa prædia nominatim, si posteà subjungit clausulam generalem, quòd in venditione comprehendantur generaliter omnia alia bona, quæ venditor habet in d. loco, cujuscunque materiei & qualitatis sint, ea etiam censetur vendidisse, quia constito, quòd tempore venditionis venditor haberet alia bona in loco, sunt comprehensa, quia tantundem operatur generalis dispositio quoad omnia sub genere illo contenta; quantum specialis, quoad species expressim numeratas, *d. l. si chorus 74. in pr. de Leg. 3. l. omnes 4. C. de præscript. 30. annor. Alex. cons. 105. consideratis verbis lib. 6.* ubi, quòd casus nullum habeat dubium, allegat *tx. in l. si duo. 51. de administr. tut. in f.* & extendit hoc etiam ad castrum, vendito enim eo, dicit, cum omnibus suis pertinentiis, veniunt omnia, quæ de jure & consuetudine castro sunt deputata, *d. cons. 105. num. 2. verb. benefacit. lib. 6.* generalis quòd locutio nihil relinquat intactum & omnia includat, per *Cravett. cons. 162. num. 2.* hæc tamen regula fallit, in concessa per principem alicui venatione der Jagten in literis investitu-

ſtituræ ſimpliciter & in genere, tunc enim non de omni venationis ſpecie, ſed tantùm de inferiori ferarum captura ipſum cogitâſſe verius eſt; quia generali conceſſione non tranſeunt ea, quæ princeps vix ſpecialiter alicui concedere ſolet, *cap. in general. 1. de R. J. in 6. l. 6. de pignor.* Specialis itaque ubi requiritur proviſio, generalis non ſufficit, *A. Knichen de Veſtitur. pactiou. p. 2. c. 2. n. 32. ſeq. Carpz. p. 3. c. 32. d. 17. num. 14.* ubi dicit ex Heigio, quòd ex juris fundamentis forſan aliud defendi poſſit, hâc in re tamen non tàm juris civilis definitionibus, quàm obſervantiæ inherendum eſſe, add. *Magn. Dn. Præſ. deciſ. 16. n. 4. §. notandum. Dn. Job. Philipp. in uſu pract. Inſt. lib. 2. eclog. 4.* ubi & hanc ſententiam præjudicio illuſtrat.

4. In jure habetur, quòd natura ſpeciei ſit, reſtringere genus, quando ſpecies ſubſequitur, ſecus ſi præcedit, niſi verba adeó generalia ſint, ut citra manifeſtam calumniam reſtringi nequeant, tunc enim verbis eſt ſtandum, *l. 6. de acceptil.* ideò diſpoſitio generalis reſtringitur per ſpecialem ſubſequentem, *c. generi. de reg. jur. in 6. l. 13. ff. pro ſocio. l. 18. §. 13. de inſtr. vel inſtrum. leg. l. 9. de ſupell. leg.* quia, ubicunque ſpecies ponitur abſolutè poſt genus, ipſum genus reſtringitur, *Bl. conſ. 485. ſtatuto civitatis. n. 2. ver. quia ſpecies. lib. 1.* & hoc procedit, etſi in teſtamento genus exprimatur & in codicillis ſpecies enumerentur, *l. 20. in pr. ff. de inſtr. leg.* quod tamen fallit, ſi ſpecies per modum exempli ſubſequantur, tunc enim non reſtringit, cùm exempla non reſtringant, *Bald. conſ. 200. n. 2. lib. 4.* Hìc ratione Regulæ, quòd per ſpeciem generi derogetur, (de quâ, quando & qualiter procedat, vid. *Card. Tuſch. concl. Pract. lit. G. concluſ. 36. & Magnif. Dn. Præſes in*

cent. Reg. XXXVII. per tot. ubi accuratè de hac tradit.) quæritur: an, si quis habeat facultatem etiam ad feuda latissimè ac in genere ab Imperatore concessam, etiam ea veniant feuda, in quibus specialiter Imperator disposuit, quòd non succedant, nisi concepti & nati de legitimo matrimonio? quod neg. quia generalis provisio demandata se non extendit ad specialiter provisa & reservata, sed species derogat generi, vid. *Anch. consil. 308. prima facie. num. 7. seq.*

De regula, in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter concessurus, an & quatenus procedat, vid. *Dynum. ad reg. 81. d. R. J. in 6.* Et de hac, an & quando generalis expressio obscuritatem pariat, *Card. Tusch. conclus. pract. lit. G. concl. 34.*

Ratione Adverbii generaliter, ulterius Q. an sub hypothecâ generali simpliciter tali, etiam comprehendantur nomina & actiones, it. merces venales? quod utrumq; aff. prius *per l. 49. d. V. S. l. 4. C. quæ res pign. & hypoth.* posterius *per l. 34. d. pign. arg. l. 34. §. ult. de usufr.* conf. *Magnif. Dn. Struve. in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 26. th. 20.* Hoc verò secus esse Dd. communiter volunt, si quodammodò restrictè bona mobilia & immobilia nominentur, & non simpliciter bona, tunc enim nomina & actiones comprehendi negant, utpote quæ tertiam bonorum partem constituant, *p. l. 7. §. 4. de pecul. arg. l. 15. §. 2. de re judic. l. 78. §. 1. de Legat. 3. Ant. Fab. in Cod. tit. 6. def. 14.* Id. *Magn. Dn. Struve, cit. loc.* ubi tamen non sine causa recedere ab hac sententia dicit, Bachov. Franzk. Carpzov. forsan, quòd ita in praxi obtineat, & præprimis in terris Electoratus Saxonici, uti videre est ex *alleg. Carpz. 2. c. 23. d. 7.*

De

De hoc verò, an ſub generali bonorum obligatione contineantur ea, quæ ſpecialiter non obligarentur, minùs videtur eſſe dubii, quippe, quæ non eſt veriſimile quenquam voluiſſe comprehenſa, vid. *l.6.7.& 8.ff. quæ res pign. & hypoth. l.1.ibiq; gl. & Br. C. quæ res pign. obl. poſs. Bach. 2.D.1.th.2.* Ut & de iis, quæ ab herede pignorantis ex alia, quàm hereditatis cauſa, quæſita ſunt, *per l.29. in pr. de pign. Cyn. in l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab.*

Sed quid ſi defunctus bona ſui heredis obligavit? triplicem de hac adducit opinionem *Dn. Gothofr. ad all. l.29.* I. eorum, qui putant, debitorem ſcienter bona heredis, utpote aliena, obligare non poſſe; neque eam obligationem aditione heredis confirmari, *arg. l.41. de pignor. act.* II. eorum, qui dicunt, heredis bona ea obligari, quæ tempore obligationis à defuncto contractæ, & poſt aditam hereditatem adquiſierit; at non ea, quæ jacente hereditate adquiſivit; quia id genus bonorum, neque teſtatoris, neque heredis fuerit: jacente enim hereditate nondum eſt heres. III. putantium, heredem adeundo pignus rerum ſuarum à defuncto contractum confirmare, quod & idem Gothofr. verius dicit, *per l.16.§.1. de pign.* niſi facto inventario hæres fuerit; tunc n. ultra vires hereditatis ipſum non obligari, *ex l. ult. C. d. jur. delib.* De Procuratore habente generale mandatum, quær. an ipſius mandatum comprehendat donationem? quod neg. *per l.28.§.2. de pact. l.63. d. procur. Br. in l. procurator, cui libera, eod. Bl. in l. fin. in pr. C. quod cum eo.* Quod verum etiam eſt, etſi dictũ ſit ad faciendum quicquid vult. *l.1. quod juſſu.* De Procuratore habente mandatũ ac poteſtatem faciendi omnia, quæ Dominus præſens poſſit, an tranſigere, com-

compromittere, restitutionem in integrum petere, obligare bona civitatis & pœnas remittere possit, *vid. Trentacinq. 1. resol. num. 1.*

2. Generosè.

Hoc adverbium *Horat. 1. Carm. Ode 38.* sumit pro fortiter, quando inquit: Ut perire generosius. Hinc generosi, qui teste *Kaph. Regio*, dicuntur, qui à nobilibus genus ducunt. *Vossio lib. 11. Inst. Orat. c. 14. sect. 7.* generosus plus quàm nobilis est, & non immeritò, cùm & hic titulus Baronum & Comitum ferè sit, ut illum etiam usurpat *Magnif. Dn. Præses consil. 30. part. 3. quando de Comitibus Schwarzburgensibus disserit.* Generosus aliàs & per translationem accipitur pro Magnanimo, *Cicer. 3. off.* qvumq; de imperio certatum esset cum rege generoso. Transfertur & ad inanimata, ut cum dicimus arbores generosas. *Horat. lib. 1. Epist.* ad mare cum veni, generosum & lene requiro, quod curas abigat. Senecæ generosus est, qui ad virtutem benè à naturâ compositus. Hoc unum, inquit, est intueudum; Alioqui si ad vetera te revocas, nemo non inde est, ante quod nihil est. A primo mundi ortu usque ad hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisq; alternata series. Non facit nobilem, artium plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit, nostrum est. Animus facit nobilem, cui ex quacunq; conditione supra fortunam licet surgere, *ex Speig. Calvin. h.* Ob hujus Senecæ igitur verba ultima meritò cum *Cravett. consil. 549.* statuerem, nobilitatem ob vilis artificii usum & exercitium perire, quod etiam agnoscit *Anton. Fab. in Cod. lib. 9. t. 28. def. 28. num. 2.*

num.2. Dn. Carpzov.p.2.c.6.d.4.num.11. præprimis cum nec mercaturam, quæ tamen non eſt res vilis nec illicita, (eſt n. contractus juris gẽtium,) ipſis exercere conceſſum ſit, *per l.3. C. de commerc. & mercat. & alios text.* quos vid. *apud Magnif. Dn. Struv. Exerc.23. theſ.5.* licet *Gothofr. in not. ad alleg. l.3.* id ob teſtimonium *Harmen.2. tit.5.* §.*19.* ſublatum velit, quòd ſcil. omnibus jam commercia exercendi poteſtas ſit. Non tamen idem dicendum, ſi nobilis operâ ſervorum vel miniſtrorum negocietur, ut videmus apud Venetos & Genuenſes, per hoc enim nobilitati non derogari tradit *Tiraq. in tract. de nobil. c.27.n.7. c.33. num. 22. Mynſ. cent. 6. obſ. 54. per l.29. C. de adult.* De hâc Quæſtione: an nobilis poſſit privilegio ſuæ nobilitatis renunciare, ut pro debito civili poſſit in carcerem detrudi, & quid ſi juravit, *vid. Cavall. q. 688.*

3. Glorioſe.

Idem ferè eſt, quod celebriter, cum gloria & laude, deſcendit à gloria, & bifariam accipitur, in bonam & malam partem, ſecundum priorem ſignificationem ſumitur *in pr. Inſt. de excuſ. tutor.* ubi glorioſè vivere is dicitur, qui pro Republ. cecidit, ad quod *pr. gl. in verb. mortuus inquit:* nota mortuum per gloriam vivere, ſic & eodem modo ſumitur *in l.18. ff. eod.* aliàs glorioſè qui vivit, ſecundum *Quintilian.* conſentientem laudem bonorum habet, ut & *Ciceron. II. Tuſcul.* quando inquit: Gloria eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta vox benè judicantium de excellente virtute, *eund. pro Milon.* ex omnibus præmiis virtutis ampliſſimum eſt gloria, quâ etiam optimum quemque maximè duci, *lib.5. Famil.* aſſerit, qua-

lis etiam gloriæ cupiditas haud improbata *ab Imp. Alex. in l. 2. C. de his, qui spont. publ. muner. sub. Lib. 10.* unde & *in l. 7. §. 4.* ad L. Aquil. deciditur, quòd, si quis aliquem in publico certamine occidat, ut in colluctatione, vel in pancratico, vel pugiles, dum inter se exercentur, Aquilia cesset; quia gloriæ & virtutis causa, non injurià videatur damnum datum; qualem quoq; intendit *Freinsh. orat. 13.* gloria sola merces est eorum, quorum excellens virtus atque meritum omni laude est sublimior, de qua tamen melius judicare vult *Calvin. h. Erasmum alicubi:* quando nomen hoc non nisi immanissimum ex Paganismo relictum agnoscit. In malam econtra partem *Cicero offic.* sumit pro jactabundo, inquiens: de forma est, cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. *Plaut. Curcul. act. V. sc. 11. v. 34.* Ut fastidit gloriosus. *Corn. Nep. Timoleont.* Nihil unquam neque insolens (superbum) neque gloriosum (jactabundum) ex ore ejus exiit. Inter hunc & verè gloriosum etiam Græci differentiam agnoscunt, dum hunc ἔνδοξον, illum ἀλαζόνα appellant. Alio haud tamen absimili sensu, gloriari sacratissimæ urbis ubere dicitur *in l. 3. post pr. C. de nat. lib. & matr.*

4. Gnaviter.

Hoc adverbium descendit à gnavus, vel navus, à navium celeritate, ut quibusdam placet, idem est ac strenuè, diligenter, accuratè, studiosè. Hinc gnaviter observari dicitur *in l. 3. post pr. C. de quadr. præscript. & Livius lib. 10. ab urbe,* dicit, ibi aliquandiu nec cessatum nec gnaviter pugnatum. *Terent. & Cicero* naviter dixêre per figuram, Grammaticis quæ prothesis appellatur, quando

appo-

apponitur litera principio dictionis, ut hîc gnavus pro navus, gnotus pro notus, *hic in Epist. famil.*, qui semel verecundiæ fines transierit,, eum benè & naviter oportet esse impudentem. *Ille in Evn.* Verùm si incipies neque perficies naviter, quod etiam animadvertit *Calvin. in verb. gnavus.* meliùs navus scribi atque gnavus asserens. Navo enim opponi ignavum, qualis ignavus vel ignavia est vitium fortitudini contrarium, prout ostendit *Cicer. II. Tusc. quando inquit :* Ut enim fit in prælio, ut ignavus miles simul ac viderit hostem, scutô abjectô fugat.

5. Grammaticè.

Hoc Adverbium descendit à Grammaticâ, quam literaturam *Quintil. lib. 1. c. 1.* vocat, qui sensit, perfectum Grammaticum sine omnium disciplinarum cognitione fieri neminem posse, de hoc *vid. Voss. lib. 1. d. art. Grammat. c. 1. 2. 3. 4. seqq. cui Quintil.* etiam non invenustè dici videtur, aliud esse latinè, aliud grammaticè loqui. Huic arti ejusque professoribus veteres Romani quantum tribuerint, *ex §. 15. J. de excus. tut. & curat. videre est :* quod non tantum honores, sed etiam perpetua privilegia, & à muneribus publicis ejus professoribus remissionem concessêre. Sic enim Grammatici à tutelâ & curâ requiem habent, non tamen aliter, quàm in patriâ, aut Romæ, quæ olim communis omnium patria fuit, *per l. 6. §. 11. de excus. tut. l. 33. ad municip.* (hodiè verò, mutatâ Imperii formâ, hanc, quæ sedes pontificis est, non amplius communem eorum, qui Imperio subjecti sunt, esse Patriam, sed Imperium in universum sumtum, tradit *Magn. Dn. Struve Exerc. 9. thes. 15.*) docentes, intraque numerum

ex epistolâ Divi Pii constitutum, cujus tenorem *ex Modestino in l. 6. §. 2. de excus. tut. vide*, existentes. *all. §. 15. & l. 6. §. 1. 3. & 4. eod.* quem tamen numerum minuere licet, quoniam pro civilibus muneribus hoc introductum esse apparet. Sed nec aliter hac immunitate perfruentur, nisi decreto Senatus inscripti fuerint numerò concessò, & circa officia se negligenter non habeant: Is enim, qui vult excusari propter officium, exercere illud debet, *ut aït Baldus*. Excellenter tamen docti, etsi suprà numerum sint & extra patriam degant, excusantur, *d. l. 6. §. 10. de excus.* Not. hîc; quòd error grammaticus vitiet instrumentum, & hoc ubicunque est suspectum, probatio incumbit producenti, aliàs punitur ut falsarius, *Innoc. Quin. de except. num. 4. tit. de Regal. except. f. 104. T. 3. p. 2.* ad Adverbium Grammaticè vid. *Gipban. ad l. 1. n. 10. ff. de obligat. Cottman. lib. 2. consil. 78. n. 117.*

6. Gratis.

Id est sine pretio, gratuitò. Et Gratis inservire dicuntur Advocati Pauperibus, qui scil. in Rebuspubl. benè dispositis certum sibi inde salarium constitutum habent, ut gratis patrocinentur pauperibus, quemadmodum hoc ita videmus esse in Camera Imperiali, **Kammer Gerichts Ord.** *p. 1. tit. 19. §. ult. & tit. 41.* In Electoratu & Ducatibus Saxoniæ, **Ober-Hoffgerichts Ordn. zu Leipzig** *Ann. 1549. tit.* **Eyd des Advocaten der Armen. Hoffgerichts Ordn. zu Wittenberg** *Anno 1550. tit.* **von dem Procurator** *post pr. Berlich. p. 1. concl. 7. num. 72. ubi & in seqq.* dicit hoc observari etiam ita in Parlamento Parisiensi. constitutum nimirùm

ibi

ibi esse unum Advocatum stipendiatum pro pauperibus; ut & in Curia Parlamenti Delphinalis, *per allegg. ibi Autores*, quibus adstip. *Carpzov. p. 1. c. 1. def. 25.* Et hoc in casu, ubi de salario publico certi sunt, cogi possunt gratis pauperibus inservire, testibus *in d. concl. Berlich. 7. num. 75. allegg.* usque adeò, ut si nolint ad dictum judicis ob stipendium publicum ipsis patrocinari, possint non solùm pœnâ pecuniariâ, sed & privationis officii plecti, *Didac. Covarruv. pract. quæst. 6. num. 4. vers. quòd si nollet Advocatus. & seq. Rol. à Vall. consil. 87. incip. in propositâ quæstione. num. 29. ibi, quod si recusaverit. & seq. vol. 2. Gail. 1. obs. 43. num. 12. Myns. 4. O. 32. Döring. in Biblioth. JCt. in verb. Advocatus. num. 303. ubi eleganter per ampliat. & limitationes.* nisi habeant justam excusationis causam, quæ secundum *alleg. Gail.* admittitur. Dicta etiam procedunt in illis, qui propter potentiam adversarii advocatum invenire nequeunt, tradente *Berlich. d. l. n. 77. & Gail. d. obs. n. 1. Döring. ibid. n. 177. ubi rationem habet, & de Advocatis pluribus differit.* Ut & in Doctore Juris, qui itidem inservire gratis compelli potest pauperibus, *gl. not. in l. 2. C. de proxim. sacr. scrin. lib. XII. all. Covarruv. d. l.* Porrò in Judicibus, ut gratis justitiam pauperibus administrent, it. in Commissariis, ut gratis testes recipiant & examinent, *per allegg. à Gail. d. obs. 43. n. ib. & seq. Berlich. n. 78. seqq.* ubi monet, quòd prius juramentum paupertatis præstare debeant, & quod fallant hæc de privilegio paupertatis dicta in illo, qui sibi ipsi propriâ culpâ paupertatem accersivit, vel propter dolum vel malos mores fidejussores & cautionem reperire non potest, plures limitationes *in alleg. Döring. n. 303. vide.*

Ratione hujus Adverbii lubet quærere: an gratis pecuniam credens præferatur in concursu priori creditori chirographario, qui sub usuris credidit? quod affirmat, *per text. in l. 7. §. 2. ff. depositi. l. 24. §. 2. ibiq. Francisc. Ripa num. 9. de reb. auct. jud. poss. Joan. Michael. Beuther. p. 2. de jur. prælat. c. 29. Simon. Pistor. (post consult. Modest. Pistoris vol. 2.) consult. 7. num. 11. & seqq. Berlich. p. 1. concl. 66. num. 57. concl. 70. n. 13. 14.* ubi monet, quòd verum sit, si hic gratis mutuans etiam nudus sit chirographarius; Si verò habeat etiam tacitam vel expressam hypothecam, vel aliam prærogativam & jus prælationis, tunc non solùm chirographariis, sed etiam hypothecariis prioribus, vel jus prælationis habentibus præferatur, per dicta *in concl. 64. n. 7. n. 79. seq. & concl. 66. num. 57. part. 1.*

Not. etiam hîc, quòd gratis habitans in domo teneatur de incendio ex levissima culpa commisso, *per allegg. à Berlich. autores. p. 4. concl. 25. num. 42. ubi tamen n. seq.* distinguit. Porrò, quòd gratis examinari debeat filius Doctoris in ead. Facultate, *gl. in l. jubemus, C. de Advoc. divers. judic. Bertach. in Repert. p. 1. in verb. Doctor. num. 130.* ubi dicit, hoc non amplius esse in usu. Sic etiam gratis recipi debet in collegium, in quo fuit ipsius parens.

7. Gratiosè.

Hoc Adverbium descendit à gratia, quod vocab. variè accipitur, ut videre est *ex Calv. h. Bertach. Repert. Jur. ad eand. dictionem gratia,* & tot ferè significationes recipit, quot primitivum suum. I. Idem est, ac cum gratiarum actione, *secund. gl. & Card. in cle. 2. §. 1. de cens. Johan. Bertachin. repert. jur. in verb. gratia. num. 20. p. 187.*

II. idem

II. Idem ac favorabiliter, per gratiam & favorem, *l. 8. §. 1. ff. de admin. rer. ad civit. pert.* unde & gratiosæ expunctæ rationes dicuntur *in d. l. 8.* quæ scil. bona utriusque partis gratia & sine ulla contentione expunctæ sunt, hinc etiam gratiosa emtio *in l. 2. C. de fid. & jur. hast. lib. 10.* gratiosa auctio. *l. 16. C. de rescind. vend.* i.e. favorabilis. Ut & gratiosa sententia, *l. 5. ff. de calumn.* in qua lege Ulp. decidit, quòd datum Judici ob sententiam gratiosam extorqueri possit, etiam ab heredibus, quando inquit: constitutum est, turpia lucra etiam ab heredibus extorqueri, licet crimina extinguantur: ut puta ob falsum, vel judici ob gratiosam sententiam datum, *& in l. ult. C. de pœn. jud. qui mal. jud.* statuitur, quòd æstimationis dispendium incurrat is, qui pretio depravatus aut gratiâ perperàm judicat, *vid. Magnific. Dn. Præses p. 1. Cons. 20. num. 2. & 4. f. 129.*

III. Gratiosè aliquid dicitur fieri, quando fit ex merâ liberalitate, *Roland. à Vall. consil. 33. n. 7. lib. 3.* Et hoc dupliciter fit, quia quædam gratia est specialis, prout, quando alicui in specie super certo delicto conceditur, & hæ appellantur literæ gratiæ, *de quibus Jul. Clar. in §. fin. q. 59. num. 4. in f. ver. scias autem.* Alia est generalis, quæ fit per Principem causa lætitiæ, putà causa pacis generalis, vel causa deducendæ uxoris, aut in nativitate primogeniti, aut quando Princeps accipit possessionem Regni, vel Provinciæ; & ista gratia appellatur decretum gratianum, *Clar. d. §. fin. q. 59. num. 4. in f.* Ratione hujus Adverbii non incongruè quæritur: An promissio gratiæ liberationis Reo à Judice facta, ad hoc, ut confiteatur, sit servanda & valida ad gratiosam sententiam extorquen-

quendam? *Negat Cyn. in l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. confug. Joan. Georg. Godelm. tr. de magis. & venef. lib. 3. c. 7. num. 25. vers. at communis, ubi hanc dicit communem, aliiq.* quòd sc. in malis promissis non expediat fidem servare, *c. in malis promissis 69. d. R. J. in 6.* &, quòd hæc promissio sit contra publicam utilitatem, *l. 7. §. 14. de pact.* etsi juramento fuerit vallata, *d. l. 7. §. 16. de pact.* Sed affirmantium sententia, ut æquior, ita & verior videtur, quam defendunt *Joan. de Imol. cons. 109. incip. visa inquisitione prædictâ. n. 1. seqq. Farinac. in sua Pract. crim. part. 3. quæst. 81. c. 8. n. 276. & seqq. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. postquam. num. 15. vers. alius præterea est casus. & n. seq. Ludov. Carrer. in pract. crim. §. homicidium. ult. num. 43. post pr. Matth. Berlich. decis. 61. per tot.* ubi alios variè distinguentes adducit, hancque affirmantem eleganti præjudicio illustrat, quibus omninò adjung. *Carpz. in pract. crim. p. 3. quæst. 149. num. 1. & seqq.* licet enim judex non possit gratiam delicti promittere, eamq; nec Reo confesso facere, & à tali promissione multum præcavere debeat, promissam tamen servare tenetur, abstinendo scil. à condemnatione. *Sigism. Scaccia de judic. causar. civil. & crimin. lib. 1. c. 86. n. 35.* (1) quia Reus ex confessione sua ad mortis supplicium condemnari non debet, nisi ea fuerit verisimilis ac spontanea, *art. 60. Ordin. Crimin. Carol. V.* quamobrem nec confessioni tormentis extortæ fides habetur, nisi Reus ex intervallo quodam & dolore tormentorum cessante, sponte propriâ eam ratificet, *artic. 56. §.* **Der Gefangene.** *Ord. Crim. Carol. V. l. 2. ibiq; Salycet. C. de custod. reor. Johan. Zanger. in tr. de quæst. & tort. c. 5. n. 73.* Jam verò confessionem spe gratiæ promissæ extortam, coactam,

coactam, haud spontaneam esse, dilucidè constat, utpote cui dolus judicis causam dederit, ut inde sufficiens ad condemnandum non sit, *Ægid. Boss. in tit. de confess. per tortur. n. ib. & tit. de exam. reor. num. 17. & 18.* (2.) quia multa in jure facta tenent, quæ ab initio non valent, *Petr. Heig. p. 2. q. 32. num. 38.* Licet ergò non rectè venia promittatur, promissa tamen servanda est. (3.) quia confessio facta per dolum non obligat, *c. sanè. de renunc.* item juramentum dolo factum non ligat, *c. cum contingat. de jurejur. c. quamvis. de pact. in 6.* cum igitur hoc non liget, eodem modo & confessio, eadem enim est ratio, præprimis (4.) cum mentiri non liceat, *c. 1. causa 22. quæst. 2.* & judici fidem fallere valdè turpe sit, tradente *Dec. in l. ea est natura. num. 7. & seqq. ff. d. R. J. ibiq; Cagnol. num. 17.* in tantum, ut is, qui fidem datam rumpit, incurrat in infamiam facti. *Hartm. Pistor. quæst. 14. num. 17. p. 1. Vult. cons. Marpurg. 19. num. 28. vers. unde. vol. 1.* Etsi enim ipsi pro habenda veritate delicti à Reo simulationibus uti ac fingere liceat, se velle facere id, quod reverà non intendit agere, *Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 13.* attamen hoc verum non est, si dolosè agat, aut mendacia dicat; maximè enim fictio & simulatio à mendacio differt, quod semper est illicitum: nec enim facienda sunt mala, ut eveniant bona, *c. undecunque. 56. distinct. c. neq; animi. 14. quæst. 15. Prosper. Farinac. in prax. crim. p. 3. q. 18. num. 311. Keller. lib. 2. de off. jur. polit. c. 12.* Judex itaque, cùm impunitatem promissam non servando, mendacium absq; dubio dolosè ac fraudulenter dixerit; utiq; mitigare potius pœnam quàm maculam incurrere debet.

2. Q. An gratiosa quædam à principio efficiantur

 deju-

de justitia ? quod aff. In multis enim hoc ita procedit, v. g. in supplicatione dante revisionem causæ in casibus, in quibus propter reverentiam judicis non datur appellatio; hæc enim dicitur gratia & justitia simul, gratia à principio, à solo enim principe conceditur, *vid. l.7. C. de precib. Imper. offer.* justitia, postquàm fuit concessa. *auth. quæ supplicatio. C. eod. Dom. Card. Tusch. Pract. conclus. jur. lit. G. concl. 72. num. 7.* Sic donatio, licet dicatur beneficium & gratia, si tamen est remuneratoria, non est propriè donatio, neque gratia, sed justitia. *Anch. cons. 295. num. 10. & 11.* hæc enim donatio tanquàm firmissimis legum præsidiis obvallata, secundum *Achill. Personalem. in tract. de Gabel. num. 71.* nec à principe revocari potest. Exemplo donationum antidoralium, quæ nullo casu, ne quidem ingratitudinis prætextu, revocantur, *l. 27. l. 34. §. 1. ibiq. gl. ff. de donat. Alexand. cons. 216. num. 3. vol. 2. Peckius de testam. conjug. l. 4. c. 2. Modestin. Pistor. cons. 63. l. 3. Menoch. cons. 1. num. 67. lib. 1. cons. 307. num. 7. cons. 331. num. 66. lib. 4. Carpz. p. 3. c. 3. def. 17. num. 6.*

Donatio enim remuneratoria, magis onerosæ quàm lucrativæ causæ comparatur, *Natta cons. 268. num. 7. tom. 2.* & est solutionis vel compensationis vel permutationis instar, *l. 25. §. 11. de petit. hered. l. 10. §. 7. de in rem vers. Rauchb. p. 2. quæst. 11. num. 15. Magnif. Dn. Præses Decis. 22. num. 21.* evictionemque requirit, uti *all. Magnif. Dn. Præses part. 4. consil. 42. num. 373.* testatur, *ubi elegantissimè de hac donatione disserit.* Et dicta puto etiam cum *alleg. Rauchb. n. 35.* procedere in donationibus vel privilegiis merè gratuitis, quòd ea Princeps supremus honestè sine causa, subditis concessa, adimere non possit; Ipsi enim

sum-

summo Principi non modò decorum, sed etiam necessarium videtur, privilegia subditis etiam gratis data sine causa non rescindere; Cùm largitiones & donationes Principis, firmiores & pleniores sint, ut facilius sustinentur & perficiuntur, quàm donationes privatorum, absq; enim insinuatione & aliarum solennitatum observatione valeant, *l. 34. C. de donat. l. 3. l. 26. C. de donat. int. vir. & uxor. l. 7. C. de bon. qua lib.* vim & vicem legis obtineant, ut & reliqui contractus, *d. l. 26. verf. utputa contractib. legis vicem obtinent.* ac ex gratiosâ concessione dominium sine traditione in donatarium transeat, *d. l. 7. C. de bon. qua lib. Wesenb. cons. 42. n. 12. cons. 82. n. 5.* privato igitur, cùm non liceat donationem suam absque causa revocare, *l. 35. C. de donat. Clar. in §. donatio. q. 1. num. 3.* multò minùs hoc licebit principi, cujus majestatis proprium est, concessa non auferre, *Jacob. de Franchis in us. feud. lib. 3. num. 26. per tx. in Nov. 10. in auth. ut de referendariis palatii. verf. non ut quæ sint, auferamus iis concessa*, alias rationes hujus asserti satis sufficientes, vid. *in laud. Rauchb. à n. 35. usq; ad 70.*

Not. denique ratione hujus Adverbii 1. quòd ea, quæ gratiosè alicui concessa, non debeant trahi ad exemplum, *c. 74. de R. J. in 6. l. 1. in fin. de const. Princ.*

2. Quod gratiosè & favore alicujus introducta, in ipsius odium vel dispendium retorquenda non sint, *l. 25. de legib. l. 6. C. eod.*

8. Gravatè.

Hoc Adverb. quod *Liv.* venit gravatim *1. ab urbe 5.* haud gravatim socia arma Rutilis junxit, id. est, ac ægrè,

molestè. In jure gravatus sumitur pro oneratus, obstrictus, obligatus; & Regulam habemus; quem non honoro, gravare non possum, commodum enim non habens, gravari non potest, ut *in* §. *1. J. de sing. reb. per fideic. relict. l. 1. vers. & hac disposuimus. C. comm. de legat.* & ideò testator non potest in plus gravare heredem vel legatarium, quàm honoravit, *Ang. Aretin. cons. 169. in casu prædicto. per tot. maximè n. 6.* plus enim nemo gravari potest, quàm est honoratus, *ut d.* §. *1. & l. 114. §. 1. de leg. 1. l. 1. §. 17. ad Senat. C. Trebel.* cùm onus sive incommodum semper commodo respondere debeat; & hoc etiam obtinere constat, ubi quota bonorum portio relinquitur, *l. 70. §. 2. de leg. 2.* A prædicta tamen regula, quòd nulli plus oneris imponi possit, quàm honorifici lucri tributum sit, cùm non sit perpetua, quandoque disceditur. Si enim certâ quantitate legatâ legatarius aliam quantitatem priore majorem post tempus aliquod definitum alii restituere rogatur, tunc certè æquius est, fideicommissi rationem ad superaddendi lucri summam consistere, *d. l. 70.* §. *1. & Br. ad* §. *f. de leg. 2.* Quid si testator centum alicui legarit, eundemque rogârit, ut fundum suum, qui multò majoris erat pretii, Titio restitueret? hoc casu legatarius quantitate legatâ perceptâ, ad fundi restitutionem cogendus est: quia acceptâ pecuniâ, tanti fundum suum æstimasse intelligitur, *d. l. 70.* §. *1. vers. enim verò. l. 36. in f. pr. ff. ad L. Falcid.*

Idem juris etiam esse videtur, quando testator fundum legavit, jussitque, legatarium alii centum fideicommissi nomine restituere: tametsi fundus centum non valeat, nihilominùs præscriptam quantitatem restituere tenetur,

netur, præſumitur enim, teſtatorem etiam fructus ex legato fundo percipiendos conſideràſſe, *l. 114. §. 3. de leg. 1.* non tamen prius obligatur reſtituere, quàm fructus perceperit. Idem judicium eſt, ſi duabus rebus alternativè legatis de pretioſiore reſtituendâ legatarius rogatus eſt, & deteriorem ipſe elegerit; eam enim omninò præſtare tenetur, quoniam & hîc eligendo rem deteriorem, eam tanti æſtimaſſe intelligitur, *l. planè. 94. §. 2. de leg. 1.*

Qu. hîc 1. An legitima liberorum gravari poſſit, vel conditione, dilatione moræ, aut alio quovis modo? quod neg. *per l. 32. de inoff. teſtament.* pura enim debet eſſe legitima à die & conditione, *ut d. l. 32. & 30. eod.* quod intelligendum eſt de eo onere & gravamine, quod teſtator in odium liberorum iis impoſuit bonis, quæ illis loco legitimæ aſſignavit, *d. l. 32. vid. Magn. Dn. Præſes Dec. 41. num. 6. ubi præjudiciis adducta confirmat. & p. 4. conſ. 4. per tot.* niſi peculiari quadam ratione teſtator alterutrum adjecerit, *v. l. 25. C. d. t.* & filius hoc poſteà approbaverit, *vid. Berlich. p. 1. deciſ. 110. Magnif. Dn. Præſes alleg. Dec. n. 12.* licet multi ſint, quos *in all. Berl.* videre licet, qui in hoc caſu contrarium ſtatuant, quòd ſcil. onus in favorem & utilitatem liberorum adjectum, etiam pro non appoſito habeatur, & à liberis impunè ſperni ac rejici poſſit, cùm filius in legitima ſit creditor, *l. 7. ff. de bon. damnat.* & ideò non teneatur acceptare dilationem vel conditionem etiam favorabilem, *arg. l. 8. de leg. 2. l. ſtipulatio iſta. §. inter cætera. ff. de V. O.*

Quær. 2. An, cùm ab omni gravamine appellare liceat, ſecundùm Jus Canonicum, *per tx. in c. ſuper ea 12. de appell. c. cordi §. ſancimus. eod. in 6. Althuſ. lib. 3. c. 55. n.*

47. *Rauchb.p.1.quæst.14.n.21.* etiam à futuro gravamine appellari possit? quod neg. regulariter, quia jure civ. regulariter ante sententiam, *l.7.C. quorum appellat. Ang. consil.188.num.1. vers. secunda.* & à gravamine non illato, & non comminato non appellatur, *c. consuluit. c. ex parte. c. ut debitus. §. directo. §. ult. X. de appell. Hippol. de Marsil. in suâ pract. criminal. §. expedita, ubi limitat in causa criminali. num. 169. ibi. nam in civilibus. & seq.* propterea, quia appellatio ideò est introducta, ut succurratur contra iniquitates & errores judicum, *l.1.de appell.* quæ ratio in nondum illato gravamine cessat, & ideò ab eo appellari non potest, *vid. Berlich.p.2. dec.204. per tot.* ubi præjudicium adjecit *Arnold. de Reyger in thesaur. jur. verb. appellatio. num.44. conf. Dec. cons.214. vol. 2. in causa Cathed.*

Not. h. 1.) quod gravatus vendere alicui pro certo pretio, debet pro eo vendere: sed gravatus vendere simpliciter, debet vendere pro pretio justo, arbitrio boni viri. *l.49.§.8.ff. de leg.1.* & tenetur inde actione ex testamento vel ex emto ad omnia, quæ sunt de natura contractus, *l.5. in pr. de A.Emt. Paul. de Castro cons.23.* nec, *secundùm Gothofr. in not. ad all. l.49.§.8.* debet egredi pretium, etsi modicum sit, ut eo prætextu juvari non possit, nisi testator putavit id esse justum pretium, quod adjecit, *add. Alex. Jas. ad all. l. arg. 72. §.6. in f. de condit. & demonst.*

Not. 2.) quòd causa ad judicem, qui semel gravavit, non sit remittenda, quia præsumitur, eum etiam in posterum gravare velle, *l.6.C. de appell. Bl. ibid. num.1. Gail.1. Obs.131. num.2. Carpz. p.1.c.20. def.26.n.4.*

3.) quòd gravamen & præjudicium irreparabile habeat

beat paratam executionem, *per alleg. Auth. & ll. Althuſ. lib. 3. cap. 48. num. 21.*

4.) quòd gravaminis neceſſariò exprimendi omiſſio pariat nullitatem appellationis, *Mynſ. cent. 2. obſerv. 85. Alth. d. l. 3. c. 57. n. 34.*

5.) gravatum in uno eſſe relevandum in altero, *p. l. 30. in pr. ff. de jurejur. Wilhelm. Anton. Freundeberg. de reſcript. morator. concluſ. 61. n. 16. & 17. vid. Magn. Dn. Præſes in cent. Reg. 50. ubi n. 4.* ad quæſtion. an is, qui juravit ex ea actione, quæ inficiando creſcit, aliquid ſibi deberi, ſimpli an dupli perſecutionem ſibi adquirat? Reſp. duplum non deberi, quia reus juramento ſibi delato gravatus ſit, Ergò præſtatione dupli non iterum illum eſſe gravandum ſed relevandum. Cùm petitor relevatus fuerit onere probandi, quòd regulariter actori incumbat, *l. 2. l. 19. in pr. de probat.* qui proinde rectè gravetur in eo, quod ſimplo contentus eſſe debeat. Plura de hac materia vid. *in Repert. Joh. Bertachin. in verb. gravatus.*

8. Gravè, Graviter.

Hoc Adverbium deſcendit à gravis, & ſecundum *Alb. de Pergam. in tr. de præpoſit. num. 57.* eſt qualitatis, denotans idem quod valdè, *per l. ſi quis in gravi. 3. ad SC. Silan.* ut & ſecundum *Ciceron. in Catilin.* Si me meis civibus ſuſpectum tàm graviter atque infenſum viderem: *per eund.* etiam ſumitur pro conſtanter, ſeverè, & cum quadam auctoritate; quando dicit: Thucydides res geſtas narrat graviter ſanè & probè. & tunc refertur ad virtutem, tùm conſtantiam quandam in honeſtate decoreque ſervandis, unde auctoritas & exiſtimatio naſcitur, ſigni-

gnificat, & levitati opponitur. Hinc in jure gravia delicta, hæc quæ sint, *Albert. attigit in l. 5. C. de Episc. & Cler. & l. levia 6. ff. de accus.* ut distent ab enormibus & gravissimis, *vid. auth. hodiè novo jure. C. de Custod. rer.* & gravis vel gravissima pœna, de quâ, quæ dicatur in statutis vel legibus, *vid. gl. in l. un. C. nem. lic. sign. salvat. & in l. 1. C. de Eun.* Graves controversiæ, quæ censentur præjudiciales, respectu minorum, *per Paul. in l. 54. ff. de judic.* quando ait: Per minorem majori cognitioni præjudicium fieri non oportet, quemadmodum & universalis actio præcedit particularem, criminalis civilem, *l. ult. C. de petit. Hered. & l. ult. C. de ord. cogn.* & graves personæ, quales dicuntur, qui sunt bonæ famæ & opinionis, & antiqui homines, *gl. in c. licet ex quadam, in verb. graves. de testib. quam gl. dicit ibid.* Abbas facere ad statuta, quæ in multis casibus requirunt graves personas.

10. Gregatim.

Hoc Adverbium, quod descendit à grege, idem ferè est, quod conjunctim, simul. *Sic in l. 2. §. 2. ad L. Aquil.* gregatim haberi oves, capras, boves, equos, mulos; largo sc. modo, quo gregis nomē omne genus animalium comprehendit, quod gregatim pascitur, *l. 65. §. 4. de leg. 3.* strictiori enim significatione gregem de minutis tantùm pecoribus accipimus, ut ovibus, capris &c. *vid. Juv. Sat. 11.*

- - - grex totus in agris,
Unius scabie cadit, & porrigine porci.

Equi, muli & asini enim, qui bajulando & onus portando homines juvant, propriè jumenta vocantur. *l. 65. §. 3. de leg.*

de leg.3. l.38. §.4. & 6. de ædil. edict. boves verò & equi, qui aratro negotium peragunt, armenta propriè appellantur, *l.89. de V.S. l. 81. §.3. d. l. 65. §.3. de leg.3.* quamvis boves quandoque inter gregem numerentur, quoties scil. plures boves à patrefamilias non ad arandum, sed ad pascendum emittuntur, *l.22. de leg.1.* Usus quippe & finis jumentum & armentum à grege, nec non armentum à jumento discernit. *Gœdd. in d. l. boves. 89. num.3. ff. de V. signif.* Ex his igitur, quando pecora abigendo crimen abigeatus dicatur, *vid. Carpzov. Pract. Crim. p.2. quæst.86. num.29. & seqq. Damhoud. prax. rer. crim. c.115.*

Gregem decem oves, porcos verò quinque vel quatuor constituere, traditum est *in l.3. ff. de abig. ibiq; Br. §. si grex. 18. J. de leg. gl. in §. sed si gregis. J. de Rer. Div. Alex. in l. prætor. Vi bon. rapt. sed Salicetus contrà in l.1. C. de abig. dicit, quod imò decem porci gregem constituant, quem ibi vide.* Grege igitur ovium legato, si totus deinde grex ad unam pervenisset, an illa debeatur, Q? Et ratio dubitandi est, quòd grex legatus sit, qui in unâ ove consistere nequeat, hoc enim casu grex esse desiit, unde videtur, illam non deberi, cum interitu rei legatum extinguatur, *per l. 22. de leg.1. l.3. ff. de abig.* Sed deciditur tamen *in d. §.18. J. de leg. & all. l.22. ff. eod.* posse legatarium & ovem, quæ reliqua est, vendicare, i. e. actione in rem petere; cum legato grege & sic quodam totali, singulæ ejus partes legatæ censeantur: argumento à toto ad partes ducto. Procedit autem hæc decisio in legato proprietatis, non etiam ususfructus: usufr. gregis enim legato, atque ita deminuto, ut grex amplius dici nequeat, ususfructus quoq; extinguitur, *l. f. ff. quib. mod. ususfr. extingu.* ex ratione,

quod ususfr. sit jus in corpore, quo sublato, & ipsum perire necesse sit, *l. 2. de usufr. Ludw. ad all.* §. *18. J. de leg.* Hinc notant Dd., quòd, licet universitas vel collegium non possit ex uno homine tantùm constitui, cùm tres ad minimum faciant collegium, *l. 85. d. V. S.* tamen si deveniat ad unum, retineat nomen & jus collegii, si semel fuit collegium constitutum, *l. 7.* §. *fin. quod cujusq; univers. nom.*

Grex quoque idem dicitur, & quando per mortem & supernascentiam aliarum pecudum totus renovatur, *per l. 13. in pr. ff. de pign.* grex enim ipse substantiam non mutat, quod substituta ei alia sint capita, *l. 76. ff. de judic. l. 22. de leg. 1.*

Grex etiam non tantùm pro congregatione quadrupedum, sed etiam avium sumitur, atque adeò pro ipsorum hominum; *Sic Horat. 1. Epist. 3.* gregem avium dixit: ne, si fortè suas repetitum venerit olim grex avium plumas, moveat cornicula risum furtivis nudata coloribus.

Sic etiam translativè pro multitudine hominum, sive parum honesta sive honesta accipitur, *ap. Ciceron.* grex Philosophorum, latronum, fœneratorum, uti & gregatim sic prædicatur ap. eund. in Verrem: videtis cives Romanos gregatim conjectos in latomias. *Et in l. 11. C. de cohortalib. lib. 12. dicitur,* grex cohortalium, hinc & gregarii milites. *l. f. C. de milit. vest.* i.e. viliores. Quandoq; grex etiam pro populo Christiano venit, *c. quamvis. 7. q. 1.*

Hîc lubet Q. 1.) An, si cui ususfructus gregis legatus sit, etiam in demortuarum vel inutilium pecudum locum debeat submittere, & an saltem ex agnatis fœtibus, non

non etiam aliunde? Quod aff. utrumque: qvum enim relicto alicui gregis, armenti vel equitii usufructu, grege in integro manente, fœtus usufructuario acquirantur, *per d.* §. *18. J. de leg.* conveniens est, ut in demortuarum vel inutilium pecudum locum, ex agnatis saltem fœtibus (non etiam aliundè) teneatur submittere, testante Angelo, quæ receptior interpretum sententia est, *per l. 68.* §. *ult. ff. de usufr.* quamvis aliud velle videtur *gl.* ejusque opinionem communiter approbatam testetur *Port. in* §. *39. J. de R. D.* sed quod dictum est, debere eum submittere, verum est, si universitatis ususfr. legatus est; cœterùm si singulorum capitum, nihil supplerere tenebitur, *l. 70.* §. *3. de usufr.*

Q. 2.) An, cum in *pr. J. quib. mod. re contrah. oblig.* dicatur, res pondere, numero & mensurâ consistentes in mutuum deduci posse, objectum mutui, *secundum Cujac. lib. 11. obs. 37.* etiam sit grex vel jumentum quoddam, ita ut ad numerum dari possit, ut totidem reddantur capita? Quod neg. cum *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 16. th. 14.* Et gregem mutuò dari non posse Ann. 1616. heic loci responsum fuit. Satis enim non est, gregem numerari posse; sed quantitatem illius numero constare oportet; sic, ut in pari numero, eandem quoque bonitatem; id quod in ovibus & aliis corporibus fieri nequit.

Lit. H.

ADVERBIUM I.

Habiliter.

IDem est ac aptè, commodè, *l. 20. ff. de aur. & arg. leg.* unde habilitas idem ac aptitudo, qualis requiritur in omni

omni dispositione, *secundum Crav. cons. 307. n.2.* ut 1.) & maximè in dispositione legis; quia, etsi adsit dictio universalis, non tamen includit inhabiles, ne sequatur legis correctio, *Rol. à Vall. cons. 61. num. 43. seq. lib. 1.* quo modo etiam intelligenda *l. 1. C. de SS. Eccles.* generaliter loquens, unumquemque testari posse favore piæ causæ, si sc. sit habilis aliàs ad testandum; ideoque impubes, prodigus, cui facta est interdictio, non possunt testari ad piam causam, *secundum communem, de qua Clar. in §. testamentum. q. 5. per tot. ubi latissimè.*

2.) in statuto vocante quoscunque proximiores ad successionem defuncti, quia non inducit dispensationem, sed de habilibus intelligitur, *Dominic. Card. Tusch. in verb. habilitas. concl. 2.* quemadmodum & explicanda *l. 2. ff. de injust. rupt. irrit. testam.* quæ vult, quòd per testamentum secundum revocetur primum, etsi secundum non sit solenne, quando in eo instituti sunt venientes ab intestato, & in primo instituti extranei, dummodo testator sit habilis, quia, licet relaxetur solennitas quoad testes, numerum & rogitum, non tamen censetur inhabilitas personæ dispensata, *l. f. C. de testam. milit.*

3.) procedit nostra regula in promissa per debitorem creditori solutione, vel ejus procuratori, quia intelligitur de procuratore habente mandatum sufficiens, & sic de procuratore habili, *Joan. de Anan. cons. 5. num. 7. vers. procuratori v.* & ampliatur in dispositione, quod legatarius possit esse testis in testamento, dummodò scilic. aliàs sit habilis & idoneus testis. *Cravett. cons. 307. num. 2.*

Extende 4.) in emphyteusi; quia emphyteusis concessa pro se & quibus dederit, intelligitur de habilibus, non

non de incapacibus, *Gabriel. conſ. 86. lib. 2.* Limitatur tamen 1. in omni diſpoſitione nova, tendente ad extenſionem actus jam concesſi, quia non requiritur habilitas, neque patitur reſtrictionem ad habiles, *Tuſch. all. loc. n. 15.* 2. in contractibus, quód verba univerſalia quibuscunq;, qualescunque, non reſtringantur ad habiles, *per Jaſ. in l. 2. § prætor ait. ff. qui ſatisda. cog.* ubi ponit decem caſus, quibus fit reſtrictio ad habiles, poſteà *n. 4.* limitat in contractibus. Limit. 3. in edicto promittente feudum cuicunque, qui ceperit bannitum, tunc enim verba generalia includunt inhabiles, & ſic etiam includi monachum vult, *Apoſtil. ad Rom. conſ. 31. in ver. quacunque. ubi multa ponit exempla.* Ratio eſt, quia in iis, quæ reſpiciunt publicam utilitatem, diſpoſitio non reſtringitur ad habiles, *Jaſ. in l. alienam. in pr. C. de procurat.* quod tamen declarat *Apoſtil. ad Rom. conſ. 31. in ver. quacunq;. col. pen. ver. hinc quoque.* niſi contraria eſſet mens diſponentis, vel eſſemus in odioſis, vel quando dictio univerſalis eſſet annexa dictioni reſtrictivæ, quia iſtis caſibus refertur ad habiles.

Ratione hujus Adverbii lubet quærere: Quodnam tempus requiratur ad habilitatem inſtituti ſub conditione, ut ſuccedat in teſtamento? Putat *Caſtrenſ. conſ. 301. prædicta dubia. columm. 1. in f. & ſeq. in pr. lib. 2.* ſufficere capacitatem tempore conditionis exiſtentis, quòd ſcil. in inſtituto purè requiratur habilitas tribus temporibus teſtamenti facti, mortis teſtatoris & aditionis ipſius hereditatis, non verò in inſtituto ſub conditione, *per §. in extraneis 4. de Hered. Qual. & diff.* contrarium tamen verius, quòd ſcil. tàm in purè quàm ſub conditione inſtituto tria dicta requirantur tempora *per all. §. 4. J. d. H. Q. & Diff.*

 & l. 49.

& *l. 49. §. 1. de hered. instit.* videtur; licet *Bachov.* etiam insubtiliter tria tempora in all. textibus considerari contendat: quòd scilic. tempus mortis & adeundæ hereditatis, ut & tempus conditionis existentis & tempus mortis conjungantur, & reverà pro distinctis haberi nō possint: Quia hæc magni momenti non sunt, & ipse postmodum fatetur, hactenus & temporis adeundæ hereditatis tanquàm tertii considerationem esse posse, ut si heres mortis tempore capax sit, & posteà reddatur incapax, heres fieri nequeat: quippe quòd jus heredis eo maximè tempore inspiciendum sit, quo hereditatem adquirit, ut in all. txx. habetur, *vid. Dn. Ludvv. ad all. §. 4. J. de H. Q. & diff.*

Q. 2.) an si statuto cujusdam loci caveatur, quòd quis non possit acquirere, nisi sit civis, valeat venditio forensi facta, si habilitas supervenerit post acquisitionem & traditionem? Resp. cum *Cravett. cons. 201. num. 26. vers. fortius voluit. Paul. de Castr. p. 2. cons. 234. num. 3. vers. sed ultra prædicta. lib. 2.* quod sic, quia superveniens habilitas venditionem hanc convalidat, prout secundum hanc sententiam responsum est à *Magnif. & Nobiliss. Scabin. Jenens. ad requisitionem D. Johann. Everhards* zu Ohrdurff *mens. April. Ann. 1665. h. m.* Als Ihr uns extract. der Fürstl. Gothaischen Landes-Ordnung / wie auch des 15. und 32. Articuls der Ohrdurffischen Statuten sub lit. A. B. und C. nebens einer Frage zugeschickt / und unsere Rechtsberichtung darüber gebeten / demnach sprechen wir vor Recht: Hat Leonhard Köhler / Fürstl. Oberförster zu Zella / des gewesenen Hoff-Raths D. Vntzers Mahl-Mühlen vor der Stadt Ohrdurff pro 1500. fl. paar Geldes an sich gekaufft / dem

dem sich der Superintendens Herr M. Mose / und Archidiaconus Herr M. Kromayer opponiret / und den retractum oder Einstands Recht prætendiret. Ob sie nun wohl vor sich anführen (1) die statuta, vermöge derer Bürger und Bürgerin binnen doppelter Monats frist einem Fremden vor zuziehen/und denselben abzutreibenbefugt. (2) Daß Köhler kein Bürger wäre/uñ gekaufft hätte/ehe er Bürger worden/auch (3)solches die Landes-Ordn.zugelassen/ und solch näher Recht ad annale tempus verlängert worden / dennoch aber uñ weilen die in den statutis exprimirte Zeit der 2. Monaten längst verflossen/und in angezogener Fürstl.Landes-Ordnung denen eingesessenen auf den Fall / da der Kauffer nicht des Orths Einwohner wird/noch ihm allda Hauß und Hoff schaffet und verrechtet / innerhalb sonsten zum Einstande Landüblich zugelassener Frist das näher geltungs Recht verstattet und zugelassen; Oberwehnter Köhler aber das Bürger-Recht gleich andern zu erlangen sich erkläret / auch hierüber ein Unterthan des Gothaischen Fürstenthumbs ist / darunter die Graffschafft Gleichen gehörig / so erscheinet hieraus so viel / daß mehrgedachter Köhler bey seinem Kauff zu lassen / die andern aber mit dem vorgeschützten Einstands Recht abzuweisen / V. R. W.

Porrò ad ejusdem requisitionem in dicto Collegio Juridico Jenens. mens. Jul. anni currentis responsum.

Uff Eure an uns gethane Frage und zwey Beylagen sub lit. A. & B. darüber ihr unsere Rechtsberichtigung gebeten; Sprechen wir vor Recht. Ob wohl ver-

vermöge überschickten Extracts in den Ohrdurffl. statuten sub cap. 15. versehen/daß kein Bürger einem frembden/der nicht Bürger ist/ohne Vorwissen des Raths/ sein Hauß verkauffen sol/ und Leonh. Köhler/Oberförster zu Zella den Kauff-Contract mit D. Vntzern wegen seiner Mühlen / ehe er Bürger worden / geschlossen / hernach aber die Ufflaß- und Belehnung gesucht / und sich tempore contractus ad adquirendum dominium mittels Erlangung des Bürger-Rechts nicht qvalificirt gemacht / und dannenhero der Superintendens und Archidiaconus den Verkauff und Einstands Recht prætendiret / und gedachten Oberförster wieder ab zu treiben sich angemasset / dennoch aber und weiln obberührtes statutum nur dahin gehet/daß kein Bürger ohne Vorwissen des Raths sein Hauß einem frembden verkauffen sol/und auf den mit D. Vntzern getroffenen Mühlen-Kauff nicht zu extendiren / über dieses unterschiedlicher Rechts-Lehrer Meinung dahin gehet / daß wenn gleich ein forensis, obstante statuto loci, ein Hauß oder andere Güter nicht an sich bringen kan / man doch nicht strictè auf das tempus acquisitionis / sondern auf habilitatem vel civilitatem posteà adeptam zu sehen habe / quæ faciat aliquem habilem non solùm in posteà quærendis, sed etiam in quæsitis, *Paul. de Castro p. 2. cons. 234. n. 3. v. sed ultra prædicta. Domin. Cardin. Tusch. var. conclus. jur. tom. 4. conclus. 6. num. 36.* So ist der Oberförster / wenn ihm die Mühle in die Lehn gegeben/zugeschrieben/und er zum Bürger auf und angenommen worden/bey dem Kauff-Contract / nach Inhalt unsers vorigen Urtheils zu schützen/

schützen / und der Herr Superintendens und Archidiaconus/ ungeachtet sie inter cives zu referiren und pro talibus gehalten werden/ mit ihrem Suchen abzuweisen. V. R. W.

Ultimò hîc not. quòd princeps inhabilem promovendo, ex certâ scientiâ præsumatur dispensare, *vid. Gabriel. tit. de præsumt. conclus. 8.* De hac materia habilitatis plura vid. *ap. Dom. Card. Tusch. in conclus. pract. concl. 1. & seqq. Arnold. de Reyger in thesaur. jur. sub voce habilis.*

2. Hactenus.

Hoc adverbium, quod referente *Calv. b.* in n. Florentin. actenus, sine aspiratione, habetur, est antecedens relativi quatenus, prout *Ulp. in l. si quis. 49. ff. de pact.* innuit: Nec enim improbam ait, etsi quis hactenus desideret conveniri, quatenus facultates patiuntur, *& l. si pro patre. 10. §. 7. de in rem vers.* Si Domini debitor sit servus, & ab alio mutuatus ei solverit, hactenus non vertit, quatenus Domino non debet. *cum simil.*

3. Haud.

Est adverb. negandi, denotans idem ac non, *l. 2. ibiq; Br. C. quib. mun. excus. hi qui post. lib. 10. gl. in l. 1. verb. controversia. de Se. Br. in rubr. C. de navicul. lib. 11. Alb. d. Perg. in tr. de præposit. num. 59.* unde haud aliter, i. e. non aliter. Sine h. quomodo ponatur, *vid. Repertor. Joan. Bertach. in verb.* aut.

4. Hinc.

Id est ab isto die, *l. placet. 5. cum gl. de SS. Eccles. gl.*

in pr. J. de Jur. nat. Alex. consil. 75. part. 2. Calv. dicit, minus rectè hoc referri ab interpretibus ad tempus, cùm adverbium de loco sit: eleganter tamen poni pro ex hac causâ juxt. vulgatum: Hinc illi lachrymæ.

Sumitur etiam pro ex hâc causâ, *ut in l. Fulcinius. 7. §. 6. ex quibus caus. in possess.* Unde etiam hinc inde, pro undecunque, circumquaque, vox Canonistis familiarior, *c. cum tempore. de arbit. c. cum dilecta. de rescript. & alibi.*

5. Hoc amplius.

Est locutio ea, quæ superius dicta, complectens, docente *Pompon. in l. 54. de leg. 3.* si purè. & sic inclusiva repetitionemque inducens, (quæ repetitio varios habet effectus, secundum *Cujac. observ. lib. 8. cap. 36. ubi pluribus de hac dictione tractat.*) non tamen, quando facit comparationem actus ad actum legandi, sed quando rei ad rem, *notante Bl. in l. 1. §. his itaq. C. de caduc. toll. vid. l. 32. §. 2. de leg. 2. Paul. cons. 108. quòd repetat hæc dictio. & Br. in l. libertis. ff. de condit. & demonstr. no. in l. legata utiliter. de leg. 1. & in l. repetenti. de leg. 3. & per Francisc. Aretin. in l. lecta. si cert. petat. n. 3.* Secundum *Luc. de Penn. in l. 1. col. 2. C. de jur. fisc. lib. 10. & Petr. Enrig. in Opusc. 2. lit. A. 2.* differt ab amplius solutâ dictione, quæ est inclusiva, & notandum; quod, quando dictio amplius referatur ad rem determinatam per nomen, ut lego amplius dote, tunc ponatur comparativè & inducat repetitionem, secuudum *l. 3. de dot. leg.* quando verò ad aliquid determinatum referatur per prænomen, ut hîc, per verb. hoc, tunc, si non præcedat, quod repetat, non repetat: *per l. servus. 108.*

§. 7.

§. 7. *& 8. de leg. 1.* si verò inveniat, quod repetat, tunc repetat, *ut in l. all. 54. de leg. 3. ibiq; Br. ubi plura de hac dictione adducit, & in l. 1. §. hæc verba. ff. si cui plus quam per leg. Falcid.* ubi dicit, quòd amplius quandoque totum contineat, *& sic etiam not. in comment. consuet. Burgund. tit. des enfans de plusieurs lietz. §. 6. in ver. & reliqua.*

6. Hodiè.

Hoc adverbium, quod *secundum Alb. de Perg. d. l. n. 57. Döring. Bibl. JC. hîc. p. 692. n. 47.* est temporis, variè accipitur. 1. pro quovis tempore hujus diei: nec differt, nec conditionem inducit, sed præsens tempus respicit. *l. liber homo. 118. §. 1. de V. O. l. prætor. 7. §. 2. de injur.* nec enim differendæ actionis causâ dies incertus adjectus videtur, sed idem significat, quod hoc tempore, hac tempestate & nunc & ita præsens tempus, multam capiens dilationem, *l. hodiè. ff. de pœn. Calv. in Lexic. hîc.* ubi asserit, quòd licere pro hodiè sic diem hodiernum dixerit, ut Græci dicunt, τὴν σήμερον ἡμέραν. 2. *In l. 17. §. 1. de furt. l. 6. §. 1. de his qui not. in fam.* sumitur pro nunc primùm, & pridiè, statim, non retrò. 3. *in l. 10. inf. de fideic. libert.* sumitur pro nuper admodum, *ubi vid. Fornerium.* Accipitur 4. pro post hanc legem seu Senatus C. *ut in l. 1. §. 5. si cui plus quam per leg. Falcid. l. 68. ad Trebell.* juris igitur novi significativa est, *vid. Brisson lib. 1. select. antiquit. Cujac. obs. lib. 8. c. 5.* Porrò non solùm intelligitur de una die, sed de pluribus, arbitrio boni viri, usq; ad 10. dies, non ultrà: ut cùm dicitur, hodiè constat, hodiè agatur, *secundum Bl. in l. 1. C. ut in possess. leg. Joan. Bertachin. in Repert. hîc.* aliàs de duobus mensibus, *per l. 46. §. 4. de jur.*

fin. idem Bertach. d. l. aliquando de tribus etiam, *secundùm gl. in l. 1. C. de operis nov. nunciat. & Bl. in d. l. 1. C. ut in poss. leg.* Canonica decreta, denique, hodiernum diem donec seculum durat, intelligunt, *11. q. 3.*

7. Honestè.

I. e. cum honore & dignitate, vel saltem sine dedecore, est adverbium qualitatis, *Alb. de Perg. d. tr. de præpos. n. 58.* honestè enim aliquid fieri dicitur, considerata qualitate & facultate personarum. *c. fin. 10. q. 2.* Sic dicitur honestè vivere, qui, quæve matrimonialiter, etiam in secundo matrimonio vivit, *l. 1. & tt. C. de secund. nupt. Nov. 2. d. non elig. sec. nub. c. 3. Doring. Biblioth. JC. h. p. 692. n. 48.* Hinc Honesti propriè sunt, qui nihil turpitudinis habent, *secundum Isidor. 2. Ety.* & hoc vocab. honestus aliàs sumitur tripliciter, 1. pro honorificus, secundùm *Statium lib. 3. Silv. 1. v. 6.*

- - Cui tædis iterum lustratus honesti,
Ignis ab Ortæa conscendens æthera flamma.

Ubi honestum ignem appellat, qui honorificus Herculi fuerit, atque ad cœlum divorum aperuerit viam.

2. Ponitur pro pulcro, *Terent. Andria Act. I. Sc. I. vers. 95.*

- - erat forma præter cæteros
honesta & liberali.

Ubi Donatus: honesta ad formam; Liberali ad vultum retulit. Sic honestam faciem *idem alibi. & Sveton. Tiberio cap. 68. dixit.*

3. Ac-

3. accipitur pro divite, ut Autor est *Ascanius in 3. Verrinam.* in quâ significatione usus videtur *Ulpian. in l.52. §.15. ff. de furt.* Cum Titio honesto, inquiens, viro pecuniam credere vellem, subjecisti alium Titium egenum. *Sic in l. 8. §. 23. de transact. & l. 38. §. 3. ff. de pœn.* His inferiores vocari videtur humiliores, *d.l.38. & l. 1. C. de desertor. lib. 12. in verb. mediocris loci.* De homine honesto, propriè tali, sc. probo, in dignitate constituto, dicitur, quòd habeat pro se præsumtionem, quod nihil faciat dolo, *in spec. de cess. acti. §. 1. vers. sed opponitur.* & notat *Johan. Crotus tr. de testib. p. 3. num. 156. ibi: unde, si personæ fidedignæ. Berl. p. 1. concl. 78. n. 32.* si personæ honestæ & fide dignæ, quibus opponuntur infames, interdum tenuiores, humiles, *l. 28. §. 2. de pœn.* promiserint pro aliquo testari, quod tunc, licet illæ personæ promissionem non adimpleant, & ob id litigator succumbat, nihilominus ille excusetur. De honestis personis & vilibus, quæ sint, tradit *Alciat. in l. mercis. de Verb. Signif. Althus. lib. 1. Dicæologiæ. cap. 6. num. 26.* ubi dicit, quòd gravis, discreta & honesta persona, pro arbitrio judicis dicatur, *secundum Menoch. lib. 2. arb. cas. 69.* quæ sc. autoritatis, prudentiæ & fidei exploratæ, *l. 3. §. 4. de lib. exhib.* ex rerum usu & experientiâ prudentiam habens, *Siracid. c. 3. 4. 9. 11. 12.* vel honestos mores habens, & in dignitate constitutus, *l. ut perfectius. C. de annal. except.* ab his personis honestis quæ gerantur. *Br. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12.* honesta interpretatur, quæ honesta *in l. 1. de justit. & jur. & l. 42. de Rit. nupt. l. 197. de R. J.* à licito, separantur, cùm non omne, quod licet, honestum sit, *per l. 144. de R. J. ibiq; Gothofr. in not.* quod videmus de jure civ. in nuptiis, ubi non tàm quod

licet, quàm quod honeſtum, ſpectari debemus, *per all. l. 42. de R. N.* & quod honeſtum eſt, id demum poſſumus, *l. 15. de condit. inſtitut. Moller. 1. ſemeſtr. c. 47. n. 3.* v. omninò prohibitumve cenſetur, quod honeſtè non licet, *Magn. Dn. Præſ. dec. 10. n. 14. per l. 125. in f. de V. Signif.* proinde etiam perſonæ parentum liberorumve locum obtinentes, conjungi nequeunt, cum honeſtas & pudor naturalis tales à nuptiis perſonas prohibeat, *all. Magnif. Dn. Præſes n. 12.* Honeſtum duplex eſt, unum præcipitur, alterum ſuadetur, *ſecundum Borch. de grad. p. 53.* Honeſtè actum quando dicatur. *gloſſ. in l. quæ utiliter. 45. ff. de neg. geſt.*

8. Hoſtiliter.

Hoc adverb. deſcendit ab hoſtis, qui appellatus ab hoſtio, quod eſt æquo, quod hoſtes, qui apud majores noſtros, *ſecundum Ciceron. lib. off. 1. Varronem & Feſtum*, peregrini dicti, ſuis utentes legibus, ut nos noſtris, pares nobis videantur, vel pari cum civibus jure cenſeantur. *teſte Ciceron. ibid.* vocati etiam hoſtes fuerunt, qui proprio nomine perduelles erant, id quod etiam innuit *Cajus in l. 234. de V. S. quando dicit:* quod nos hoſtes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet.

Hoſtis etiam *in lib. XII. tabb.* accipitur pro adverſario. Si ſtatus dies ſit, cum hoſte venito. *In lib. v. feudorum* pro exercitu, caſtris & militia ſumitur. Unde vox Francogallica L'choſt. *lib. feud. 1. tit. 7.* Si ſimul ſteterint, vel in hoſtem regis acquiſierit. *it. l. 1. tit. 7.* tunc enim poſſunt deveſtiri, niſi fecerint hoſtẽ Romæ, i.e. in exercitu & comitatu Imp. Romam perfecti ſint. *Calv. h.* Hoſtes

stes porrò in verâ significatione sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decrevimus, *per all. l. 234. de V. S. l. 118. ff. eod. l. 24. ff. de capt. & postl.* Cæteri latrunculi vel prædones sunt, *dd. txx.* Non igitur ut ab hostibus capti, ita quoque qui à latronibus detinentur, statum mutant, *l. all. 24. & l. 19. §. 2. de captiv.* Ob horum, hostium sc. incursum, qui est casus fortuitus, *l. 18. in pr. commod. l. 3. §. 1. naut. caupon. Joan. Crot. cons. 12. num. 14.* Lubet quærere: an Emphyteutæ pensionis remissio à concedente Emphyteusin sit indulgenda? Quod affirm. *cum Magnif. Dn. Struv. Exerc. 24. th. 34.* si sc. planè fundum non ingredi & excolere emphyteuta potuit: cum enim tunc tanta sit clades, ut perinde sit, ac si fundus non exstet, quo frui non licet, ex æquitate canon erit remittendus: *arg. l. 12. §. f. de reb. aut. jud. possid.* junge *Magnif. Dn. Præsid. dec. 74. num. 47.*

Q. 2. An Princeps fidem hosti datam servare debeat? quod itidem aff. *cum Grotio lib. 3. d. J. B. & P. c. 19. num. 1. seqq. Dan. Otton. de J. P. c. 8. p. m. 193. Magn. Dn. Struv. Exerc. 6. th. 45.* ex rationibus cit. locis allatis, cum etiam prædonibus & pyratis servanda sit, uti eleganter differit *all. Grot. d. l. n. 2. seqq.* Not. hic, quod licet aliàs, qui cadavera defunctorũ effodiunt & spoliant, gravi admodum pœnâ afficiantur, *quam vid. in Berl. p. 5. concl. 47. à n. 1 usq; ad 24.* nihilominus tamen hostium sepulchra impunè violari possint, *per tx. in l. sepulchra hostium. 4. de sepulcr. violat. l. 36. de religios. Menoch. lib. 2. aribtr. jud. quæst. cent. 4. cas. 307. n. 26. Decian. tr. crim. tom. 2. lib. 6. c. 44. (ubi limitat) n. 9. ibi, qui etiam. Prosp. Farinac. in suâ Pract. Crim. lib. 1. tit. 3. q. 20. n. 120. Hippol. de Marsil. in l. ult. ff. de quæst. n. 53. Berlich. d. loc. n. 31.*

9. Hucusque.

Eſt Adverbium ad locum, & idem eſt, atque usque ad hunc locum, *referente Plinio, lib. 6. cap. 29.* Hucusque Neſtoris exercitum duxit. Sumitur ap. *Venulejum in l. ſi fructuarius. 4. ff. uſufruct. quemadm. caveat.* pro usque huc.

10. Hypotheticè.

Deſcendit à nomine *hypotheſis*, ſignificans argumentum, cauſam. JCti veteres ſpeciem, recentiores caſum vocant. Martin. in Lexic. Philolog. *ad voc. hypotheſis.* Unde adverbium hypotheticè accipitur pro conditionaliter, reſpectivè, *Hartm. Piſtor. lib. 1. quaſt. 24. n. 2.* ubi dicit, fructus pendentes eſſe partem fundi hypotheticè, vel ſuppoſitivè, habito ſcilic. reſpectu ad ipſius fundi ſtatum præſentem, quo fructus pendentes ſunt, *Didac. Covarruv. lib. 1. var. reſol. cap. 15. n. 1.* ubi hoc ex multis alleg. ibi Autoribus ita eſſe cenſet.

Lit. I.

ADVERBIUM I.

Jam.

Hoc Adverbium, quod idem ferè eſt ac nunc, illicò, eſt temporis, ponitur aliquando pro præterea, & tunc inſervit connexionibus, *Cicer 1. de Orator.* jam verò narrationem, quod jubent, veriſimilem, & non ſolùm continuationem, ſed etiam perfectionem actus denotat, ut

per Br.

per Br. in l. Celſus. n. 26. ff. de uſucap. & in l. 1. de aqu. quot. & æſtiv. tx. in conſtit. 1. C. verb. omnem jam conſtitutionem. & ibi Bl. & in Paſſione Dominicâ, cum jam ſero factum eſſet, *Pet. de Ancb. in c. auditis. de præſcript. Anton. Bard. de temp. util. c. 19. n. 8.* ubi hoc ita verum eſſe dicit, ſi ſcil. adjungatur tempori præterito, ſi verò futuro, ſignificare ſolùm continuâtionem, *ſecundum Bl. in d. conſt. 1. vid. tex. in c. litera. de dilat.* ad ſimilitudinem dictionum, olim, dudum & quondam. Unde ſi teſtes depoſuerint hoc modo: Aliquem poſſediſſe jam decem annos, vel alio ſimili modo, tunc temporis continuationem, perfectionem & complementum notat & ſignificat; quia hoc adverbium junctum cum præterito, denotat perfectionem temporis, *fac. l. 5. ff. judic. ſolv. Joan. Bertachin. in Repertor. ad hanc dictionem. junge Felin. in c. licet cauſam, n. 10. de probat. & Cagnol. in princ. procem. Digeſt. n. 64.* Hæc dictio etiam non reddit rem dubiam, & eſt completiva, *ſecundum Bl. & Joan. Bertachin. in Repert. h. vid. l. 8. de contrahend. emt.* Ponitur interdum etiam interrogativè, *ut in l. ſtichum. 55. ff. ad L. Aquil.* Geminatur nonnunquam celeritatis exprimendæ gratia. *Terent. Adelph.* jam jam deſino. *Cic. ad Attic. lib. 7.* mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apuliâ. Huic dictioni, ſi adjecta eſt vocula nunc, ut jam nunc, quod etiam nunc jam dicitur, certi temporis, quod præſens eſt, indicationem facit, *l. ſi mortis cauſa. 29. ff. de mort. cauſa donat.* Si verò tum, ut jam tum, quæ eſt una dictio, quâ uſus *Papinian. in l. pater inſtituti. 10. de capt. & poſtlim. reverſ.* temperamentum tractus facit. *Sic apud Ciceron. pro A. Licinio, it. pro Cluentio. gl. vid. Zaſ. in alleg. legem.*

2. Ibi.

Eſt Adverbium Loci, *Alb. de Perg. d. l. n. 60.* in eo ſcil. loco ſignificans, quo propriè utimur in demonſtrando, uti Feſto *lib. 9.* dicitur, ibi, cum locus ſemel demonſtratur, ibidem cum ſæpiùs. Et non tantùm locū, ſed quandoq; etiam tempus demonſtrat, idemq; valet, quod tunc, *gl. in l. ſi quis. d. judic. Terent. in Evnuch.* invitat triſtis, manſit: ibi illa cum illo ſermonem accipit. Variè hæc dictio ponitur, interdum ad perſonam referunt, *uti in l. 30. de judic.* ſecundum *Calv. hic.* interdum pro illic, & opponitur particulæ hic: ut *in l. 4. §. 6. vi bon. rapt.* eſt etiam interdum antecedens relativi ubi, uti *Ulp. habet in l. item Mela 11. ff. ad L. Aquil.* Et ſane ait, ſi ibi tondebat, ubi ex conſuetudine ludebatur. Nonnunquam idem eſt ac in ea re, *uti l. 18. ff. rem rat. hab. l. 43. d. dam. infect.* nonnunquam ponitur pro in ea cauſa & ſpecie, *ut in l. 1. de in jus voc. ut eant. l. 35. in f. d. neg. geſt.* Porrò accipitur pro in leges, *ut l. 9. §. pen. ff. d. R. Div.* In interdicto de vi, hæc dictio quemadmodum accipienda ſit, exponitur *in l. 1. §. 37. & 38. ff. de vi & vi armat. In l. 44. l. 67. l. 78. §. 1. l. 89. d. leg. 3.* ubi ulterius de hac dictione agitur, vid. *ad h. dictionem Calvinum h.*

3. Idoneè.

Id eſt aptè, commodè, ſufficienter. In jure idoneè cavere dicitur, ſi quis pignoratitiâ vel fidejuſſoriâ, aut (ſi illas præſtare nequeat) ſaltē juratoriâ cautione cavet, *c. 1. de dol. & contum. in 6. junct. gl. ſuper verb. ſufficienter.* Et hoc etiam ſic procedit in praxi, *vid. Magnif. Dn.*

Præſes

Præses Decis. 65. n. 22. seq. Hinc idoneus, qui in jure civili accipitur locuples & qui solvendò est. Ita idoneus debitor sumitur in *l. 27. §. 3. de minor. l. 42. mandat. l. 46. §. 9. de jur. fisc.* tutor, *l. 9. de tutel. l. 14. l. 39. §. 10. l. 45. de administr. tut.* heres, *l. 14. de minor. l. 2. §. 1. de fund. dotal. l. 5. de separat. l. 19. qui pot. in pign.* fidejussor, *l. 3. de fidejussor. l. 6. §. 1. de muner. & honor. l. 7. qui satisd. cog.* quamvis in idoneo fidejussore non tantũ considerẽtur facultates, sed etiam facilitas conveniendi, *l. 1. si quis in jus vocat. d. l. 7. qui satisd. cog. l. 2. in pr. eod.* ubi Jason plenè dicit, quòd debeat esse dives, ut habeat tantùm in bonis stabilibus, quantum importat fidejussio, & quòd sit ejusd. fori. *vid. Hering. d. fidejussorib. c. 27. n. 263. & 274.* ubi dicit, paria esse, si quis non sit solvendo, vel facultate conveniendi. Idem est, si debitoris bona non possint vendi vel alienari, *Hering. d. l. n. 241. Caroc. de excuss. bonor. p. 1. q. 66. n. 1.* Eod. sensu, quo idoneus debitor &c. Sumitur etiam idonea hereditas, *in l. 51. §. 1. de acquir. hered.* Idonea nomina, *l. 13. §. 1. l. 35. de admin. tut.* Idoneum vel non idoneum pignus, *l. 28. si cert. pet.* Idonea cautio vel satisdatio, *l. 1. §. 3. 6. depos.* de hac satisdatione, quæ fit datis fidejussoribus, an & quando requiratur, *vid. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 5. th. 21. Strauch. diss. 5. n. 22.* Idoneus defensor alienæ litis, an quis sine satisdatione habeatur? *vid. l. 110. §. 1. de R. J. l. 46. §. qui alium. de Procurator.* ubi negativè deciditur.

De idoneo teste, *c. 1. 41. & 47. X. de testib.* quales sunt omnes homines, & in dubio quilibet præsumitur, nec qualitas idoneitatis per producentem articulanda aut probanda est, *Ludov. Carer. in pract. crim. de indic. §.*

in text. ibi: testibus superatus. n. 27. Monticell. in repert. test. fol. 86. col. 1. v. 2. Cephal. concl. 227. n. 55. Socin. Jun. l. 2. consil. 29. n. 26. Carpz. d. l. n. 27. not. quòd in criminalibus causis non nisi idoneus regulariter ad probationem criminis admittatur, *vid. Carpz. in Pract. Crim. p. 3. quæst. 114. n. 26. & 27.* ubi & quinam idonei dicantur, & inidoneos in criminalibus adducit, *à num. 28. usque ad 34.* quamvis quandoque admittantur inidonei, si sc. aliter veritas haberi nequeat, & præsertim in delictis & factis, quæ sunt difficilis probationis, *Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1360. num. 4. Joan. Althus. lib. 3. Dicæolog. c. 35. Prosper Farinac. lib. 2. oper. crim. lib. 1. conclus. 7. num. 3. Bursat. lib. 4. cons. 346. num. 17. Carpzov. d. l. num. 35.* ubi ea delicta adducit. Idoneus *d. Jur. Canon.* dicitur ille, qui pro idoneo approbatur ad majorem dignitatem; quia erit etiam idoneus ad dignitatem minorem; secus econtrà. *Gemin. cons. 111. n. 2. & 3. vers. ideò reputatus.* declarat tamen *Besignet. decis. 19. d. præbend.* ut procedat, quando major & minor sunt ejusd. qualitatis, *vid. Tusch. Pract. conclus. juris. lit. I. conclus. 6. num. 2.* Idoneus quando quis probetur, & quæ requirantur ad hoc, vid. *Mascard. vol. 2. de probat. concl. 877.* Idoneitatem considerari non solùm ex personis, sed etiam ex facilitate executionis actus, qui intenditur fieri, dicit *Oldr. cons. 313. in pr.* ubi exemplificationes vid. ad voc. idoneus. *Conf. Repert. Joan. Bertach. ad lit. I.*

4. Jejunè.

Hoc Adverbium sumitur quandoque pro tenuiter, exiliter, languidè, frigidè. Hinc dicitur jejunus animus pro languido & imbecilli. Oratio jejuna pro tenui

nui & exili, cui contraria eſt copioſa, plena, conferta. Hîc notandum, quod teſtis debeat eſſe jejunus, quando examinatur *1. C.1.X. de teſtib.* cùm juratò deponere teneatur, & tota vis depoſitionis teſtium ac ſubſtantia in jurejur. conſiſtat & teſti non jurato non credatur, *Carpz. in Proceſſ. Jur. tit. 13. art. 4. n. 73. & ſeq.* Hinc colligitur, jejunum hunc vocari, qui non eſt ebrius, non qui planè à cibo abſtinuit. Et ita ſervatur in praxi. In ebrio enim non eſt recta ratio, nec rectum conſilium, nec geſtorum memoria. *Gail. 2. obſ. 110. n. 24.* propterea nec teſtimonium ab ebrio factum vires obtinet, *gl. in c. unusquisque 8. c. 22. quæſt. 4. Bl. ad d. c. 1. d. teſtib. ibiq. Mynſinger. vid. Carpz. lib. 6. Reſponſ. jur. tit. 1. reſp. 4. n. 24.* Nec immodicè ebrius ob commiſſum homicidium punitur pœnâ ordinariâ, *l. 6. §. 7. de re milit. Gail. all. loc. n. 24. uſque ad 30. Carpz. Pract. crim. p. 3. quæſt. 146. n. 32.*

5. Ignaviter, ignavè.

i. e. indiligenter, ſegniter & negligenter. *gl. in l. f. C. de Epiſc. & Cler.* pro ſtultè exponit: Sed dicit *Calv. h.* quod ſatis ſtultè, cùm lentè & leniter ſignificet. & *ap. Ciceron. ſecundâ Tuſculan.* deſcendit hoc adverbium ab ignavus vel ignavia, quam JCti diligentia opponunt. Ignaviæ culpam contrahunt, qui ex qualibet levi, vanâ, injuſtave cauſa ad res improvidas, temerariasve aut noxias moventur, dum dolus abſit. Huc faciunt exempla in *l. 2. §. 20. vi bonor. rapt. l. 1. §. 4. ibique gl. de abig. cum ſimil.*

6. Ignominiosè.

i. e. cum dedecore. deſcendit ab ignominia, quam

dictam vult *Isidor. lib.5. c.15.* quasi sine nomine, eo, quod in aliquo crimine deprehenditur: *Ciceroni lib. 4. de Republ. ap. Nonium* nominis nota etiam est, quando inquit: Censoris judicium nihil ferè damnato adfert, nisi ruborem. Itaque quod omnis ea judicatio fertur tantummodò in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. *Festus lib.4.* ignominiam inter militares animadversiones recenset. Unde ignominiosa missio apud *JCt. in l.13. §. 2. ff. de re milit. l. 2, de his qui not. infam.* quæ est, quoties is, qui militem è castris mittit, addit nominatim ignominiæ causa se mittere *d.l.2.* & taliter missus sine dubio infamiâ notatus est. Hac ignominiâ soluti milites dicti, qui felici prælio, priori culpâ correctâ, & obliteratâ memoriâ dedecoris, in eum, quo prius erant, gradum restituti, pristinam dignitatem recipiebant. *ex Spigel. Calvin. hic.*

7. Ilicò.

i. e. statim, confestim. Est temporis hoc Adverbium, *secundum Alb. de Perg. Tr. d. Præposit. n.61.* & aliquando intervallum temporis admittit, aliquando non, pro subjectâ materiâ, *Rebuff. ad l. anniculus 134. in verb. statim. d. V.S. Chover. tr. d. publ. concubinar. vers. statim.* dicit, quod regulariter hæ dictiones ilicò, statim &c. aliquid sine temporis intervallo faciendum denotent, præsertim si à jure vel lege proferantur, ut *in l.25. §.8. vers. judici enim statim, atque judex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in judicio versantur, d. ædil. edict. l. fin. §. fin. in fin. C. de bon. quæ lib. ubi in servis filiof. donatis sub eâ conditione, ut statim in libertatem eos perducat, nullum obstaculum*

lum

lum paterna facit autoritas l. 27. locat. Sic etiam illicò, ſtatim &c. ſignificant ſummariam cognitionem & important paratam executionem. *Br. in l. in ſtipulatione. 1. judicat. ſolvi. n. 3. in med. verſ. verb. ſtatim. ſignificat ſummariam executionem & verſ. ſq.* Id. *in l. 11. C. depoſit. Jaſon. in l. jusjurandum. 2. de jurejur. n. 17. & ſeq. Joan. Petr. Molign. de reconvent. quæſt. 43. poſt pr. verſ. qui fortius dicit, p. 46. Berlich. p. 1. concl. 80. n. 65.* Aliquando tamen, ut dictũ intelligitur cum temporis temperamento, ut *in l. 105. ff. de ſolut. ubi Paulus,* (ſtatim ſolvere) cum aliquo temporis temperamento intelligendum eſſe dicit, ut non cum ſacco adeat Creditor. *Carav. in Rit. magn. Cur. 172. item quod ſi debitores n. 1. & 2.* Ita & vocula Illicò ſumitur pro ſpatio trium dierum, vel triduo proximo. *l. cum ſpecialis 18. C. de judic. ibique Gothofr. in not. ſub lit. x. l. 3. C. de error. advocat.* De hac dictione, quas alias admittat expoſitiones, *vid. Alberic. in ſuo Dictionario. Joan. Bertachin. in Repertor. ſub voce Illicò. Döring. in Biblioth. JCtor. ad dictionem confeſtim, ſtatim, p. 691. & 696. Calvin. hic.* ubi pluribus de illâ tractant.

8. Immediatè.

Ex communi uſu dicendi (1) denotat id, quod nulla præſupponit media alia, German. ohne Mittel. Poſteà (2) ex ſententia quorundam idem eſt, quod per rerum naturam unum & idem continuativè eſt, *Petr. Enriq. Part. oper. ſecund. Opuſc. 2. lit. I. Bl. in l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicomiſſ. & in l. 1. C. de condit. inſert. Capra in conſ. 18. n. 12. Bertach. in Repertorio. Jur. ſub hac voce. p. 221.* Denique (3) ex uſu Juris publici, involvit id, quod nullius

Status

Status, sed solius Cæsaris imperio subjacet, dem H. Reich ohne Mittel unterworffen. Hinc est, quod (1.) Bona imperio immediatè subjecta dicantur illa, quæ pertinent ad Imperii Status, superiorem, præter Imperatorem, non recognoscentes, quo sensu intelligenda sunt verba *Ordin. Cameral. p. 2. tit.* daß die Sach der streitigen possession zwischen den Partheyen / so dem Reich ohne Mittel unterworffen. vid. pluribus Besold. Thesaur. pract. lit. O. verb Ohne Mittel dem Reich unterworffen. Hinc præterea est (2.) quod multi in Imperio cives immediati sint, qui tamen Status Imperii non sunt, *uti est textus expressus* in Deputations-Abschied *de A. 1564. §.* Und wollen Wir als Röm. Keyser gegen denen so nicht Stände des Heil. Reichs / jedoch dem H. Reich *immediatè* unterworffen. *Fac. text.* in R. A. *de. An. 1548.* §. wiewol auch in der Ringerungs-Handlung / ibi: nicht *immediatè* Glieder und Stände des H. Reichs gewesen / ubi dicit *Reink. tr. de Regim. secul. & Ecclesiast. lib. 1. cl. 5. c. 10. n. 2.* quod per particulam copulativam ET, hæc duo, immediatum & Statum esse conjungantur. Copulæ autem naturam esse, ut ponatur inter diversa, *per gl. in rubr. de jur. & fact. ignor. Jason. ad l. 32. n. 2. de legib.* Latius itaque patet, immediatè subjectum, quàm Statum esse, *Auctor decision. seu præjudic. Camer. in verb. Nobilitas, fol. 135. versic. immediatè.* Cùm sola immedietas ad constituendum Imp. Statum non sufficiat, sed requiratur insuper votum & Sessio in Comitiis, per ea, quæ latè habet *B. D. Arumæus in comment. de comit. c. 4. n. 4.* valet itaque *secundùm Herman. Herm. in fascicul. Jur. publ. c. 32. n. 1.* argumentum negativè h. m: Non est immediatus,

mediatus, E. non est Status. Non è contra affirmativè; Est immediatus, Ergò est Status, uti hoc multis in *d. c. 32. alleg. Herm. Hermes* probat.

Hâc occasione quæritur de Comitibus, Baronibus & Nobilibus, si sint S.R. Imper. immediatè subjecti, vel domicilium in alicujus Electoris vel Principis Territorio sortiantur, & simul feuda in Provincia quadam Saxonica habeant, illaque vel ipsi in persona, vel per suos familiares, Officiales, aut ministros possideant, an illorum respectu in dicta Provincia forum sortiantur, ita ut tàm in actionibus realibus quàm personalibus coram Judicio Aulico, ut & Curiali, **so wol für Fürstl: Regierung/ als dem Hoffgericht/** conveniri possint, ibique stare teneantur? Ad hanc autem arduam controversiam & quæstionem maximi sanè momenti ritè decidendam, notandum est, (1.) Jure communi cautum & receptum, præsertim verò in Imperio Romano usitatum esse, quod aliquis respectu diversorum bonorum pluribus jurisdictionibus subesse, ac plures & diversos Dominos agnoscere possit. Johann. Meichsner. Augustissimi Judicii Cameralis quondam Assessor celeberrimus, *Decision. Cameral. tom. 3. Decis. 6. n. 53. & seq.* ubi tradit, & jure communi receptum, & de more nostrorum temporum, præsertim in Imperio usitatum est, quem respectu diversorum bonorum alii atque alii jurisdictioni posse subesse, ac plures & diversos Dominos agnoscere, cum varia & diversa sint genera & gradus fidelitatis, subjectionis, & obedientiæ. *c. 1. qualiter jurar. Vasallus debet. c. 1. §. ult. Hic finitur lex. & ibid. communiter Feudistæ. Bl. in c. quemadmodum. n. 6. & 7. de jurejur. & cons. 327. lib. 1. consil. 445. lib. 4.*

Ardiz. *c. 69. in summa feud.* Jacob de S. Georgio *ad verb. Et promiserunt servire eidem Domino. Et num. 13. Zas. in Epitom. feudal. p. 7. n. 28. vers. requisitus verò Vasallus.* Idem planè adstruit Andr. Gail. itidem laudatiss: Judicii Assessor famigeratiss. *tract. de Arestis Imperii. c. 6. n. 14.* quod Status duplicem personam diversis respectibus sustinere & repræsentare dicatur, unam Imperialem, alteram Municipalem sive Provincialem: idque utrobique ÆQVE PRINCIPALITER. Et addit, posse unum eundemque hominem diversis respectibus & qualitatibus duplicem personam repræsentare, diversoque jure censeri: & hoc in Jure & Imperio illustribus exemplis & testimoniis notum & comprobatum esse. Id. *ibid. n. 16.* attestatur, notorium, & per totam Germaniam multos esse in Imperio Comites & Barones, qui etsi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoscant, ideoque inter Status & Ordines Imperii referantur, tamen quia in aliorum Principum provinciis dominia quoque & domicilia sua habeant, eorum respectu pro subditis illorum Principum INDUBITATE habeantur, & proinde ad onera & munera talium Provinciarum æque ac alii Provinciales teneantur, velut in Austria, Bavaria, Saxonia, Marchia, Hassia, & aliis Provinciis tàm Ecclesiasticorum quàm Secularium Statuum personis perspicuum est. Sed quid opus, pergit prælaudatus Gailius *d. l.* longa & solicita exemplorum enarratione? Res est publica Imperii lege *in Comitiis Augustanis Anno 1548.* §. wiewol auch in Ringerungs Handlung/ & in §. aber der Graffen/ apertè decisa, sicut in specie de Comitibus à Tübingen/ ibid. videre est. Prædictam quoque distinctionem jure probari,

bari, multis exemplis declarat Nicol. Everhard. *in loco & textibus à Gail. allegatis*. Postea idem *n.17.* pro confirmatione hujus sententiæ adfert, quod neque contraria neq; absurda sint, aliquem esse respectu unius in libertate, & respectu alterius in servitute, cum separatorum separata sit ratio. Eandem defendunt Gyland. *decis. 46. lib. 1. per tot.* Schvvanman. *observat. fin. decis. 10. fol. 115.* Paul. Matth. Wehner *pract. observat. sub voc.* **Landes oder Erb-Huldigung.** Georg. Everhard. *vol. 2. consil. 14. n. 33.* Besold. *p. 6. consil. 299. n. 9. & seqq.* (2.) Præsupponimus & notamus in Provinciis Saxonicis dari **Landes-Fürstliche** sive **Hohe Landes-Obrigkeit** / quibus competit potestas, protectio & defensio ratione jurisdictionis territorialis, & quidem universalis. Thom. Mich. de *jurisdict. conclus. 44.* lit. D. cum omnigeno Imperio & terrendi jure. Andr. Knichen. *de jure territor. c. 1. n. 26.* & sublimi ac universali jurisdictionis lege. Caspar. Ziegler. *comm. conclus. ad aur. praxin. Nicol. Calvoli §. Landsassii. n. 8. & n. 11.* tradit, & ex aliis probatis Autoribus confirmat *num. subseqq.* hoc respectu tales Principes & Status habere **ihre Landsassen unn Unterthanen.** Imò **Landsaß und Landes-Obrigkeit** / tanquam activum & passivum se mutuo respicere. Quo intuitu Landsassium nihil aliud esse, quàm hominem jurisdictionalem, cui in OMNIBUS mandari & præcipi possit. Idem planè sentit *Besold. dicto consil. 299. n. 12.* ubi ait: vigore **der Landsässerey** omnes in territorio Principum suorum domicilia, castra, & pagos habentes, tanquam subditi tractari queunt. Et posteà *n. 16. & seq.* indicia **der Landsässerey** recenset: si quis puta **der Landschafft** incorporirt, à Principe ad Comitia vocatus com-

 pare-

pareat. Et contributiones seu Collectas in specialem utilitatem territorii indictas exsolvat, Est & testimonium omni exceptione majus, probatioque probata der Landsässerey homagium seu juramentum subjectionis, Die Erb-und Landes-Huldigungs-Pflicht. Porrò subjectio probatur ex justitiæ administratione, si nempe Nobilis, (idem planè est in quolibet subdito, tàm in personalibus quàm realibus, activè & passivè, in Domini Curia agere tenetur, wann er bey einem Fürsten Recht nehmen und geben muß. Hinc rectè concludi potest, si quis Ducem aut Principem pro suo agnoscat Domino, für seinen Erb-und Landes-Herrn: inde subjectionem quoque patere, & territorialem jurisdictionem evictam putari. *Besold. d. l. n. 18. in fin.* Qui hanc quoque materiam *p. 5. consil. 233. n. 12.* eruditè & solidè pertractat, hisce formalibus: Diese hohe oder Lands-Obrigkeit competirt und gebühret den Fürsten und gemittelten Ständen/ tàm in personas quàm res, in ditionibus seu territoriis ipsorum sitas. Dann wer ein Lands-Fürst ist/ und Lands-Fürstliche Obrigkeit hat/ dem müssen die Landsassen/ das ist/ selbige/ so nicht allein in eines Fürsten Land/ sondern unter eines Fürsten Landes-Obrigkeit seßhafft/ oder mit begriffen/ (seu ut loquuntur nostri Doctores, qui non solùm in sed & de territorio sunt) sie seyen gleich sonsten vom Adel oder nicht/ die Erb-oder Landes-Huldigung erstatten/ Natta *Cons. 628.* Gail. *de arrest. c. 6. & 7.* Matth. Stephani *de jurisdict. lib. 2. cap. 7. n. 209. &c.* quod juramentum vulgò Homagium vel Hominium dicunt: Homo enim, Manne/Leut/ Leodes, Leudes, pro subditis sumebant olim. Hotom. *in Lex. Feudal.*

Es

Es könten auch solche Adeliche Landsässen/ sie seyen gleich Vasalli oder nicht / à Principe ad Comitia Provincialia, zu den Land-Tägen/ (als der ander Stand nach denen Geistlichen/) vocirt werden / Gail. *de arrest.c.7.n.10.& 14.*

So müssen zugleich die Landsässen / bey ihren Lands-Fürsten Recht nehmen/und Recht geben/tam in personalibus quàm realibus, activè & passivè: sive immediatè in Aula, sive in Curia provinciali causa ventiletur; ut appellatio ad Principem postea devolvatur. Acta Ortenburg. contra Bayern/*fol.472.in f.*Gail.*d.c.7. n.14.* Menoch.*cons.75.n.22.& cons.21.n.10.*

In Summa/ein Landsaß ist für nichts anders/ quàm pro subdito, sive homine jurisdictionali zu halten; cui in omnibus præcipi ac mandari potest à Domino territorii: qui Ducem agnoscit ac nominat seinen Erb-Herrn und Lands-Fürsten/ & ei omnem obedientiam promittit, omniquemodo jurisdictioni Domini se subjicit. Post Meichsnerum & Schvvanmann, aliosque ibi adductos, Paul. Matt. Wehnerus *in Pract.observat.de verbor. & rer.signif.in verbo* Landsässerey und Landsassen. Novissimè Joh.Rudinger *singular. observat.cent.3.observ.27.n.3.*

Quicunque igitur territorium universale habent, in omni etiam superioritatis atque Jurisdictionis jure fundatam habent intentionē in omnes & singulos Landsassios & subditos, & in omnes in suo territorio exortas causarum species, civiles & criminales, reales & personales, judicii tàm petitorii quàm possessorii, *Ziegler.d.l.n.22.* & quæcunq; intra territorii septa continentur, ea in fide

& patrocinio Domini illius esse, textib. & Dd. probat. Id. ibid. *n.32.* & *n.25.* repetit, Principes vigore juris territorialis etiam in finibus territorii habere fundatam intentionem quoad OMNEM JURISDICTIONIS SPECIEM. Et vicissim, qui Principem pro suo agnoscit Domino, & se obligat ad obedientiam, is non solùm bona, sed & personam obligat, cum juramenti subjectionis & obedientiæ præstatio maximè obliget personam, nec ab hac præstatione persona jurantis eximi & separari possit, cum omnia, quæ gerenda sunt, à nostris personis initium sumant, & absque illis inutilem actum faciant. *l. quicunque. 11. ibiq. gl.& Dd. ff. de O.& A.* Præterea omnimoda ac universalis jurisdictio, quæ Domino territorii competit, omninò requirit omnimodam subjectionem atque obedientiam, quam subditi sine ulla diversitate & exceptione in omnibus causis præstare tenentur. Ex hisce indubitatè patescit, planè absurdam, insulsam, insolitam, minimè fundatam, & in hisce Provinciis inauditam esse quorundam opinionem, quando distinguunt inter homagium reale, & personale, quam omninò respuit universalis & omnimoda jurisdictio, quæ uti supra diximus, Principibus competit, & ex natura correlativorum omnimodam & minimè restrictam ab omnibus Landsassiis & subditis requirit subjectionem. Ex prædicta quoque nova & singulari opinione multa possent oriri absurda, si Landsassius quidam saltem ratione rerum, & non simul quoad personam vellet esse subditus, & Principi suo subjectus. Ita enim ex omnibus actionibus & causis personalibus reales possent fingi, & quædam actio merè personalis in uno loco pro reali, in alio autem pro personali haberi. Actori

quoque

quoque præriperetur electio Reum plura domicilia habentem in hoc vel illo conveniendi, contra manifesta jura, quæ allegat Zanger *de Exception. p. 2. c. 1. n. 95.* & Matth. Cöler. *de Process. executiv. p. 2. c. 1. n. 51. & duob. seqq.* ubi dicit, quod creditor debitorem suum non tantùm in loco negotii gesti, sed etiam coram judice sui domicilii convenire queat, ac quod in ejus potestate resideat inter plures Judices partis reæ eligere unum vel alium, quem velit, pro distringendo debitore ejusve bonis. Homagium itaque tàm quoad bona quàm quoad personas omnimodam & minimè limitatam requirit subjectionem. Idem defendit Ziegler. *d. l. n. 38. & seqq.* quando inquit, Dominis territorialibus per Landsassios & alios subjectos juramentum adsecurationis & subjectionis, **die Erb- und Landes-Huldigung** esse præstandum. Id quod non propter res possessas, sed respectu personæ præstatur, & quod revera subditum efficit. Vana itaque & à communi Classicorum Practicorumque Juris concluso diversa, & planè aliena est illa homagii realis atque personalis distinctio & opinio, quæ etiam solidè impugnari potest ex variis jurisdictionis territorialis indiciis atque actibus illimitatis, ipsas personas propter bona respicientibus, uti sunt (1.) juramenti subjectionis indeterminata præstatio & receptio. Prima enim agnitio & confessio subjectionis in eo consistit. Thom. Mich. *de jurisdict. conclus. 57.* Gail. *de arrest. imp. d. c. 6. n. 10. & c. 7. n. 10.* Ernest. Cothman. *resp. de Academ. 47. n. 38.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. ult. n. 122. & seqq.* quæ est superioritatis recognitæ tessera. Andr. Knichen. *de jure territ. c. 3. n. 168.* & actum jurisdictionis universalem inducit, atque de necessitate

subje-

subjectionem arguit. Zal. *singul. resp. lib. 2. c. 31.* Sixtin. *consil. Marpurg. 8. n. 77.* Gylman. *decis. 46. n. 13.* quod maximè elucet ex communi jurandi forma: **unterthänig/ gehorsamb/hold/ getreu/und gewärtig zu seyn.** Item, **was ein getreuer Landsaß und Unterthan seinen rechten Erb-Herrn und Landes-Fürsten zu thun schuldig ist.** Ziegler *d. l. n. 42.* (2.) actus jurisdictionis territorialis & subjectionis omnimodæ consistit in potestate convocandi ad Comitia Provincialia, **auf die Land-Täge/** & Landsassiorum comparendi necessitate. Gail. *de arrest. Imp. c. 7. n. 14.* Ziegler. *d. conclus. 1. n. 139. & seq.* Tertius actus concernit onerum provincialium, **der Land-Steuer/ Landbeede/ Ungeld/ Tranck-Steuer/** & similium exactionem & solutionem. Gail. *lib. 1. observ. 21. n. 9.* Schurff. *consil. 59. n. 16. cent. 1.* Andr. Knichen. *de jure territ. c. 3. n. 223.* Reinking. *de regim. sec. & Eccles. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 130. & seqq.* Ziegler. *d. conclus. 1. n. 150.* Quartus universalis & territorialis jurisdictionis, atque omnimodæ subjectionis spectat jura provincialia & Constitutiones, **Landes-Kirchen-** Consistorial- **und Hoffgerichts-Ordnungen/** & diversa judicia, Dicasteria, Collegia, **Fürstliche Regierung/** Consistorium, **Hoff- und Land-Gericht.** Wehner. *pract. observat. sub Lit. L.* & voc. **Landsässerey und Landsassen.** Ziegler. *d. conclus. 1. n. 135. & seqq.* adeò, ut jura communia per dictas Provinciales Ordinationes & constitutiones tollantur, & hæ in illorum locum subrogentur. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 8. n. 28.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. cap. 7. n. 327.* Et Camera etiam Imperialis Principum subditos juxta peculiares istas Constitutiones judicare & cognoscere teneatur.

Ordi-

Ordinat. Camer. *p.1. tit.57. in verb*: nach redlichen/ erbarn/ und Ländischen Ordnungen/ Statuten und Gewonheiten der Fürstenthumben/ Herrschafften und Gerichte/ die vor sie bracht werden/den Hohen und Niedern/ nach seiner besten Verständnüs/ gleich zu richten/ und keine Sach sich dargegen bewegen lassen. Vid. Zigler. *d. l. n.137.* Et hæ ordinationes atque Constitutiones omnes & singulos subditos æquè obligant, & ad omnes jussæ sunt pertinere, & per consequens omnimodam, generalem & præcisam requirunt observantiam, per text. *in l.2.3.5. & 12. C. de LL.* Schrader *de Feud. part. 10. sect.4. n.46.* ubi tradit, quod Constitutiones, Statuta, & Decreta Principum Secularium, habentium regalem dignitatem perpetuam, & ad hæredes transitoriam, licet ipsi superiorem recognoscant, censeantur esse jus non prætorium sed civile, secundùm magis communem & receptam Dd. sententiam. Idem attestatur *tr. feud. part. 1. quæst.1. n.2.* quod certi atque manifesti juris sit, omnes non solùm constitutiones, verùm etiam omnia placita Principum legis potestatem obtinere. Hinc sequitur, quod omnes Landsassii & subditi Principis sui Statutis, Ordinationibus & mandatis etiam inviti parere teneantur. Pacian. *de probationibus lib.2. c.35.* Marta *de jurisdict. p.4. cent.2. cas.137. n.10.* Hermann. Vultej. *Consil. Marpurg. 19. n.7. vol.3.* Zigler. *d. conclus. 1. n.147.* Sextus jurisdictionis universalis & territorialis & omnimodæ subjectionis tàm quoad res quàm ad personas est ultima provocatio sive appellatio, & comparitio. Appellatio enim potissimùm est superioritatis ar-

gumentum, & dirigi debet ad illum, qui est in jurisdictione superior. *l. à Proconsulib. 19. & l. præcipimus. 32. C. de appellat.* Bartol. *in l. 1. §. si quis. n. 14. ff. eod.* & Bald. *in Auth. si quis litigantium. n. 4. C. de Episcop. aud.* Inter præcipuos jurisdictionis universalis & omnimodæ subjectionis refertur (7.) & ultimò contra omnes & singulos subditos tàm in actionibus realibus quàm personalibus activè & passivè emissæ citationes, comparitiones. Citatio enim est actus jurisdictionis. *l. 2. ff. de in jus. voc. l. cum Clericis. 25. & l. omnes. 33. §. executoribus. vers. verùm si apparitor. C. de Episcop. & Cleric.* Et ex citatione jurisdictio probatur. Mascard. *de probationib. conclus. 946. n. 4.* Hinc concludit Reinking. *d. tr. d. R. S. & E. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 101.* quod subditi teneantur in tribunali tàm mediato quàm immediato Dominorum territorialium comparere, non solùm in realibus, sed etiam personalibus, activè & passivè, argumento *cap. licet. in fin. de elect.* Matth. Wehner. *in pract. observat. verb.* **Landsassen.** ubi dicit, quod annexum sit **der Lands-Obrigkeit/ daß ein Landes-Fürst über Landes-Sachen unter den Landsassen richte.** Judiciorum itaque exercitium superioritatis esse signum, ex aliis probat & confirmat Reinking. *d. l. n. 102.* Hisce itaque præmissis & præsuppositis, sequitur firmissima & infallibilis quæstionis nostræ decisio & conclusio, quod omnes & singuli Landsassii & subditi, absque ulla causarum differentia, & non attento ullo personarum respectu, tàm in Judicio Aulico, quàm Curiali aut Provinciali, conveniri possint, & comparere teneantur, Huc faciunt manda-

ta.

ta dictis Ordinationibus atque Constitutionibus ab initio inserta, veluti patet ex processu & Judicial. Ordin. Electoris Saxon. *de Anno 1623.* §. So haben Wir berürte unsere Ordnung. in verb. hiermit iedermänniglich/ wes Würden und Standes Er sey/ besonders aber/ unser sämbtlichen getreuen Landschafft von Grafen/ Herren/und Ritterstände &c. & paulò post: ernstlich befehlende/ binnen 2. Monaten nach beschehener publication anzurechnen /dieser unser Gerichts-Ordnunge/ in allen Puncten/ Clausulen/ und Inhaltungen/ strictè und unverbrüchlichen / so wol in procedendo, als pronunciando nachzugehen / &c. Ejusdem valoris & tenoris est mandatum Serenissimorum Principum & Ducum Saxoniæ, Dn. Dn. Friderici Wilhelmi & Johannis, der Policey und Landes-Ordnung de Anno 1589. præfixum, in verb. Entbieten allen und ieden &c. Prælaten/ Grafen/ Herren / denen von der Ritterschafft &c. Et posteà §. für uns und obgedachten &c. Hiermit ernstlich befehlende / allen und ieden einverleibten Puncten und Articuln angeregter Policey-Ordnunge in und ausserhalb Rechtens schuldigen Gehorsamb würcklichen zu leisten &c. Et in fine, ibi: Daß wir von hoher obliegenden Obrigkeit / und unsers tragenden Landes-Fürstlichen Ambts wegen/ ob dieser Christlichen/nothwendigen/ und wolgemeinten Policey und Ordnunge/ darzu wir sonderliche Beliebung und Neigung haben/ ernstlichen und festiglichen gehalten haben wollen/ darnach sich ein ieder zu richten/und für Schaden und

Nachtheil zu hüten. Eodem modo cautum est in der Fürstlichen Sächsischen revidirten und vermehrten Landes-Ordnung des Fürstenthums Gotha. Inprimis verò pro nostra decisione militat des Fürstlichen Sächsischen gemeinen Hoffgerichts zu Jehna erneuerte und verbesserte Ordnung de Anno 1653. cap. 17. wer vor dis Hoffgericht geladen/ &c. cujus verba huc facientia ita sonant: Alle so von der Lands-Fürstlichen hohen Obrigkeit belehnet und häußlich auf den Lande oder in Städten dieser Fürstenthümbe sitzen/ oder Feuer und Rauch darinnen halten / durch Persönliche wesentliche Wohnung/ oder sonsten so viel Gütere/ als des Klägers Forderung austrägt / darinnen haben/ wie denn auch die jenigen / welche die gesambte Hand an einen Lehen-Guth erlanget / unangesehen/ daß sie der Ende persönlich nicht wohnen / oder auch weder Feuer noch Rauch halten/ und da dieselben der Hoffrichterlichen Citation nicht pariren/ sondern zum andernmal ungehorsam aussen bleiben würden/ sollen sie auf vorgehende dessen Beschuldigung/ drittens/ bey Verlust der gesambten Hand zuerscheinen / vorgeladen / auch in nochmahlicher Verbleibung der parition, nach Befindung / der gesambten Hand verlustig erkannt / und solches an gehörigen Orth und Lehnhoff/ zu desselben Nachricht / notificiret werden/ deßgleichen wo sich Klagen erheben/ umb die Güter/ so in diesen Fürstenthumben gelegen / in diesen und allen andern Fällen / da jemand vermöge der Rechte forum sortiren kan / sollen und mögen die

die Rechtfertigung an diesen Hoffgericht gehandelt und fürgenommen werden/ darzu sollen auch die Städte/als Commun- und Räth in allerley Sachen/ sie haben Lehen vom Hause Sachsen oder nicht / desgleichen einzelen Bürger/ wo die Sachen und Sprüche das Lehen belangete/ und dinglich wäre/ so wol die Geistlichen/ iedoch nur in realibus, ihre privat- und prophan-Güter betreffende/ nicht aber in Streitigkeiten/ welche die Pfarr-Güter oder andere Geistliche Gerechtigkeiten belangen/ noch in Personal-Klagen (so nach iedes Fürstlichen Theils Verordnung/ entweder an dessen Regierung / oder Consistorium, verwiesen werden sollen) Also auch die Ambtleute/ für sich/ vor diesen Hoffgericht zu stehen und zu antworten schuldig seyn/ wie denn auch die Fürstliche Herrschafften selbsten/ von wegen dero Cammer-Güter und anderer Nutzungen / vor diesem Hoffgericht des Rechten zuwarten/ und dasselbe zuverfolgen/ sich hiermit gnädig erklären/ dahero umb so viel billicher / inmassen denn hochgedachte Ihre Fürstl. Gnaden hiermit gesetzt und verordnet haben wollen/ daß auch alle Grafen/ Freyherren/ Ritter und Edelleute/ die den Aembtern nicht unterworffen / sondern auf sonderliche Schrifft der Fürstl. Cantzeley sitzen / auch alle Räthe der Städte und Richter/ die keinem Ambte zugethan seyn/ vor diß Hoffgericht geladen / und gerechtfertiget werden mögen. Plura vid. apud Matth. Cöler. de P. E. *part. 2. c. 1. n. 43.* ubi ait: Illud in his terris Saxoniæ indubitatum est, per Constitutionem nostram Thuringicam

in Ordinationibus Judicii Curialis sub tit. wer vor das Hoffgericht &c. ubi habetur: quod omnes Feudatarii, Comites & Nobiles, & alii, qui quoquo modo possident bona in Provincia, tenendo ibi focum & ignem, die deß Orths Feuer und Rauch halten/ sive in persona, sive aliter, h. e. per suos familiares habitent, aut si majorem partem fortunarum suarum eô loci possideant, non obstante, quod alibi forte fixerint suum domicilium, & larem suum foveant, in hoc territorio forum sortiantur. Ita quoque sentit Dan. Moller. *ad Constit. Elect. Saxon. 3. p. 1. n. 1.* ibique latius Berlich. *n. 13.* refert, quod Comites & alii, qui feudum vel saltem simultaneam investituram ab Electore Saxon. (idem sine ulla dubitatione asserendum de aliis Principibus Saxoniæ) recognoscunt, etsi sub eo domicilium non habeant, possint in personalibus ad supremum Judicium Curiæ (idem observandum est in aliis Judiciis Curialibus,) citari, & ibidem parere teneantur. Et addit, quod citatio possit fieri ad domum, i. e. in feudo, quod ab Electore (aut aliis Ducibus Saxon.) recognoscunt, licet extra territorium Electoris (aut aliorum Principum Saxon.) habitent, & neminem domi reliquerint. Ideoque admonentur Vasalli, ut aliquem domi relinquant, qui ejusmodi citationem statim ad eos deferat, ne in contumaciam vel aliam pœnam incidant, per *text.* in Churfürst Moritz Landordnung *de An. 1550. tit.* wer vor das Hoffgericht/ etc. Postmodum etiam attestatur ita aliquoties in Comitibus à Stolberg/ Mansfeld/ Schwartzburg/ Hohenstein observatum esse. Dn. Carpzov. *responsor. Juris Elect. libr. 6. tit. 10. resp. 115. n. 18. & seqq.* ubi hanc sententiam solidissimis rationibus confirmat,

mat, inprimis inveteratam consuetudinem multis præjudiciis roboratam, & observantiam à Serenifs. Electore Saxon, approbatam, ut & homagium fidelitatis & subjectionis, quod quisque Vasallus, Landsassius & subditus in Electoratu & Provinciis Saxon. in persona præstare tenetur, urget. Si itaq; Doctoribus saltem de consuetudine attestantibus credendum est, veluti statuunt Mynsing. *cent.5.obs.69.n.2.& seqq.* Schrader. *de feud.p.7.c.2.n.54.* Schurff. *cent.1.cons.66.n.3.*& complures alii: multò magis omnimoda fides erit adhibenda Sereniss. Electori & Principibus Saxon. & eorundem Dicasteriis August. de d. consuetudine non solùm attestantibus, sed etiam expressè eam adprobantibus & confirmantibus, uti videre est apud Dn. Carpz. *d.l.* Huc faciunt innumera ferè mandata, citationes, sententiæ, inhibitiones, executiones, quæ non solùm in supremo Judicio Curiali, verùm etiam Wittebergensi & Jenensi emissæ & latæ sunt, & abundè testantur, quod relati Comites, & alii Imperio etiam immediatè subjecti, propter feuda & bona in Electoratu atq; aliis Provinciis Saxoniæ sita, tàm in realibus quàm personalib9 causis atq; actionibus, activè & passivè comparuerint, & cõparere debuerint, cõventi sint, & conveniri potuerint, veluti patescit aus der Rechts und Warheits gründlichen assertion und Fürstellung der in dem Höchstlöblichen Chur-und Fürstlichen Hauß Sachsen/ und derselben Landen von undencklichen Zeiten beständig und unverruckt gewöhnlich hergebrachten und exercirten Landsässerey/ *hoc Anno 1665.* edita *Altenburgi, à fol. 225. usq; ad finem.* Et ita, quod sc. in Curiis Electoralibus & Provincialibus, Lipsiensi, Wittebergensi, & Jenensi, possessores

res bonorum, sive ipsi larem ibi foveant, aut focum & ignem habeant & teneant, sive per Ministros & Officiales administrent, aut aliis bona locaverint, ut & simultaneè investiti sine ulla actionum diversitate, ibi comparere & respondere teneantur, & actiones etiam personales coram judice rei sitæ institui possint, ante quinquaginta annos, sc. Mens. Jun. Anno 1608. à Facultate Juridica Jenensi, ad requisitionem **Hanssen Sauers Erben zu Dissarth**/pronunciatum fuit.

8. Imò.

Hoc adverbium descendere à voc. imum, quod infimum dicitur, existimat Matth. Martin. in Lexic. Philologic. ad voc. imò. Hoc autem est correctivũ, *per l. si ita script. 47. de Hered. instit. l. 21. de manum. test.* & operatur, ut ultima dispositio prævaleat ut condemno, imò absolvo, *gl. in c. prædicatos. ibiq. 1. Br. in all. l. 47. de hered. instit. & l. 21. d. man. test.* ubi dicit de teste deponente de mense Aprilis, imò Maji. *Bl. in l. 1. col. 8. C. de furt.* ubi etiam dicit, quod sit electiva. *Joan. Andr. in c. tibi. d. rescript. in 6. Bertach. in Repertor. ad hanc dictionem, ubi plures allegat.* Quando stat copulativè vel implicativè, *ut per Br. in 1. const. C. ubi latissimè de vi hujus voculæ.* Quandoq; etiam secundum *Bertach. all. loc.* stat additivè per *l. 7. §. 5. de pact.* Interdum ponitur pro &, *gl. in d. l. si ita scriptum. Petr. Euriq. in d. Opusc. 2. lit. I. h. v. Dôring Biblioth. JCtor. ad hanc dictionem p. 692. n. 53. Calv. hîc* hanc dictionem vult esse conjunctionem, quæ apud veteres significârit prorsus, quasi ex infimo, nunc verò significet, quin potius. Idem tradit Martin. *d. l.*

Lit. I.

ADVERBIUM 9.

Impersonaliter.

HOc Adverbium opponitur simplici suo personaliter, cujus variæ in jure nostro acceptiones videri possunt infrà in ejusdem expositione. Dicitur autem impersonaliter prolatum, quod nihil certi & explorati habet, sed indefinitè atque obscurè positum, ancipites nos efficit, ut ignoremus, quam in partem inclinare debeamus. Licet enim aliàs à proprietate verborum non recedendum, sed iis utpote rerum symbolis quàm maximè inhærendum, *l. 69. ff. de Legat. 3. l. 1. §. 20. ff. de Exerc. Act. l. 40. §. 3. ff. de contrah. empt.* Illud tamen tum demum procedit, quando verba sunt clara & perspicua. Talis enim mens fuisse existimatur, qualem verba ipsa præ se ferunt. *l. Labeo. in fin. ff. de supell. Leg. l. Seja. 26. ff. de Tutor. & Curator.* Secus, verba obscuritate quâdam laborantia, cedunt menti, cùm eorum interpretatio nusquam tanti valeat, ut melior sensu existere possit. *l. 3. C. de Lib. præter.* quemadmodum hæc latè & solidè deducit *Magnif. Dn. Præses, Patronus ac Promotor meus jugiter observandus, in centur. Reg. jur. Reg. 43.* Hæc ita se habent, ubi vel de verbis, vel mente sive verisimili con-

trahentium intentione conſtat. Quid igitur de imperſonali locutione ſentiendum, quæ ita informata eſt, ut intelligi non poſſit, cui ſolutio incumbat ? v. g. Credidit Mævius Titio 1000, hæc mille conſtituit Sempronius ſequenti formula : Satisfiet. Num hic Sempronius conſtituens, conſtitutario Mævio tenebitur, ita ut hic illum validè poſſit convenire ad ſolvendum conſtitutum ? Dicimus quod non. Locutio quippe imperſonalis vitiat actum. *Auth. Si quando. C. de conſtit. pecun. Novell. 115. cap. 6. Weſemb. in parat. ff. de V. O. n. 4.* Ratio videtur eſſe hæc, quia in generali ſermone excluſa cenſetur ſemper perſona ejus, qui loquitur, *arg. l. 30. §. fin. ff. Locat.*

Hæc verò regula : Imperſonalis locutio vitiat actum, intelligenda eſt, ſi illa imperſonalitas proferatur ab aliquo promittente.

Fallit autem 1. quando illa Imperſonalitas profertur à creditore vel ſtipulatore, qui intendit ſibi per obligationem aliquid quærere, *vid. l. 38. §. 5. ff. de V. O.*

2. Ceſſat in ultimis voluntatibus. In his enim quando occurrit imperſonalitas, ſemper ea reſpectum involvit ad hæredem, ita ut is adſtringatur exſolutioni perinde, ac ſi teſtator clarè locutus. *l. 14. ff. de Ann. leg. & fideicom. l. 69. §. 4. de jur. dot. Bertachin. Repert. jur. hac dict. Sichart. ad d. Auth. Si quando. de conſt. pec.*

3. Etiam locum non habet, ſi Imperſonalitas eſt adjecta diſpoſitioni, non verò executioni, v. g. ſi dixero : ero tibi obligatus usque ad 50. aureos, addens imperſonaliter : quæ tibi exſolventur ; hæc executio imperſonalis promiſſionem haut vitiat. *arg. l. fin. ff. ſi cert. pet. arg. l. quidam teſtam. ff. de leg. 1. vid. Sichard. ad d. Auth. Magnif. Dn. Præſ. ibid.*

10. Im-

10. Imperpetuum.

Adverbium hoc temporis propriè idem eſt, quod perpetuò, indeſinenter, aſſiduè, ſine fine, absque termino. In Jure pro ſubjecta materia variè accipitur.

1. enim ſumitur pro 100. annis, quemadmodum *Dd.* communiter notant *ad l. 20. §. 1. ff. de Ann. leg. l. 56. ff. de uſufr.* ubi uſusfructus municipio vel Reipublicæ imperpetuum legatus ultra 100. annos non extenditur, propter rationem in dictis legibus allatam.

2. Imperpetuum durare dicitur, cui, licet certum, longius tamen tempus, videl. 20. 30. vel 40. annorum eſt præfinitum, opponiturq; temporali, quod breviori ſpacio terminatur; quemadmodum actiones prætoriæ, quippe quæ ultra annum vires ſuas non exſerunt, eo nomine temporales, econtra civiles, cum effectus eorum ulterius duret, perpetuæ vocantur. Hæ actiones olim nullo tempore finiebantur, uti apparet ex *pr. J. de perpet. & temp. Act.* poſteà verò, ut reliquæ uſucapiones, ita & actionum præſcriptiones, bono publico exigente, introductæ ſunt. *Schneidw. ad Tit. J. de perpet. & temp. Act.*

3. Denotat tempus immemoriale, cujus initii memoria non exſtat, *l. 3. §. 4. ff. de aqua cotid.* habens vim privilegii, & æquiparatur privilegio à principe alicui expreſsè & ex certa ſcientia conceſſo. *c. 26. §. præterea. X. de Verb. Sign.* Spacium verò hujus temporis tantum poteſt, quantum Imperator, *juxta Andr. de Iſern. in c. 1. verb. flumina. quæ ſunt regal. in uſib. feud. Bald. in cap. 1. columm. 1. quæ ſunt regalia. Jaſon. in lib. de operibus. columm. 13. ff. de LL. pr. 5. q. 4. n. 4.*

4. Vitæ tempus nonnunquam complectitur, juxta *l. 4. ff. de procur.* ubi procuratorem imperpetuum dari posse dicitur, & alimenta perpetuò relicta, *in l. 8. §. 3. ff. de transact.* intelliguntur data quoad vivat. Ita in *l. 1. ff. pro soc.* societatem in perpetuum coiri posse, pro vitæ spacio accipiendum esse rectè monet *Gothofred. ad illam legem.*

5. In materia servitutum idem est, quod continuum, diciturque servitus perpetua, quæ causam habet continuam, ad cujus usum non semper requiritur factum hominis, veluti servitus æquæductus, stillicidii, tigni immittendi in parietem vicini. *l. foramen. 28. ff. de servit. præd. rustic. Schneidw. ad §. fin. J. de servit. urb. & rustic. præd. n. 15. Fachin. lib. 8. Controv. c. 22. Speidel. in Syllog. quæst. voc. servitus.*

6. Imperpetuum sive perpetuò adhuc alia significatione occurrit *in l. 1. ff. si ager vectigal. & §. 3. J. de Locat.* ubi imperpetuum dicuntur agri locari, qui ita traduntur, ut quamdiu pensio, reditus sive canon pro iis solvatur, aufferri conductori nequeunt. *jung. l. 11. §. 1. ff. de Publican. & vect. l. 15. §. 26. ff. de damn. infect.* adeoq; hîc significat, quod alicui, non simpliciter, sed sub conditione & certa aliqua lege fruendum conceditur, scil. dum ab emphyteuta præstentur præstanda. vid. *Magnif. Dn. Habn. in Obs. ad Wesemb. h. t. num. 2. Magnif. Dn. Struv. in Syntag. Juris Civilis Exerc. 11. th. 57. Bachov. in not. ad Wes. ibid. Dn. Brunnem. ad l. 1. C. de jur. emphyt.*

Accommodatè hîc Q. 1. Utrum emphyteuta stato tempore canonem non solvens à domino propria autoritate possit expelli? De Jure Saxon. requiri cognitio-

nem

nem causæ expeditum est *per Novell. Elect. Saxon. Constit. 38.* in qua ordinarius processus requiritur, adeoque dominus adversus emphyteutam ob canonem haut solutum, non modò rei vindicatione ad privationem experiri, sed & heredes ejus personali actione convenire potest, *vid. Magnif. Dn. Carpz. ad dict. const. defin. 6. Magnif. Dn. Præses in Decis. part. 2. Decis. 84.* ubi hoc ipsum quamplurimis præjudiciis confirmat. Jus civile hîc quod concernit, nonnulli distinctione utuntur: Aut enim emphyteuta inficias ire nequit, intermissam à se canonis solutionem, & hoc casu solam declarationem domini sufficientem arbitrantur. Aut emphyteuta negat, commissum esse jus suum, & tum opus esse ordinario processu & sententia judicis. Sed tutius videntur procedere, emphyteutæ expellendi potestatem simpliciter denegantes, *arg. l. 3. C. de Pignor. l. 13. ff. quod. met. caus. l. 176. ff. de R. J. Dn. Habn. obs. ad Wesemb. h. t. n. 5. Mynsing. observat. 65. Bronch. cent. 1. ass. 82. Borch. de feud. cap. 3. n. 3. Berlich. part. 2. concl. 46. Trentacinq. Tit. de Emphyteus. Resol. 4. n. 3. Bachov. h. t. th. 12. lit. B. Scotan. Exam. Jurid. ad Tit. C. de Jur. emphyt.*

Q. 2. An conventio, v. g. locatio imperpetuum sive longum tempus facta, transeat in aliud genus contractus, puta emphyteusin. Neg. Tempus enim uti non est modus tollendi obligationes, ita nec ad constitutionem earum quicquam facere potest, per jur. vulg. Accedit, quod natura contractuum à temporis aliquo adjuncto non sit metienda, sed potius æstimanda à contrahentium intentione. Cùm enim emphyteusis etiam ad modicum tempus contrahi possit, sequeretur eam in aliud

genus contractus abire & degenerare, quod citra absurditatem vix admitti potest. *vid. l. fin. ff. si ager vect. l. 10. C. de locat. & conduct.*

Q. 3. Utrum ad hoc, ut quis in Republica aliqua, majestate gaudeat, requiratur perpetuitas Imperii, vel in sua persona vel ad hæredes transitoria? Neg. Aliàs enim etiam dictatoribus Romanis, quorum potestas tantum flagrantibus armis, exiguo spacio durabat, majestas foret deneganda, contra *l. 2. §. 18. de orig. Jur. l. unic. ff. de offic. præfect. prætor.* Rerum quippe moralium natura, non ex diuturnitate temporis, sed operationibus cognoscitur. *Magnif. Dn. Zieglerus, Facult. Jurid. in Acad. Witteb. Ordinarius, Præceptor quondam meus observanter colendus. tr. de Jurib. Majest. disp. 3. Grotius de J. B. & P. lib. 1. cap. 3. num. 11.*

11. Impiè:

Respondet Adverbiis sceleratè, nefariè, & applicatur illis, qui de Deo, patria, aut parentibus, vel qui horum loco habentur, malè merentur.

1. autem impiè adversus Deum agens, speciali vocabulo insignitur, appellaturque Blasphemus; quod blasphemiæ crimen tanquàm maximè abominandum, meritò sub gravissimis pœnis est prohibitum, ita ut ejusdem reus ultimo afficiatur supplicio, *Auth. ut non luxur. cont. nat.* Quæ pœna tamen tum demum infligitur, si ejusmodi persona laborat blasphemandi consuetudine, *Dd. in dict. Auth.* ad quam tamen bini aut trini actus non sufficiunt. *vid. Dd. in l. 2. C. de reb. cred.* Quod si verò temerariè ex nimio fervore aut inadvertenti usu blasphemaret,

maret, arbitrio judicis cöercetur. Aliter adhuc distingvunt jura novissima, inter blasphemiam, vel immediatè erga Deum factam, veluti cum Deus arguitur impietatis, injustitiæ; vel mediatè conceptam, e. g. quando quis maledicit per passionem aut vulnera Christi: ut priori casu corporaliter animadvertatur, posteriori verò mitior pœna locum habeat. *Recess. Imp. Wormat. Ann. 1546. & Coloniens. de Ann. 1512. verb.* **So die Gottes Lästerung ohne Mittel zu GOtt geschehe / daß er GOtt selbst fluche / oder daß GOtt nicht selbst warhafftig / gerecht sey / sollen sie am Leibe gestrafft werden. Wo es aber in ander Gestalt geschehe / als so er fluchte bey den Wunden / Marter GOttes / soll die Straffe bey einem Marck Goldes geschehen / und sie / die Thäter / solches an Gelde nicht vermögten / sollen sie am Leibe uñ nach Gelegenheit der Mißhandlung gestrafft werden.** Idem dispositum *in Constitut. Carol. crim. Artic. 6.*

De Jure Saxonico, primo casu pœna est linguæ, quæ blasphemavit, abscissio. Secundo verò proceditur ad carcerationem unà cum pœnâ numellæ, **des Prangers /** vel alia pecuniaria. *part. 4. Const. Elector. Saxon.*

Jus Canonicum mitiorem viam in vindicando hoc delicto amplectitur, imponens blasphemo jejunium aliquot dierum & per septem dominicas præ foribus Ecclesiæ stare sine pallio & calceamentis. *C. fin. & 2. de maledicis. Cravett. cons. 321. Dambouder in prax. crim. cap. 61. Tit. de crim. lib. 6. c. 1. & seqq. Ang. de Malefic. vers. verb. injurios. n. 12. 14. & 15. Petrus de Ravenn. in aureo Alphabet. lit. B.* Quin imò à pœna non sunt immunes audientes blasphemos, ac dissimulantes, nec, prout decet ad

magi-

magistratum deferentes. *Besold. Thes. Pract. voc.* Gotteslästerer.

2. Impiè agere in patriam is dicitur, qui adversus eam hostiliter insurgit, vel positivè, salutem & incolumitatem destruendo, & hoc sive consiliis, sive armis ad eam oppugnandam & evertendam veniamus instructi; vel negativè operam nostram patriæ periclitanti haut addicendo, sed detrectando, vinculum, quo aliàs patriæ ad obsequium, reverentiam & gratitudinem sumus alligati & obstricti, negligentes & dissolventes. Hinc patriam vitare impium. *Barbosa. l. 14. cap. 10. axiom. 4.* Obligatio autem, qua tenemur patriæ, tàm firmo vinculo nos adstringit, ut nemini non persuasum sit, etiamsi omnia patriæ impenderimus, nondum tamen paria cum ipsius meritis nos fecisse. Indicio esse possunt præter alias gentes Romani, qui pro ea servanda vitam perdere lucrosum existimarunt, immortali gloria caduci spiritus jacturam pensante. Hinc *Cicero* fortunatam exclamat mortem, quæ naturæ debita, pro patria potissimùm est reddita. *Phil. 14.* Nec interest, utrum patriam nativitate sortiamur, aut sponte nobis adsciscamus, *vid. Rittershus. in Novell. expos. pag. 500. n. 15. & seqq.* Obligatio enim erga utrumque eadem est. Equidem illa parentes quoque nostros habuit, sed hæc nullis majorum meritis commendatos in bona sua admisit. Illa ut idoneos possemus cives esse, efficit, hæc ut tales nos ostenderemus, campum præbuit. Nisi hoc ad rem faciat, quod in illa plerumque plures habeamus, cognatione aut per beneficia nobis junctos, qui etiam pietati patriæ aliquod pondus addere possunt. Certè Claudius nobilissimas

lissimas familias in civitatem Romanam translatas memorat, quæ neque affectu neque meritis ulli ex antiquis cesserint; addit de civibus non ita pridem adscitis. Manent eorum posteri, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. *Tacit. 11. Annal. cap. 24.* Interim tamen recens cooptato civi temerè quid, ad summam rerum spectans, committi tuto non posse, antequam fidem suam insignibus documentis probatam dederit, fundamentis politicis magis congruere videtur. Obligatio igitur hæc, qui patriæ devincimur, cum ex ipso jure naturæ originem trahat. *l. 2. de Just. & Jur. Connan. lib. 5. c. 8. n. 1. 2. 3. & seqq.* ut eò arctiùs stringeret homines, ad necessitatem juris civilis redacta est, ita ut oppugnatores patriæ incidant in crimen læsæ Majestatis. *l. penult. ff. ad Leg. Jul. Majest. arg. l. fin. C. de abolition. ibiq. Gloss.*

3. Adverbium Impiè ad parentes & liberos relatum, involvit à parte horum reverentiam & obedientiam erga illos, *arg. l. 2. ff. de J. & J.* persona enim patris semper honesta & sancta videri debet filio. *l. liberto. 9. ff. eod. Schneidvv. ad Tit. J. de J. N. G. & C. §. Jus autem gentium, n. 8.* Licet pater sit abjectæ conditionis, filius verò in summo dignitatis gradu constitutus. *l. fin. C. qui & advers. quos. Novell. 22.* Imo filius patrem furem aut alii obnoxium crimini, recipiens & occultans, non incidit in pœnam de recept. *arg. l. 2. ff. de Recept.*

Ex eodem pietatis & reverentiæ principio fluit, quod liberi parentes sine impetrata venia in jus vocare nequeunt. *l. 4. ff. de in jus voc. l. 3. C. eod.* Item inter eos non potest esse lis. *l. 4. ff. de judic.* Nec potest filiusfamilias stare in judicio absque licentia patris. *l. fin. C. de bon. quæ*

lib. Et sine consensu patris nuptias inire prohibetur. *pr. J. de Nupt.* Imo liberi parentibus non obsecundantes, ex causis *Novell. 118.* expressis, hereditate, quæ illis aliàs jure naturæ debetur. *l. cum ratio. de bon. damn. l. scripto. ff. unde vi. l. 1. §. largius. ff. de success. edict.* excludi possunt. Econtra leges Romanæ, intuitu pietatis, nimiam parentum, quâ gaudebant, in liberos, potestatem, etiam restrinxerunt. Patri enim quondam competebat jus vitæ & necis. *l. 11. de lib. & posthum. l. fin. C. de patr. potest.* Sed hæc nimia potestas fuit coarctata. *l. inauditum. 2. ad leg. Corn. de Sicar.* per rationem *in l. 5. ff. de parricid.* quod scil. patria potestas in pietate, non in atrocitate consistere debeat.

4. Aliis negotiis adhuc applicatur. Sic impiè & improbè agere dicitur, qui quamlibet ultimam voluntatem rescindere annititur. *Wesemb. cons. 85. n. 47. Vult. in Cons. Marpurg. vol. 3. cons. 28. n. 43. add. l. 28. §. 5. C. de Episcop. & Cler. & in l. 1. §. 1.* Nestorii doctrina dicitur impia opinio. *in §. 3. & 4. eod.* dicitur impia fides.

Occasione hujus Q. 1. Utrum impensæ studiorum, utpote pietatis intuitu à patre erogatæ, collationi subjiciantur? Neg. cum repeti nequeant, adeoque extra collationem esse meritò censendæ. *l. Alimenta. 11. l. quod 13. l. si paterno. 15. C. de neg. gest.* Accedit, quod è republica sit, ne sumptus ejusmodi in collationem veniant, quandoquidem alias contingere posit, ut filius metu collationis faciendæ, studiis & virtutibus posthabitis, magis de pecunia hereditaria rectè conservanda, quàm de studiis proprio sumptu & immenso labore exantlandis, laboraturus sit.

Q. 2. Utrum pater quævis machinans adversus patriam, ut hostis patriæ à filio, & contra à patre filius ejusdem criminis reus, impunè possit occidi? Affirm. *per l. 35. de religios. & sumpt. fun.* & referente Zasio ad hanc legem, duo nobiles de Falckenstein hoc fecerunt.

Q. 3. Utrum detractio Falcidiæ in legato ad pias causas simpliciter cesset? Neg. *per l. 1. §. 5. ff. ad Leg. Falcid. Magnif. Dn. Johannes Strauch. ad Pand. Dissert. 10. th. 19. Sand. Decis. Fris. lib. 4. tit. 7. decis. 10.*

12. Impigrè.

Idem est quod strenuè, alacriter, omni nisu, & occurrit *in l. 1. C. de bon. matern.* ubi dicitur, parentes ex bonis, quæ ex matris successione ad liberos devolvuntur, debere sumptum ex fructibus impigrè facere. Similis locus habetur in *Instrument. Pac. Cæs. Gall. §. Notum sit. in fin.*

13. Impotenter.

Imitatur hæc particula naturam adjectivi τὸ Impotens, quod nihil aliud importat, quam infirmum, imbecille, non validum satis ad perficiendum aliquid. Dicitur autem impotens quis de jure, vel de natura, vel de facto, *arg. l. 15. ff. de condit. Instit. l. 16. ibiq. Interpp. ff. eod.* & hoc sensu impotentiam juris non facti, codicillis faciendis obstare, ait *Gothofr. in Annotat. ad Schneidvv. Tit. de Codicill. §. 1. n. 30. lit. B. add. l. 6. §. codicillos is demum. l. 2. §. furiosus. l. 9. ff. de Jur. Codicill. l. 5. C. eod.* Et voluntas haut laborans impotentia ad exheredandum, ad instituendum habetur sufficiens. *Angel. ad §. codicillis. J. eod.*

2. Impotens is dicitur, qui inhabilis est ad conjugium

jugium ineundum, ita ut finis matrimonii principalis obtineri nequeat. Quæ impotentia non tantùm nuptiis contrahendis impedimento est, sed & jam contractas dissolvi, non raro efficit. Modò hæc impotentia ante nuptias adfuerit. *Magnif. Dn. Struv. in Syntagm. Juris Civil. Exerc. 29. th. 2. Schneidvv. ad tit. de nupt. part. 4. rub. de Divort.* & altera pars talem personam ignorans sibi associârit. *conf. Kitzel. tr. de matrim. th. 7. Paul. Zach. quæst. medicolegal. lib. 3. quæst. 6. n. 4. Magnif. Dn. Carpz. Jurisprud. Consistor. lib. 2. defin. 202.*

Impotentia hæc vel casu, vel propter ætatem accidit. Hæc vel nimis tenera est, vel nimis provecta, ob illam impuberes. *vid. præter jus commune Cæsareum Ordin. Polit. Luneburgens. tit. 30. vers.* So wollen wir. Ob hanc, annis nimium obsiti, à matrimonio repelluntur. Nuptias senum cum juvenculis vel adolescentibus, impares vocat *Ulp. tit. 16. §. 3.* easque improbant *Alb. Gentil. lib. 5. c. 3. Beza de Divort. p. 228.* Nec in dispari causa erant nuptiæ sexagenarii cum quinquagenaria, olim legis Papiæ Poppeæ capite quodam à Tiberio adjecto vetitæ, eo quod vix inde speranda proles. *vid. Balduin. de lege papia. p. 62. & seq. Robert. 1. animadvers. 1. & 2.* Quod Claudius primùm abrogavit. *Suet. in Claud.* & post eum Justinianus *in l. 27. C. h. t. l. 12. C. de legit. hered.* Cum non desint exempla eorum, qui in summa ætate liberos genuerunt. *Cypræ. de sponsal. c. 9. §. 8. n. 14.*

Ad impotentiam casu obvenientem refertur, si quis morbo sontico & incurabiliter contagioso, ex quo ad omnia negotia expedienda inhabilis quis redditur, labo-

rat.

rat. *Dn. Habn. in Obſerv. ad Weſemb. Tit. de Rit. Nupt. obſ. 2. ibique alleg.*

Cæterùm, quando impotentia nuptiis ineundis obſit, initasque dirimat. *vid. Novell. 22. cap. 6. Novell. Leon. 98. t. t. X.* de *Frig. & malefic. Beuſt. c. 14. Beza de divort. p. 91. & ſeqq. fusè Cypræ. de Sponſal. c. 9. §. 13. Covarr. tr. de Frigid. & maleficiat.* Impotentia autem viri unde cognoſcenda, tradit *JCtus Roſtochienſis, Erneſt. Cothmann. Vol. 3. Reſp. 48. n. 30.*

13. Improbè.

Convenit cum Adverbiis pravè, perversè, iniquè, nequiter.

In jure noſtro 1. Improbè agere dicitur, qui ſciens, dolo malo injuriam facit, alterumque lædit: hoc ſenſu improbus creditor appellatur, qui iterum conſequi intendit, quod jam accepit, *l. 51. §. 1. ff. de Re judic. l. 31. de Rei Vindic.* & qui pignus diſtrahit, oblato ſibi debito pretio, improbus dicitur. *l. 5. C. de diſtract. pign.* Item improbè facit debitor, qui cum rem alienam pignori obligaverit, deinde dominus rei eſſe cœperit, ut ex ſuo mendacio arguatur, reſiſtit, quo minus utilis actio hypothecaria moveatur. *l. 41. in fin. ff. de pign. Act. l. 12. ff. de transact. l. 17. ff. de Evict. l. 12. §. ex cauſa. ff. de interrog. in jur. fac.* Ad fures applicata hæc noſtra dictio, quatuor ſpecies furum conſtituunt *Dd. in Auth. ſed novo jure. C. de ſerv. fugitiv. & §. 18. J. de Act.* ita ut alii dicantur improbi, alii improbiores, alii improbiſſimi, alii plusquam improbiſſimi, *vid. Schneidw. ad Tit. de vi bon. rapt. §. 1. num. 7.*

2. Denotat illicitè, mediis planè reprobatis, ita *in l. 11. C. de Liberal. cauf.* dicitur : *Non mutant fervi ftatum, fi ad civiles honores illicitè atque improbè adfpiraverint.*

3. Sine jufta & legitima caufa. *l. 7. C. depof. l. 9. C. de Acquir. Poffefs. l. 14. C. de donat. ante Nupt. l. 19. C. ad Leg. Cornel. de Falf. l. 16. C. de ufur. l. 7. C. de acquir. & retin. poffefs.* Et ita improbus videri nequit interpellatus à creditore debitor, excipiens, debitum non effe liquidum, indeque ignorare fe, quantum folvere debeat. *l. non poteft improbus. 99. ff. de R. J.*

4. Quod nimium eft, modum excedens, quo fenfu ufuræ mordentes vocantur fœnus improbum, *in l. improbum. 20. C. ex quib. cauf. infam. irrog. Magn. Dn. Frantz. p. m. lib. 2. variar. refol. refol. 10. n. 12.*

Q. hîc 1. Utrum in cafu, quo ftatutis locorum quantitas ufurarum ad certam & definitam fummam redacta, hæc determinata quantitas adeò præcise obfervanda fit, ut ne pœnæ quidem nomine plus promitti aut deberi poffit ? Affirm. Quia hæc pœnæ adjectio utpote in fraudem ftatuti facta, eft irrita *per text. in l. 15. & 16. C. de ufur.*

Q. 2. An, fi ufuræ, ab aliquot annis debitæ, forti quidem principali non fuerint mixtæ, fed illius obligatione falvâ fpecialis & feparata fuper his facta fit, creditores tuti fint à difpofitione *l. ut nullo. 28. C. de ufur.* Neg. propter expreffa verba dictæ legis, in qua dicitur : quod nullo modo cuiquam licitum fit, ufuras, etiam præteriti temporis in fortem redigere. Si igitur nullo modo, utique nec hoc.

14, Im-

14. Impropriè.

Impropriè dicitur, quod non, prout verba jacent, intelligitur, sed à genuina eorundem significatione recedit, verâ & propria causâ destituens. *Menoch. de arbitrar. judic. quæst. 4. n. 6.* Verba autem cum effectu sunt intelligenda *l. 1. §. 1. quod quisque jur. in alt. ubi Bart. C. in his. de V. S. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum, qui in jus voc. Hippol. de Marsil. in l. qui falsam monetam. ff. ad Leg. Cornel. de Fals. n. 44.* Effectus hic non consistit in verbis, sed in rebus, quibus verba imponuntur, *arg. l. scire leges. ff. de LL. Scotan. Exam. jurid. h. t.* Cum autem verba menti non semper respondeant, & in confesso sit, quod hæc illis, tanquam anima corpori, prævaleat, *cap. sedulo. 12. distinct. 38.* Verba, quæ propriam significationem respuunt, improprianda & ad extraneum sensum trahenda, ubi aliter res salva esse nequit, *arg. l. cum quidam. C. de V. S. Alex. Cons. 248. num. 6. lib. 6. Socin. jun. Cons. 79. num. 70. vol. 3.*

Quod procedit 1. in ultimis voluntatibus, in quibus propter conjecturatam mentem testatoris à vi & proprietate verborum est recedendum. *l. heredes mei. 57. §. 1. ff. ad SCtum Trebell. Jul. Clar. tr. de testam. q. 76. l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. l. Titius. §. Lucius. ff. eod. Hippol. de Marsil. in singul. suo. 499. incip. licet dispositio.*

Atque ita in hoc Scabinatu pronunciasse JCtos patet ex sequenti præjudicio. Ob wohl die Testatrix in ihrer Disposition mit ausdrücklichen Worten gemeldet / daß zweene Knaben oder Studenten / so aus ihrem Geschlecht der Weissen gebohren / die Zinsen von denen legirten 1000. fl.

auf

auf drei Jahr haben / und einem ieden jährlich 25. fl. gereichet / do aber solche aus gedachtem Geschlecht nicht vorhanden / alsdann und nicht eher zweene arme Bürgers-Söhne / so zum Studieren tüchtig / drei Jahr in der Universität erhalten / und einem ieden solche 25. fl. zu seinem Studio gegeben werden solten / und über denen letzten Willen / so ex verbis erscheinen / billich zu halten / cùm voluntas hominis ex verbis appareat & repræsentetur in iis sicut facies in speculo, præsertim si verba sint clara & perspicua, und hieraus erscheinet / daß einem Freund allein / oder do keiner vorhanden / nur einem Bürgers Sohn das völlige Stipendium der 50. fl. jährlich nicht zu reichen / sondern der Testirerin letzter Will eigentlich in acht zu nehmen: Dennoch aber / und weil aus dem gantzen contextu zu ersehen / daß sie ihren Freunden und Geschlecht der Weissen / vornehmlich / und do solche nicht vorhanden / alsdann armen und tüchtigen Bürgers Söhnen zu Guth und Beförderung ihrer Studieren das legatum 1000. fl. verordnet / zu recht aber versehen / quod non solùm expressa, sed etiam conjecturata Testatoris voluntas servanda sit, und der Testirerin Will und Meinung dahin gehet / wenn qualificirte Knaben vorhanden / so dann derselben zweene die Zinsen / und zwar ein ieder jährlich 25. fl. haben und bekommen sol / dieselbe aber nicht verboten / daß wenn zwene nicht vorhanden / einer des Legati nicht fähig sein solte / auch recht und wohl gesaget werden kan / daß Freunde vorhanden / wann nur gleich einer zu befinden / auch die pluralis loqvutio per singularem resolviret werden kan / *arg. l. non est. 148. & l. seq. ibiq. Gœdd. ff. de verb. sign.*

So erscheinet aus diesen und andern von euch angezoge-

zogenen motiven / daß wenn unterschiedliche Freunde aus dem Geschlecht der Weissen vorhanden / nur zweien / und wenn nur einer anzutreffen / demselben allein die legirten Zinsen zu reichen / auch in Ermangelung der Freunde / ein Bürgers Sohn einem extraneo vorzuziehen / und dahero weder ein Bürgers Sohn zugleich mit dem Freunde / noch ein extraneus mit dem Bürgers Sohn zu admittiren / V. R. W.

2. Impropriationi quoque locus est in libellis, contractibus, sententiis &c. *gloss. in verb. usucapiuntur. J. de usucap. Jas. in l. posthumo. C. de bon. possess. contr. tab. col. 12. l. sancimus. ubi gloss. in verb. reddere. C. de Fidejussor. gloss. in l, 2. de offic. proconss. & leg. Arnold de Reyger. Thesaur. Jur. voc. verbum. n. 82.*

3. Verba impropriantur secundum naturam materiæ, licet sint universalia, etiam in materia stricta & odiosa. *Cravett. Cons. 294. n. 4. Dec. in l. 1. in pr. ff. si cert. pet. col. 1.* Quod usque adeò verum est, ut etiam verbum necessitatis, junctum verbo omninò præciso, ratione subjectæ materiæ importet tantùm voluntatem & honestatem, *per text. cum gloss. in c. 1. de Despons. Jason. in l. 1. ff. de Jurisdict. omn. judic. col. 3.* & hinc, si verba sunt præteriti & futuri temporis simul, (ut præteritum & futurum conjunctivi) dicuntur vel præteriti vel futuri temporis, secundum substratam materiam. *l. solemus. ff. de Condit. & Demonstr. l. verbum erit. ff. de V. S. Bart. in l. omnes populi. de J. & J.*

4. Etiam à verbis ipsis, & earum proprietate recedendum, ad excludendum omnem sensum iniqvum, absurdum aut contrarium. *vid. post Besold. Cons. 8. n. 11. & cons. 249. n. 23. & Dyn. in c. fin. de R. J. in 6. Dn. Præses reg. 43. n. 35.*

Notandum autem 1. quandoque idem verbum propriè interdum impropriè poni in eadem dispositione; non tamen uno atque eodem respectu, *arg. d. l. 2. ff. de offic. proconf. ubi gloss. & Bart. l. 1. C. de usufruct. Jason in rubric. ff. ad SC. Trebell. Dec. Consf. 69. vol. 1. col. fin.* Nec impropriationem hanc verborum fieri à casu, qui minus continet, ad casum qui majus, rectè monet *Bart. in l. Tutores. ff. de administ. tut.*

2. Tenendum, nonnunquam orationi improprietatis inseri notas, quæ innuunt ejus qualitatem, cujus generis est etiam particula, Quasi. *§. sui autem. J. de hered. qual. l. 1. ff. de acquir. possess. ibiq. Jason in 4. col. in 2. part. gloss. in §. sin autem. de hared. qua ab intest. Alex. cons. 15. vol. 2. col. 4. gloss. in l. adversus. C. de non num. pec.*

15. Impunè.

Denotat sine pœna, quam quis erat promeritus, evadere, & impunitas idem est quod licentia, venia, condonatio, remissio alicujus delicti. Hinc impunita injuria dicitur, ob quam nullum sumptum est supplicium; ac magistratui extra territorium jus dicenti, impunè non paretur. *l. fin. ff. de Jurisdict. l. Pupillus. 231. §. Territorium. de V. S. item in l. 9. ff. ad Leg. Pomp. de Parricid.* dicitur. Si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit. Hæc delictorum impunitas à *Dd.* vocatur Aggratiatio, annumeraturque jure merito juribus majestatis. *Schcplitz. ad Consuetud. Brandeb. part. 2. tit. 12. fol. 154. Ziegler. in commun. conclus. §. civitat. n. 3. Besold. tr. de Majest. fol. 154. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. ult. n. 164. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 2. n. 17. Prosper. Farin. prax. crim. lib. 1. q. 6. n. 2. Petr. Theodor. Colleg. Crim. Disp. 10. th. 7. lit. B.* Ete-

Etenim in hoc jure aggratiandi vis ſummæ poteſtatis maximè eluceſcit, quæ non parum legibus delicta certo ſupplicio punientibus, derogat, ut mirum non ſit, eum ſolùm legibus contravenire poſſe, qui easdem promulgavit; hancque poteſtatem contraveniendi legibus non minus inter jura majeſtatis referri, ac facultatem condendi leges, quæ facultas egregium quoddam regale eſt ac præcipuum majeſtatis caput. *Beſold. claſſ. 1. Diſput. Polit. 3. th. 5. Arniſæ. de jur. majeſt. lib. 2. c. 3. n. 1. Bornit. de Majeſt. cap. 16. Camman. Diſp. 4. th. 1. & 15.*

Non autem ſemper ac indifferenter cuivis reo magiſtratus ſuperior veniam dare debet. Quamvis enim in criminibus, quibus certa aliqua pœna in lege divina ſtatuta non eſt, reo veniam largiri liceat; hac tamen poteſtate ne abutatur, ac delinquenti omni gratiam facere poſſe perſuaderi ſibi patiatur, præprimis in crimine ſcandaloſo; Sed cogitent ſemper magiſtratus, quod non ſint ſui juris, & Dei potius miniſtri, *ad Rom. 13. verſ. 4.* Nec ſuum, ſed Dei judicium exerceant. *Paralip. 19. verſ. 6.* atque ita de jure alieno, non de ſuo proprio liberales eſſe videntur, ſi maleficis & nocentibus debitas pœnas condonant, *Hen. Eckard. de Ordin. Eccleſ. & Polit. part. 3. qv. 3. cap. 2.*

Cauſis, in quibus aggratiandi jus inter cætera locum invenit, meritò accenſetur (1) revelatio tractatus & proditionis contra principem. *Bald. in l. 2. §. poſt. de orig. Jur. Theodor. in Colleg. Crim. Diſp. 10. th. 4. lit. P.* (2) Sociorum criminis manifeſtatio, cujus nomine promiſſionem impunitatis reo factam ſervandam eſſe putat *Heig. part. 2. q. 32. num. 34. & ſeqq.* (3) Spes emendationis. *vid. Andr.*

Tiraq. tr. de pœn. temp. Setser. in Disp. de pœn. apud Reusner. lib. 2. Decis. 16. Quod si verò emendationis loco reiteratur delictum, pæna aggravatur, atque ita gratia, quæ semel abolet delictum, delinquenti post existit perniciosior. *vid. quæst. annexam adverbio Iterum. add. Besold. thesaur. pract. vocab.* Begnadigung.

Ad hoc autem ut valeat impetrata venia sive remissio, requiritur, ut principi specificè & clarè fuerit narrata delicti perpetrati & ipsius facti qualitas. *Gloss. & Dd. in c. dilectus filius. de rescript. Mascard. de Probat. lib. 2. concl. 846. n. 16. & seqq.*

Cæterum Cardinalium privilegium esse volunt, ut si obviam fiant illi, qui ad supplicium ducitur, impositione pilei sui, immunem à pœna constituta faciant. *Carer. in pract. crim. tit. de homicid. vers. circa itaq. secundum. n. 7. & 8. Gebhard. de jurisdict. Ecclesiastic. fol. 164.* Eodem jure gavisas esse Vestales Romæ, si fortè in aliquem, qui ad supplicium trahebatur, incidissent prodeuntes in publicum, sontem liberaverint, jurejurando prævio, se non, data ad hoc opera, sed forte fortuna intervenisse, Autor est *Plutarch. in Numa. Tom. 1. oper. p. m. 119.*

Q. hîc 1. Utrum Princeps, ex potestatis plenitudine, in casu homicidii dolosi, reis veniam aut remissionem saltim pœnæ indulgere queat? Neg. Cum huic delicto, lege divina, mortis pœna sit præstituta; explorati autem juris est, inferiorem judicem abrogare non posse legem superioris, quemadmodum hæc misericordiæ species expressè improbatur *Deut. 13. vers. 8. ad Hebr. 10. vers. 28.* secus delictorum seipsum complicem facit, ut hinc rectè Morio, Regi Galliæ, de quodam impunitatem homicidii

dii petente, conquerenti & dicenti: Atqui jam tertium homicidium eſt, hunc in modum reſponderit: Quid ais, Domine? Imo primum duntaxat homicidium perpetravit, tu ſecundum & tertium. Nam ſi primi veniam illi non dediſſes, unicum illud tantum commiſiſſet; *ceu ex Camerar. 1. Hor. Succ. cap. ult refert Dn. Fibig. in colleg. Legal. ad Exerc. Frantzk. Exerc. 14. q. ult.*

Q. 2. An ad interceſſionem puellæ condemnatum in matrimonium petentis, venia reo ſit tribuenda? vid. diſting. Dn. Virgil. Pingitz. *quæſt. Saxon. 8. n. 4.*

17. Inaniter.

Idem eſt quod fruſtra, nequicquam, ſine effectu, otioſe. Quomodo accipitur in *l. 6. ff. de Dol. mal.* ubi dicitur: Inanis eſt actio, quam inopia adverſarii excludit.

Hinc Q. utrum proteſtatio in libellis frequens, quâ actor ſibi expreſſe reſervat, nolle ſe adſtringere ad probandum non neceſſaria, ſed ad ea tantũ, quæ ſufficiunt ad cauſæ victoriam obtinendam, ſeu, ut communis ſonat formula, **Mit Vorbehalt ſich zu keinen überflüſſigen Beweißthumb zu verbinden** / inanis debeat cenſeri? Videbatur dicendum quod ſic, eò, quod probandi onus actori à jure impoſitum, hâc præmiſsâ proteſtatione, detrectari & declinari nequeat. Proteſtatio enim ſuper his, quæ non conſiſtunt in poteſtate hominis, ſed à lege dependent, nihil operatur, per ea quæ tradit *Menoch. de Præſumpt. lib. 1. q. 97. n. 26.* Verùm contraria ſententia, quod ſcil. hæc proteſtatio non ſit inanis, ſed maximè neceſſaria & utilis, receptior eſt. Quantumvis enim probatio merita causæ concernens, non poſſit nec debeat omitti, tamen cum

non ſolum ea, quæ ſpectant ad formam & ſubſtantiam libelli, ſed & alia quoque incidenter in libello ſæpe deducantur, ad cauſam principaliter non ſpectantia; actor verò ad probandum omnia in libello deducta teneatur: Hac clauſulâ opus eſt, cujus beneficio qualitatem deductam vel aliud incidens probare non tenetur. *vid. Maſcard. de Probat. Concl. 1275. n. 9. Specul. p. 6. de libell. oblat. n. 11. Ferrar. in pract. in form. Act. real. n. 1. Rosbach. proceſſ. Civ. Tit. 35. n. 7. & 8.*

16. Inæqualiter.

Idem denotat quod diſſimiliter, minus proportionabiliter, eſtque inæqualitas, vel Geometrica vel Arithmetica, de quibus ſupra in expoſ. Adverb. Geometricè & Arithmeticè. Inæqualitatem autem jura, ut ſibi inimicam, averſantur & prohibent. *l. Id quod. ff. de Reſcind. Vend. Crævett. Conſ. 173. n. 3. cum ſit diſcordiæ inductiva, conſervativa & nutritiva. Rol. à Vall. Vol. 3. Conſ. 100. n. 17. & Conſ. 51. n. 8. Vol. 4. Socin. Conſ. 21. n. 7. Vol. 3. Cephal. Conſ. 67. n. 20. & ſeqq. libr. 1. & Conſ. 280. n. 1. & ſeqq. lib. 2.*

Et in ſpecie, ut inter liberos inæqualitas evitetur, multa à legibus ſancita ſunt, prout tradunt *Tiraquell. tr. de jur. primog. q. 1. n. 5. 6. & 7. Ruin. Conſ. 122. n. 7. Vol. 2. Gozadin. Conſ. 58. n. 15. Soc. jun. Conſ. 147. n. 41. Vol. 2. Paris. Conſ. 2. n. 27. Vol. 3*

Hinc 1. inter fratres inſtituenda collatio. *Bald. Conſ. 98. Vol. 4. Dec. Conſ. 59. Col. 3. Tiraquell. d. tr. q. 4. n. 2.* Imo quæ alias ſuapte naturâ non eſſent conferenda, quandoque tamen conferuntur, vitandæ inæqualitatis gratia inter fratres. *poſt Gloſſ. ult. & Dd. in l. Illud. C. de Collat. Bald.*

Conſ.

Conf.37. Col.3. verf. quæftio vertitur. lib. 2. Ruin. Conf. 112. n.1. & 16. Vol.1. Burfat. Conf.5. n. 13. Vol. 1. tradit Sixtin. in Conf. Marp. Vol. 2. Conf.14. n.125. Ratio eft, quod, cùm alias femper, tum vel maximè inter fratres concordia, pax & amicitia fervanda, ac præ cæteris rebus omnibus expetenda fit. *l. fratres. ibique Bald. & l. de fideicommiffo. C. de Tranfact. Dd. in l. cum pater. §. evictis. π. de Legat. 2. & in l. cum rem alienam. C. de Legat.*

2. Eandem ob caufam inter filios prælegata non imputantur in legitimam, quæ tamen imputationi alias effent obnoxia, juxta *Ruin. Conf. 133. Col. penult. Vol. 2.* Nec prælegata veniunt in reftitutionem fideicommisfi. *Aretin. conf. 153. Col. 2. vers. confirmatur. Cocin. jun. Conf. 160. n. 20. vol. 2.* 3. Præfumitur legatum animo compenfandi, ut fervetur æqualitas. *Ruin. Conf. 86. n, 12. corn. conf. 230. col. 2. vol. 4.* Quin inter liberos aliquando non continentur in legato, quæ aliàs continerentur. *Zanch. in repetit. L. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Sc. Trebelli part. 1. v. 28. Ruin. conf. 212. n. 12. verf. & quod talis. vol. 1. Dec. conf. 122. in fin. Ceph. conf. 612. n. 4. lib. 5.*

4. Hæc inæqualitatis eliminandæ ratio militat non tantum pro filiis ejusdem, fed etiam diverfi matrimonii. *Bart. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupill. Subft. col. fin. Cuman. in l. cum pater. §. dulcisf. in fin. ff. de Legat. 2. Dec. conf. 631. n. 4. Ceph. conf. 292. n. 4. lib. 2.* Non attento, quod inæqualitas ifta usque adeo legibus odiofa non fit, ceu poft *Francifc. Burfat. Conf. 164. n. 28. lib. 2.* monet *Erneft. Cothmann. in conf. vol. 1. Refp. 23. n. 24.*

5. Quinimo teftamentum paternum, minus folemne, ob enormem inæqualitatem in patrimonii diftributione factam e. g. Si pater dives tres habens filios, in tefta-

mento, unum ex his tantum in legitima, reliquos vero duos in omnibus residuis bonis instituat heredes; filium querelâ inofficiosi testamenti impugnare voluntatem ultimam posse, non obstante legitimâ relictâ, tradit *laud. Cothm. in consil. vol. 1. Resp. 7. n. 58. & 59.*

6. Licet alias verba in proprio & nativo significatu sint accipienda. *vid adverb. Impropriè. Item. Impersonaliter.* nihilominus tamen, ad hoc, ut servetur æqualitas, à proprietate verborum haut raro recedendum esse docet *Bart. in l. fin. ff. pro donat. Soc. in l. 1. notab. 4. ff. de reb. dub.*

Q. hic. Utrum in casu, quo duo conjuges ita testantur, ut post eorum mortem heredes ab utraque parte, tam uxoris, quàm mariti, æqualiter hereditatem distribuere debeant, divisio sit facienda in capita, an in stirpes sive duas æquales portiones. Posterius Affirm: Quilibet enim suos heredes æquè dilexisse, & per consequens illis ex æquo prospicere voluisse creditur. *Conf. Ludolph. Schrader. vol. 2. consil. 49. per Tot.* Vid. Dn. Præses *decis. 37. n. 12. & seqq.*

18. Inartificialiter.

Idem est quod minus artificiosè, nulla arte confectum. Hoc sensu probationes inartificiales vocantur, quæ ad fidem faciendam extrinsecus assumuntur, nullam probantis solertiam desiderantes; opponuntur probationibus Artificialibus, quæ arte & industria probantis ex ipsa causa ejusque circumstantiis, argumentis & præsumptionibus trahuntur. *Vid. Dissert. de Processu judiciar. Helmstadi Præside Thom. Cludio. p. m. Anno 1664.* habita

Th. 40. & 42. Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Tit. de Probat. Th. 3. & 4.

Species hujus probationis Inartificialis, itemque fundamentum ejus, vid. ex principiis pro more accurate deducentes, *ICtos celeberr. Dn. D. Hahn. in obs. h. t. n. 2. & Dn. D. Strauch. dissert. ad pand. 25. Th. 12.*

19. Incitatè.

Imitatur naturam adjectivi, incitatus, quod idem notat quod irritatus, commotus, instigatus, lacessitus, provocatus. Incitatus autem ad rem illicitam, mitiori pœna afficitur, quam si proprio motu, citra ansam datam ad hoc perpetrandum, delicti exstiterit reus.

1. Enim fœminæ conjugatæ gestibus & persuasionibus lascivis allicientes juvenes, qui incitati cum iis concumbunt adulteriumque committunt, pro arbitrio judicis, seposita ordinaria pœnâ, mitius puniuntur. *Dn. Carpz. prax. Crim. part. 2. q. 61. n. 59.* Quod tamen ipse limitat *n. 61.* in eo saltim procedere, qui libidine incitatus blanditiisque fœminæ captus adulterium committit, ex subito & improviso libidinis impetu; secus vero, quando quis, impetu cessante, ex causa amoris præmeditatum committit adulterium.

2. Sic actioni de pauperie locus est, ubi animal per lasciviam, pavorem aut feritatem contra indolem nocuerit. *l. 1. §. 4. ff. si quadrup. paup.* quæ itidem cessat, si animal proprio motu damnum non dedit, sed instigatum & incitatum, adeoque culpâ alicujus præcedente, sive ipsius domini, sive alicujus tertii. *l. 1. §. 4. 5. & 6. ff. si quadrup.* Similiter cum arietes & boves commisissent, & alter al-

terum occidiſſet, ſiquidem is periiſſet, qui aggreſſus erat, ex eâdem ratione quod videlicet non ſpontaneo motu & contra naturam, ſed incitatus damnum dedit, ceſſat hæc actio. *l. 1. §. 11. ff. eod. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 10. Th. 13. Schneidw. h. t. n. 5.*

3. Pari modo, qui ſervum dolo perſuadet & incitat ad aliquid faciendum vel cogitandum improbè, delinquentem laudavit & ita malitiam ejus auxit, à domino ſervi conveniri poteſt, ut, quanti ea res eſt, condemnetur in duplum. *l. 1. §. 1. ff. de Serv. Corrupt. l. 5. l. 9. §. fin. l. 10. l. 11. ff. eod.*

4. Quanquam illicitum non ſit, teſtatorem blanditiis allicere, ut aliquem heredem inſtituat, vel alias legatum aut fideicommiſſum relinquat. *l. fin. C. ſi quis aliq. teſtar. probib. Bart. in l. Lucius. §. Sempronia. in fin. ff. de Leg. 2. Dec. Conſ. 489. Col. 2. in fin.* Præſumunt tamen jura; quicquid pater facit contra liberos habentes novercas, id feciſſe perſuaſionibus, incitationibus & inſtigationibus novercalibus, adeoque ex hac cauſa profecta ultima voluntas nulla eſt & invalida. *l. Captatorias. ff. de hered. inſtit. Bald. Angel. Caſtrenſ. aliique Dd. in l. hoc colore. ff. de Inoffic. Teſtam. Bertrand. Conſil. 22. n. 4. Vol. 3. Cagnol. d. l. num. 9.* Quomodo autem præſumatur ac probetur ejusmodi incitatio & inſtigatio novercalis, latè demonſtrat *Vult. in Conſ. Marpurg. Vol. 1. Conſ. 29. à n. 87. usque ad n. 94.*

20. Incontinenter.

Convenit cum Adverb. Diſſolutè, intemperanter, licet accuratè loquendo differant ut habitus & diſpoſitio. Duæ autem dantur incontinentiæ ſpecies; altera pro-

Ccc rumpens

rumpens & improvisa sive celeriter proveniens : veluti cum formosam mulierem quis videns, incitatur, ut erumpat ad aliquid committendnm, quod fortasse non expedit. Altera est imbecillitas quædam cum ratione avertente insurgens. Prior non admodum sub reprehensionem cadit, quandoquidem etiam virtutis studiosis potest evenire, nec non callidis & ingeniosis. Posterior verò magis reprehensionem incurrit, quippe quæ frigidis & melancholicis convenit. *Aristot. lib. 2. Magn. Moral. cap. 6.*

21. Incontinenti, Excontinenti.

Hoc adverbium plerumque idem est quod extemplo, confestim, nulla interpositâ mora, stante pede, ad momentum, ad punctum, in ipso actu, per doctrinam *Bart. in l. obligari §. 1. n. 1. ff. de Autoritat. Tutor. Octav. Vulpell. tr. de præpos. adverb. & conjunct. signif. Lit. 1. hac dict.* quo spectant *notat. Cephal. Consil. 22. n. 16. Vol. 2. & Consil. 70. n. 24. & seqq.* similis locus habetur *in l. 3. §. 9. ff. quod Vi aut clam.* ubi dicitur, qui cum armis venit, ad nos expellendos, resisti armis posse, dummodo fiat excontinenti. Eodem modo pacta incontinenti adjecta dicuntur contractui, quæ eidem adduntur, vel antequam contractus plenariè ad finem perducitur, vel contractum perfectum illicò sequuntur, & opponuntur pactis ex intervallo supervenientibus, quorum illa præ his magnam habent efficaciam. *l. 7. §. 5. ff. de Pact. & l. 3. C. de ædil. act. l. 72. ff. de Contrah. empt l. 13. C. de Pact. add. Magnif. Dn. Tabor. partit. element. part. 3. Sect. 3. Th. 39. Dn. D. Hahn. ad Wesemb. ibid. Dn. D. Struv. Syntag. Jur. Civ. Exerc. 6. Th. 22.*

2. Ponitur pro triduo *in l. 3. C. de Error. Advocat.* ubi dicitur, quod error Advocati parti litiganti nocere debeat, nisi excontinenti, sive triduo proximo contradicat. *add. lex fin. C. de judic. Alex. Conf. 71. n. 7. & 8. lib. 3.* & homo vulneratus, si intra tres dies moriatur, dicitur in continenti mortuus. *Dn. Carpz. lib. 2. Resp. 6. n. 7.*

3. Idem est quod interpositis aliquot horis, *per l. 23. ff. ad leg. Jul. de Adulter:* Ubi pater filiam cum adultero deprehensam, post intervallum aliquot horarum interfecit, incontinenti occidisse intelligitur.

4. Cum aliquo temporis laxamento *l. 13. ff. de Solut. l. 1. §. 8. ff. ad Leg. Falcid.* ubi heres institutus jussus est Titio legati nomine penum dare, & si non dederit, decem, & decidit ibi Paulus, si in continenti, hoc est, ut ipse exponit, non extemplo, sed intercedente aliquo spacio penum solverit, in legem falcidiam hoc imputari posse, secus atque alii censebant, in legato hoc decem esse, penum autem mortis causa capi nec in falcidiam imputari.

5. Dictio hæc significat, actum expediendum esse summarie absque strepitu judicii & sine novo processu, monente *Bart. in l. 1. ff. Judicat. solv. Vult. in Consil. Marp. Vol. 3. Conf. 31. n. 348.*

6. Pro subjecta materia varie adhuc sumitur. Sic in materia protestationis intra 10. dierum spacium factum, in continenti factum esse, post 10. vero dies ex intervallo censetur. *Rom. Conf. 179. n. 21.* Aliquando importat tempus datum ad exequendum. Nonnunquam intra unum diem; Interdum antequam ad extraneos actus divertatur. *vid. Mascard. Concl. 687. n. 21. & seqq. Tusch. Pract. conclus. Tom. 3. Lit. I. conclus. 80. Anton. Fum. de*

Con-

Conjunct. Tom. 18. Vid. Carpzov. *respons. Juris Elector. lib. 4. & 7. resp. 56. n. 6. seqq.*

Cum igitur tam diversimode accipiatur adverb. hoc, meritò in casibus à lege expresse non decisis arbitrio judicis committitur, ut is pro ratione temporis, loci, personæ, aliarumque circumstantiarum hac de re statuat. *Roman. cons. 244. Cravett. Cons. 156. n. 17. vol. 1.* Ita quando vis est illata à privato possessionis ejectione, modicus apparatus sufficit ad recuperandam possessionem, ad quem exiguum requiritur spacium; quod si vero Princeps vel Comes quispiam, principatu vel comitatu dejiciatur, longe majori opus est præparamento, cui sæpissime haut sufficiunt octo vel plures anni, & nihilominus hic consideratâ personarum qualitate, ejusmodi possessionis recuperatio post lapsum tot annorum existimanda est fieri incontinenti, semper enim habuit animum recuperandi, nec quicquam, quod ad recuperationem facere poterat, intermisit. Et hoc confirmant expressa verba des Reichs-Landfrieden / *sub. rubr.* von *Pæn* der Friedbrecher *in fin.* ubi dicitur. Daß den Beschädigten gegen die Friedbrecher und Beschädiger sein Gegenwehr und Verfolgung zu thun / auf frischer That / oder wann er seine Freunde zu Helffer haben mag / unbenommen seyn sol.

Et prædicta locum habent tantùm in defensione rerum, quando quis propulsat injuriam realem, secus si injuriam personalem, seu in defensione personarum. Nam tunc in continenti dicitur, in ipso flagranti crimine. *arg. l. 23. in pr. ff. ad Leg. Jul. de Adult. add. Bartol. in l. 3. ff. de J. & J. Dd. in l. 1. C. unde Vi.*

Qu. igitur, an, uti injuriam realem in continenti

repellere licitum. *l. 2. & 3. C. ad leg. Corn. de sicar. Dec. ad l. 3. ff. de J. & J. n. 15.* ita etiam verbalem injuriam verbaliter retorquere integrum sit? Quod affirm: per l. 14. §. *6. ff. de bon. libert. l. 25. §. 1. ff. de Procurat.* & ita in praxi observari, tradunt *Gail. lib. 2. Obs. 100. Berlich. part. 5. Conclus. 64. n. 1. Mynsing. cent. 5. obs. 17.* Nec reprobari posse instrumentum retorsionis, si in continenti, non verò ex intervallo conficiatur, evidenter apparet ex sententia *in hoc Scabinatu Anno 1621.* ad requisitionem cujusdam pronunciata: verb: **So seyd ihr die von euch zu Papier gebrachte / und uns zugeschickte** Retorsions-**Notell wieder ihn bey dem Rath zu Northausen einzugeben wohl befugt / krafft welcher er so lange für eine solche Person / als er euch gescholten / zu halten / biß er die von ihm wieder euch** prætendirte **Ursachen / wie Recht / beybringet.** Vid. D. Præses. *decis. 92.*

22. Incestuosè.

Coincidit cum Adverb. nefariè. Licet accuratè loquendo differant. Vocantur enim nuptiæ nefariæ, quæ inter ascendentes & descendentes contrahuntur, usque in infinitum. *gloss. in rubr. C. de Incest. & inutil. nupt.* Sive sint naturales & legitimi simul, sive naturales tantum. *l. 53. junct. l. seq. & l. fin. ff. de rit. nupt. §. 1. J. de Nupt. Ægid. Boss. in pract. crim. Tit. de coit. damnat. n. 9. Hartm. Pistor. obs. 182. n: 46.*

Incestæ verò dicuntur, quæ inter collaterales consanguineos in primo & secundo gradu lineæ inæqualis contrahuntur; cum & is gradus tam jure Divino. *Levit. 18. vers. 12. & 13. vid. Arnold. Vinn. in Not. ad Inst. de Nupt. §. 3.* quàm civili. *l. 17. C. de Nupt. l. 17. C. de incest. & inutil.*

til. Nupt. d. §. 3. *J. eod. vetatur.* Item inter quasdam personas ratione affinitatis, in primo & secundo gradu sibi invicem junctas, quales sunt socrus, nurus, noverca, privignus, uxor patrui, incestum committi, patet *ex l. 9. C. de incest. & inutil. Nupt.*

Hoc autem crimen longè turpissimum esse, & contra naturam, videre licet ex brutis, quippe quæ incestum aversantur. *Aristot. 9. histor. animal. cap. 45. de Camel. Plin. de equis lib. 8. c. 42. Beust. c. 58. Cypræ. de matrim. c. 6.* §. *1. n. 3. & seqq.* Atque naturâ ex communi omnium sententia abominandum, tradit *Plato lib. 8. de Legib.*

1. enim pudor insitus incestum prohibet; Cum per rerum naturam impossibile sit, ut æqualitas intercedat inter generantem & generatum; non enim reverebitur, ut matrem, quam sibi uxorem subjecit: & jure suo in filiam privabitur, qui eam vitæ consortem accepit. *Beza dict. loc.*

2. Norma cognationum confundenda non est, quæ illam commixtionem sequitur, sed necessitudo in plures familias emanare & dispergi debet. *Duar. ad Tit. solut. matrim. de Nupt. c. 3. Covarr. p. 3. c. 6.* §. *10. n. 8. & seqq. Tiraquel. l. connub. 7. n. 47. & seqq. Nicol. Sudor. lib. 2. Disp. Civil. p. 168. Ant. Fab. 1. Jurispr. 9. pr. 6.* Quibus autem populis licitæ adhuc videantur, & receptæ sint nefariæ hujusmodi nuptiæ, vide sis apud *Tiraquell. lib. 7. n. 32. & seqq. Covarr. & Borcholt. dictis loc.*

Patet igitur detestandum esse hoc delictum, ut non immerito rei ejusdem gravissimis subjiciantur pœnis, non tamen uniformiter, sed diversimode, prout videlicet incestus committitur. Aliter enim in ascendentibus & descen-

descendentibus, aliter in collateralibus, aliter in iis, qui affinitate sibi invicem junguntur, coercetur. Pœnæ namque delicto commensurandæ, & pro modo admissi neque gravior neque remissior pœna quàm par est, dictanda. *l. Pædius. ff. de Incend. Ruin. nauf. L. respiciendum ff. de Pœn.* Longè verò major est contumelia, quæ per nefarium & illicitum coitum sanguini, quam affinitati infertur. *L. si adulterium cum incestu §. 1. verb. contumelia sanguini. ff. ad Leg. Jul. de Adulter.* In linea proinde recta ejusmodi coitus pœnâ capitis dignus est, & incestuosi gladii pœnæ subjugantur. *Wesemb. in parat. ff. ad Leg. Jul. de Adult. n. 22. Berlich. part. 4. conclus. 32. n. 13. Menoch. de arb. jud. quæst. lib. 2. cent. 6. cas. 502. n. 1. & seqq. Thoming. Decis. 42. n. 5. Ernest. Cothman. in cons. vol. 3. Resp. 48. n. 19.* Nec ulla sexus differentia hîc facienda, sed fœminæ æque ac masculi gladio plectendæ. *Magnif. Dn. Carpzov. prax. crim. part. 2. quæst. 72. n. 25.* unde & lex divina utrumque sexum complectitur. *Levit. 18. vers. 17.* ubi dicitur: Nuditatem patris tui & nuditatem matris tuæ non revelabis, mater tua ipsa, non revelabis turpitudinem ejus. vid. ad hunc locum *Dn. D. Johann. Gerard. p. m. in loc. Theol. de conjugio n. 261.* Accedit quod incestus in linea recta commissus contrariatur juri Gentium. *l. fin. pr. ff. de rit. nupt. l. 38. §. 2. & 3. ad Leg. Jul. de Adult.* in illis autem delictis, quæ jure Naturali & Gentium turpitudine notantur, mulier pœnæ mitigatione non gaudet. *d. l. 38. §. 2.* Confirmat dicta præjudicium *Scabinatus Lips. ap. Dn. Carpzov. dict. loc.* in casu, quo filius cum matre incestum commiserat: verb. **Haben N. N. eine Witwe und ihr leiblicher Sohn gütlichen ausgesagt/ daß sie den Abend**

Martini

Martini des vergangenen Jahrs und sieder deme zwier fleischliche Unzucht und Blutschande mit einander getrieben etc. So möchten sie wegen solcher begangenen Blutschande mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gebracht werden.

In Collateralibus & Affinibus inceſtum committentibus, pœna capitis exulante mitior infligitur; & quidem illic, ſi perſonæ in primo gradu lineæ æqualis ſunt conjunctæ, virgis cæsæ in perpetuum relegantur, in gradu ulteriori relegatione perpetuâ tantum puniuntur. Hic vero priori caſu eidem pœnæ locus eſt, poſteriori ſecus. *vid. Dn. Carpz. prax. crim. dict. q. 74. à num. 47. usque ad fin.* ubi hanc materiam elegantisſimis præjudiciis illuſtrat. *add. Erneſt. Cothm. part. 3. Reſp. 48. n. 15. add. Speidel. in Notab. hiſt. pol. voc.* Blutschande. *Plura vid. in Dn. Præſ. decis.* 188. *n. 67. usque ad 83.*

23. Indebitè.

In genere dicitur omne id, quod non debetur, non aliter ac vocabulum injuriæ ſumitur pro eo, quod non jure fit. *pr. J. de Injur.* Specialiter vero dupliciter accipitur. 1. Simpliciter, quod nullo modo, neque naturaliter neque civiliter debitum eſt. Calvin. in Lex. hac. voc. Secundum quid, quod videlicet certo tantum reſpectu debitum eſt, alio autem reſpectu non. Atque hic reſpectus 1. intuetur ipſum jus, ſecundum quod indebitum aliud eſt vel civiliter tantum, aliud naturaliter tantum. Civiliter tantum indebitum eſt, quod jure Naturali tantum debetur, & quidem pro qualitate & diverſitate obligationis, de quo conſuli poteſt *Dn. Frantz. Diſput. de*

Obligat. Exercitationibus suis annexa. Riemer. tr. de Contract. Disp. 1. Naturaliter tantum indebitum est, quod jure tantum civili in specie ita dicto debitum, vel ab initio statim vel ex post facto.

Vel. 2. respectus ille refertur ad factum hominis, tam solventis, quàm accipientis. Illic indebitum dicitur, quod in se quidem debitum est, sed non ab eo qui solvit. *l. 6. C. de condict. Indeb.* Hic, quod non est debitum illi, cui solvitur. *l. 65. §. fin. ff. h. t.*

Vel. 3. à fortunæ & conditionis eventu dependet, & tunc nihil aliud est, quam quod sub conditione aut die incerto promissum est, hocque propter incertitudinem eventus, licet postea existat, retro semper debitum fuisse censetur.

Cæterum, quando indebitum, sive sit naturale tantum, sive civile &c. condici possit. Consule *Magnif. Dn. Præs. tr. de Contract. Dn. Andreas Clud. tr. singul. Dn. Hahn. ad Wesemb. h. t. Bachov. ad Wesemb. ibid.*

24. Indefinite.

Hoc Adverbium qualitatis incertitudinem involvit, diciturque oratio indefinite prolata, quæ omni signo destituitur, particulare tamen vel universale admittere apta est; adeoque ejusmodi oratio haut raro nos efficit dubios, ut ignoremus, utrum particulari, vel universali interpretationi locus sit.

Vulgatum vero est axioma; Indefinitam orationem æquipollere universali. *Dd. in l. 44. pr. f. de Legat. 2. & l. 98. ff. de leg. 3. Vult. in Cons. Marp. Vol. 3. cons. 18. n. 271. ibique alleg.* Non tamen ex propria significatione, sed interpre-

terpretatione potius, ceu monet *Arnold. de Reyger. Thes. jur. dict. hac. Cagnol. ad l. 1. ff. de R. J. adducens Bartol. & alios.*

Æquipollet autem oratio indefinite concepta universali,

1. Quando subest eadem ratio omnium sub indefinita comprehensorum. *Jason. in l. 29. de Transact. n. 5. & in l. 4. §. quæsitum. si quis caut. in judic. sist. caus. fact. n. 33. item in l. 86. ff. de verb. oblig. n. 8. Bald. in l. 35. pr. ff. de Pact. Bart. in l. omnes populi. ff. de J. & J. Dyn. ad rubr. Reg. Jur. in 6. n. 5. Dec. Cons. 388. n. 3. & cons. 425. in fin. Cacheran. Decis. Pedem. 110. n. 11. Decis. 127. n. 5. & Decis. 188. n. 21. Socin. jun. Cons. 1. n. 115. cons. 23. n. 27. lib. 1.*

2. In materia necessaria. *Francisc. Sarmient. 4. select. interp. in explic. l. 2. ff. de lib. & posthum. hered. instit. n. 11. & seqq. Covarr. 1. resol. 13. per tot. Cagnol. ad l. 1. ff. de R. J.*

3. In causis favorabilibus, sive circa personas, sive circa res indefinita fuerit adjecta; adeoque alimentum legatum futuræ Titii uxori, comprehendit non solum primam uxorem, sed & si ad secunda, tertia, quarta & ulteriora vota transeat maritus, perinde ac si omnes futuras uxores dixisset. *Alex. Cons. 71. n. 4. & seqq. lib. 2.* Sic in ultimis voluntatibus, si testator simpliciter mandat, non debere succedere, nisi de linea sua masculina, intelligendi sunt tam ascendentes, quã descẽdentes & collaterales. *Cuman. cons. 2. in pr. quæst. hac.* Sive indefinita verbis affirmativis, sive negativis sit concepta. *Cuman. cons. 38.* Quin imo hanc adhuc magis operari existimat *Dec. cons. 13. n. 11. & seq.*

4. In Contractibus verba indefinitè prolata æquipollent universalibus, semperque sunt in deterius interpretanda contra proferentem, quippe qui apertius poterat legem dicere. *l. Veteribus 39. ff. d. Pact. l. 21. l. 33. f. de Contrah. empt. l. 172. ff. de R. J. Ozasc. Decis. 141. n. 12. Afflict. Decis. 373. Scotan. Exam. jurid. ad Tit. de Just. & J. ibique Dn. Güntzell. aliique Dd.*

5. Indefinita æquipollet universali collective, non distributive. *Bertachin. Repert. Jur. hac dict.*

Plures materias, in quibus verba indefinite prolata universaliter interpretari licet, collegit *Card. Tusch. Pract. Concl. Tom. 3. Concl. 86. & 87. Lit. J.*

Cessat autem hæc nostra regula, 1. quando militat diversa inclusorum ratio, tum enim distinguitur ex ratione, etiamsi lex indistinctè loquatur, uti post *Cald. & Bart. tradit Tusch. d. concl.*

2. Fallit in materia contingenti. *Dn. Wissenbach. ad Reg. Jur. Disp. 31. n. 5.* ubi exemplis rem decarat.

3. In materia odiosa, quæ, uti alias restringenda. *Dyn. in c. odia. de R. J. in 6.* ita & hic extensione abstinendum. *l. 2. ff. de lib. & posthum. l. 19. ff. eod.*

4. In dictis testium. Ratio est, quod attestationes testium, ceu probationis quædam species, de necessitate concludere debent, *per jur. vulg.*

5. Etiam indefinitè prolata, non comprehendunt eum, de quo specialiter est provisum, ut notant *Dd. in l. 37. §. 2. ff. de hered. Instit. vid. Bertachin. repert. juris. part. 2. Lit. J.*

Probè autem observandum, quod verba indefinita ultimo loco posita, limitationem & declarationem reci-

piant per ſpecies præcedentes; ſecus ſi præcedentia eſſent generalia & obſcura, ſequentia vero expreſſa & ſpecialia.

Cæterum de æquipollentia, utrum, & quatenus ejus in jure noſtro ſit uſus, vid. eleganter differentem *Dn. Rebban. Hodog. Jur. Chart. 2. Clim. 2. p. m. 265. & ſeqq.*

25. Indignè.

1. Nonnunquam idem eſt, quod turpiter, uti patet *ex l. 12. §. 1. ff. de Sponſal.* ubi dicitur: tunc ſolum licentia diſſentiendi à patre filiæ conceditur, ſi indignum moribus vel turpem ſponſum ei pater eligit. Et appellantur alias ejusmodi nuptiæ indignæ. *Hillig. in Donell. enucleat. lib. 13. c. 20. lit. K. in fin. Cypræ. de Sponſal. cap. 7. §. 5.* & pœna ejus, quæ indigno nubit, eſt, quod non dotetur. *Covarr. de matrim. p. 2. c. 3. §. 7. n. 8.* & qui uxorem duxerit in gradu tali, quo inceſtus committitur, ei tanquam indigno hereditas auffertur, nec non legatum teſtamento uxori relictum. *l. 2. §. 1. l. 13. & 14. ff. h. t.*

2. Indignus dicitur, qui non ſervat voluntatem defuncti. Diſtinguuntur ab incapacibus, quod illi ſint incapaces jure & effectu: Hi capaces jure, incapaces effectu. Illis relicta ab initio inutilia ſunt, & apud heredem remanent ſine onere, his relicta ipſo jure valent. *Dn. Wiſſenb. ad ff. Diſp. 7. Th. 9.* Hinc non vindicans necem defuncti, nec appellans à ſententia contra defunctum lata, quæ infamat, redditur indignus. *Paul. de Caſtro lib. 1. Conſ. 163. in fin. l. 1. C. h. t.* Non tamen inultæ mortis obſtat *l. 6. C. eod.* Quod ſi vero tantum dicat, teſtamentum non eſſe jure factum, indignum ſe non reddit. *l. 5. §. 1. & l. 14. h. t.*

Plures caſus, quibus alicui tanquam indigno, bona

auferuntur, vid. *ap. Dn. Hahn. in observ. ad Wesemb. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. eod. Card. Tusch. Pract. concl. concl. 92. Lit. 1. Ant. Matthæ. tr. de crim. lib. 48. Tit. 5. c. 4. Cujac. 5. obs. 6. Signor. cons. 118. per tot. Bald. cons. 26. lib. 5. n. 4. & cons. 446. lib. 2. in pr. Farinac. quæst. 120. n. 48.*

26. Industriè.

Denotat solerter, ingeniose, diligenter, *vid hoc adverb. suo loc.* hinc de industria idem est, quod data opera. *l 62. §. 1. ff. de Evict.* & occurrit *in l. 28. fin. C. de Episc. & Cler.*

Industria autem personæ in aliquo negotio electæ non posse illud expediri per alium, indubitati juris est. *Vid Roman. in cons. cons. 330. n. 4. Alex. cons. 218. n. 8.*

Hinc 1. officialis ex publico electus, exercere officium suum per alium nequit; quia munus publicum est personale quid. Et maximè illud procedit, ubi imminet denunciatio criminum. *Bald. cons. 165. lib. 5.* ratio est, quia in eo, quod est variabile, judicium hominum est diversum, cujus intuitu videtur electa fides & industria personæ certæ. *Bald. cons. 296. l. 1.*

2. Executores testamentorum ad heredes non transmittunt officium, neque implementum, neque legatum ratione officii ob eandem electā à testatore personæ industriam, *juxta Johann. de Imola. Cons. 176. n. 2. & 3.* Idem obtinet in executoribus ad pias causas, ad episcopum enim hoc devolvitur. *Paul de Castro cons. 177. col. 2. in pr. lib. 2.*

3. Locatio facta artifici ad artificium exercendum videtur facta propter industriam personæ, ideoque ad here-

heredem non transit, si conducens ex causa onerosa se obligabat ad hoc artificium, secus si ex causa gratuita promittebat exercitium facere. *Alex. cons. 131. & 32. n. 6. & 7. ut & Cons. 105. n. 21. & seq. lib. 3.*

Non autem censetur industria personæ electa, quando compromittunt partes in personam incognitam vel sub conditione. v. g. Si Titius consul decesserit, arbiter erit ipsius successor. Nec cum obligatus ad factum dat fidejussorem pro eodem facto; si enim fidejussor factum promissum æque ac principalis præstare valet, industria cessat.

27. Infirmè.

Respondet adverbiis, debiliter, imbecilliter, impotenter, de quo supra. Refertur autem primo vel ad ætatem, uti patet *ex l. 1. C. quand. Tut. vel cur. esse desin.* ubi dicitur: propter ætatis infirmitatem curatores illis dandos esse.

Vel 2. ad ipsum corpus. §. *item propter adversam. J. de Excus. Tut.* Quando enim quis adversam experitur valetudinem, tunc, cum propria negotia rectè administrare nequeat, damnosum foret pupillo, eo tutore ulterius uti, indeque à tutela excusatur. *l. 10. & 11. ff. de Excus. Tut. l. unic. C. qui morb. se excus.* Quæ infirmitas non solum excusat à nova tutela suscipienda, sed etiam à suscepta, ut eam deponere liceat. *l. 40. & 41. ff. eod. l. à muneribus. C. de Decurion. l. 10.*

3. Refertur etiam ad mentem, v. g. Si tutor furiosus sit & furor supervenerit. *dict. l. 40. ff. eod.*

Aliàs infirmitas culpæ annumeratur. *§. Impetu quo-*

quoque 9. J. de leg. Aquil. cum affectare quis non debeat id, quod intelligit vel intelligere debet, infirmitatem suam aliis periculosam futuram. *l. 8. ff. ad leg. Aquil.* ubi etiam culpæ reus dicitur is, qui propter infirmitatem, impetum equorum, quibus vehitur, sustinere nequit. *add. Schneidvv. ad Tit. J. de Leg. Aquil. §. Impetu quoque. Vinnius & Pacius in Analys. ibid.*

In multis autem excusat infirmitas. Sic 1. infirmus citatus & non comparens, excusatur, ne possit dici contumax. *Petr. de Anchar. in cap. querelam. de Procurat.* Adeo ut si judex infirmitatem citati sciret, citatio sit ipso jure nulla. *l. quæsitum 60, ff. de Re judic. ibique interpp.*

2. Infirmus, contra quem lata est sententia, debet restitui adversus sententiam. *juxta Bart. in l. inter minores. ff. de in integr. restit. in pr. n. 4.* ubi tamen distinguit: Aut enim non fuit defensus, & restituitur ad totam causam, quando videlicet judex ignoravit infirmitatem, secus si scivit, tum enim sententia est ipso jure nulla, uti jam dictum. Aut fuit defensus, & restituitur ad appellandum.

3. Infirmitas Procuratores in causa pro appellante, excusat à desertione. *Oldrad. cons. 208. circa fin.* quia infirmitas est justa causa, quæ facit præsentem haberi pro absente. *Romam. cons. 263. in pr.*

28. Infra.

In Jure Canonico, secus quàm in communi usu dicendi, diversimodè accipitur; Nam & (1) nota quædam est indicandi, appositum esse aliquid, ad quod in negotio proposito respiciendum, & Germanicè exprimitur dictio-

dictionibus **nach Inhalt** / vel: **Wie beygeschlossen es mi mehrern ausweiset.** Ita enim adhibet Pontifex Alexander III. in *cap. dilecti filii 6. X. d. judic.* ibi: *Dilecti filii Prior & Clerici gravem querimoniam transmiserunt & infra.* (2) nota quædã est indicandi, omitti in cap. brevitatis ergo, quod in libello Pontifici oblato pluribus erat propositum, quæ significatio Pontificibus valde frequens est. In hoc sensu, ut è pluribus pauca adducam, accipit Pontifex Innocentius III. ad Hierosolymitanum Patriarch. & Archiepisc. Cassen. *in cap. accedens 2. X. ut lit. non contestat.* ibi *accedens & infra.* German. **Es erscheinet mit mehren**/ &c. idem in *cap. tuæ fratemitatis 3. eod.* & quamplurimis aliis locis. De hoc vocabulo vid. quæ *in principio Juris Canonici* ad Lectorem monita sunt, §. *in emendando.*

27. Ingratè.

Hoc adverbium, propter enorme, quod importat, vitium, aliis appellationibus, quibus exprimi queat, destituitur. Dubium enim non est, quin benè facta malè factis compensans, peccet tum contra communes naturæ instinctus, qui ei, qui bene facit, bene velle jubent; tum contra ipsum jus & æquitatem naturalem. *Hillig. in Donell. enucleat. lib. 12. c. 3. lit. L.* Quemadmodum Bernhardo dicitur ingratitudo ventus urens, siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis & fructum gratiæ, referente *Panorm. in c. 5. de Donat.* Tollitq; naturæ debitum. *Novell. 22. c. 27. vers. Hoc autem.*

Hinc 1. liberi emancipatione rescissa, ob ingratitudinem eorum revocantur in potestatem pristinam. *l. unic. C. de Ingrat. lib.* adeoque emancipationem iterum rescin-

dit, & patriam potestatem quidem reddit, sed non nisi in consequentiam. Qui enim nunquam fuit in potestate, ob injurias, quantascunque etiam, in eam non redigitur. *Anton. Fab. 1. Jurispr. 8. pr. 5. ill. 2.* & alimenta, alias naturâ & jure debita, ipsis denegantur. *l. 5. §. 11. ff. de agnosc. lib. Hugo consi. 38. n. 13. Alciat. Resp. 243. n. 3.* quin imo legitima illis detrahitur, ac adimitur ob enormem ingratitudinem, cujus capita habentur in *Novell. 115. vid. Dd. in Auth. Non licet. C. de lib. præter.* & naturalis stimulus, qui alias hortatur & urget parentes, ad cogitandum pro liberis, *juxta Bald. in Auth. quod sine. C. de Testam.* hic exstinguitur. *Wesenb. Cons. 24. n. 11. part. 1.* Nullum enim hoc vitio majus & detestabilius est. *Menoch. cons. 723. n. 3. Vasq. de success. in Præfat. n. 3.*

2. Libertus malè meritus de patrono, eandem ob rem redigitur in servitutem. *l. 12. C. de oper. libert. l. 6. §. 1. ff. de agnosc. lib. l. 5. ff. de jur. patron. l. 6. ff. de in integr. restit. l. 21. pr. quod met. caus. l. 7. C. ad Sc. Syll.*

3. Ex causa ingratitudinis donatio facta revocatur. *l. fin. Cod. de Revoc. Donat. Magnif. Dn. Præses in cons. part. 1. cons. 41. n. 61. Clarus lib. 4. sentent. quæst. 21.* Ratio est, ne cuiquam sit licentia alienas res accipere, & liberalitatem donatoris irridere; justo enim minus congruit, ab illo injuriâ affici, cui beneficia sunt collata: Liberalitas quippe donantis, magis ad obsequia inclinare, quàm ad insolentiam erigere debet. *l. 1. C. de Revoc. Donat.*

4. Vasallus propter ingratitudinem à domino privatur feudo, si ingratitudo enormis sit, prout tradit *Alvarott. in §. Porro. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. Arnold. de Reyger Thes. jur. hâc dict.* Major enim pœna imponitur

sper-

ſpernenti ſuperiorem, quando ſpernens erat beneficiatus à ſuperiore, propter ingratitudinem, quam ei, qui non recepit beneficia. *Bald. conſ.159.n.9.lib.3.*

5. Prælatus & Epiſcopus, eccleſiam ſuam & malè tractans, & bona occupans, bellumque ipſi inferens dicitur ingratus, & poteſt eo nomine privari, degradari, ultimoque ſupplicio affici. *Card. Tuſch. Concluſ.131. Lit. J.*

Qu. hìc, utrum in caſu, quo donationis inſtrumento inſertum eſt: quod ob ingratitudinem donatarii ſupervenientem, donatio nullo modo revocari debeat; hæc clauſula donantem vinciat, quominus revocationi locus ſit? Neg. quandoquidem hoc pactum, utpote contra bonos mores initum, obligatorium non eſt. *l. pacta. 6. C. de Pact. & l. 27. §. 4. ff. eod.* & invitaretur hâc ratione donatarius ad delinquendum, quod legibus improbatur. *vid. l.5.ff. de Pact. Dotal. & d.l.27. C. de Pact.*

30. Inimicè.

Coincidit cum adverb. Infeſtè, Hoſtiliter. Inimicus vero datur duplex, vel capitalis, vel non capitalis. *l.15.ff. de recept. qui arb. l. 6.ff. de Excuſ. tut. l. 3. §. 9. ff. de Adim. vel transfer. leg. l. 9. ff. de his quæ ut indign. §. Item ſi propter. Inſt. de Excuſ. Tut.*

Erat autem veteribus capitalis inimicitia, quam ſolenniter, præſentibus teſtibus profesſi erant, renunciatâ amicitiâ, ceu apparet ex *Orat. Cicer. pro L. Flacco. Seneca. 10. Epiſtolar. 2. & 3. de Ira. Sidon. 7. Epiſt. Arnob. 2. adverſus gentes.* Ita Germanicus renunciat amicitiam Piſoni. *vid Sueton. in Claud.* & Tiberius Grachus ejusmodi inimicitias aluit, cum Scipionibus, Aſiatico & Africano. *Valer. max. lib. 4.* Acerrimè, ait, cum Scipione Africano, Macedonicus diſ-

ſenſerat; eorumque ab æmulatione virtutis orta contentio ad graves teſtatasque inimicitias profecta fuerat. *add. Rævard. 5. variar. 15. & ad l. 19. ff. de R. J.*

Alias capitalem inimicum eum dicunt, qui de crimine capitali aliquem accuſat. *Arnold. de Reyger. Theſ. jur. hac dict.* vel contra quem ob injuriam realem judicio actum eſt, prout poſt *Bald. in. c. veniens. X. de jurejur. n. 5. Jaſon. in l. Procuratoribus. C. de Procurat. n. 5. Weſemb. part. 1. Conſil. 29. n. 51.* ſtatuit *Erneſt. Cothm. in conſ. vol. 2. Reſp. 70. n. 61.* vel quo cum intercedit lis de omnibus vel majore parte bonorum, uti reſpondit *Facultas jurid. Coloniens.* quod Reſponſum inſertum eſt Conſiliis laudati *Cothmanni. vol. 3. Reſp. 30. n. ibidem. 61.* & hoc confirmat *Ordin. crim. artic. 26. verb.* **So einer mit dem andern umb groß Gut rechtet/ daß dazu der mehrer Theil seiner Nahrung/ Haab und Vermögens antrifft/ der wird für einen Mißgönner und grossen Feind seines Widertheils geachtet.** Vel qui vitæ alicujus inſidias ſtruit, mortemve minatur, *Magnif. Dn. Præſes in Conſil. part. 6. Conſ. 4. n. 25. Wiſſenb. ad Tit. ff. de his quæ ut indign. n. 11.*

Cum igitur adeo certum non ſit, quænam inimicitia capitalis ſit appellanda & cenſenda, fatente JCto celebratiſſ. *Dn. Carpz. pr. crim. part. 3. q. 120. n. 44.* non immerito hoc dijudicandum arbitrio judicis relinquitur, ut conſideratâ qualitate injuriæ, perſonarum item & animorum indignatione, hac de re ſtatuat. *add. Menoch. A. J. Q. caſ. 110. n. 3.*

Multum vero intereſt, utrum inimicitia inter partes orta, ſit capitalis, vel levis tantum.

1. Enim in fidejusſione, utut alias ante factam ſolutio-

lutionem ad liberationem consequendam frustra agat fidejussor. *l. Lucius. 38. §. 1. ff. de Fidei. l. 10. C. eod.* si tamen inimicitiæ capitales inter principalem debitorem & fidejussorem sint natæ, quibus hic ansam & occasionem non præbuit; valide pro sui liberatione impetranda intentat actionem, *arg. l. 23. ff. h. t. Donell. lib. 3. c. 13. Menoch. arbitr. c. 41. n. 23.*

2. Inimicitiæ capitales justæ mandati omittendi causæ censentur. *l. 23. ff. Mand.* Cum ex ea præsumatur voluntas renunciandi. *Benevent. Stracha de Mercat. lib. de decoct. p. 3. n. 50. & seqq.*

3. A tutela excusant, tutoremque à munere removent propter suspicionem, quæ efficit præsumi tutorem, aut jam bonâ fide non versari, nec inposterum versaturum. *l. 6. §. 17. ff. de excus. Tut. §. 11. J. eod. Wesemb. in parat. ff. eod. n. 3. ibique Dn. Hahn.*

4. Legatum revocatur propter ejusmodi inimicitiam inter testatorem & legatarium exortam, nisi proveniat ex parte legantis; cum enim culpâ hujus sit orta & potuerit revocare, nec tamen revocârit, præsumitur voluisse legatum valere, prout tradit *Socin. in cap. repellantur. de excusat. n. 17. Tusch. Conclus. 138. Lit. L. Roman. cons. 459. n. 3.*

5. Damnum præsumitur illatum ab inimico, quando ignoratur, à quo fuerit profectum. *Mascard. concl. 472. Cothman. vol. 3. Resp. 30. n. 112. & 163. cum seq. vol. 3.* facitque sufficientem probationem ad inquisitionem suscipiendam, &, si habeat adminicula, sufficit ad torquendum. *Dn. Carpz. prax. crim. part. 3. q. 120. n. 48.* ubi etiam, quatenus impediat accusationem, docet.

6. Inimici à testimonio repelluntur. *Petr. Anch. cons. 246. col. 2. vers.* An testis. *Corn. cons. 101. col. 4. vol. 2. Alex. cons. 99. in pr. vol. 1. Paris. cons. 58. n. 73. vol. 3. Soc. jun. cons. 73. n. 14. vol. 2.* Quod procedit, non solum si in mente odium habent, sed & si inimicitiæ causas habere præsumuntur, etiam sine mentis odio. *Vult. in cons. Marpurg. vol. 1. cons. 15. n. 184. ubi plures Dd. allegat.*

Plures casus, in quibus inimicitiæ ratio habetur, suppeditat *Tusch. Pract. conclus. 147. & 148.* inprimis vero, hujus materiæ illustrandæ ergo addi meretur *elegantiss. Dissert. legalis de Amicitia & Inimicitia. hic loci ante semestre, præside Nobiliss. Dn. Adriano Bejiero. J. U. D. famigeratissimo, habita.*

31. Injuriosè.

Adverb. hocce, eosdem, quos primitivum, recipit significatus. Accipitur autem vel generaliter, vel specialiter. Illo modo injuria dicitur omne id, quod non jure fit. *l. 1. pr. ff. h. t. pr. J. eod. Donell. lib. 15. cap. 24. in pr.* h. e. quicquid justitiæ & æquitati contrariatur, atque ita complectitur non tantum delicta, publica & privata. *arg. §. ult. J. de his qui sui vel alien. jur. l. 2. ff. eod.* sed etiam omnia alia, quæ non jure facta sunt, absque tamen facientis dolo vel culpa. *vid. l. 6. C. unde vi.* Deinde etiam, quæcunque non jure facta sunt, licet dolo aut culpa facientis. *l. 2. C. de Indict. vid. toll. l. 1. C. de his qui ven. ætat.*

Specialiter pluribus accipitur modis, & quidem 1. pro injustitia & iniquitate judicantis. *pr. J. h. t.* Is enim injuriâ dicitur affectus, adversus quem Prætor vel judex iniquam legibusque contrariam tulit sententiam. *l. 1. pr. ff. de*

ff. de injur. l. 5. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. pr. ff. de Evict. Sic judex excommunicando aliquem injustè, dicitur facere injuriam excommunicato. *Gemin. cons. 7. in pr.* Quantumvis enim, quod inique decernitur à judice, etiam jus dicitur. *l. penult. ff. de J. & J.* relatione scil. factâ, non ad id quod Prætor fecit, sed quod facere debuit, tum quoque cum noluit. *d. l. penult. l. 65. §. cum Prætor. ad Sc. Trebell. Dn. Frantzk. p. m. Exerc. 1. quæst. 1. n. 5.* alter tamen nihil ominus injuriam patitur, quæ abusivè jus dicitur. *arg. l. 1. §. 1. & l. 3. pr. ff. quod quisque jur. in alt.*

2. Pro dolo & culpa, & hoc sensu dicitur damnum injuria datum. *d. pr. J. h. t. item tot. tit. J. de Leg. Aquil. l. 5. pr. §. 7. l. 41 in fin. ff. eod.*

3. Pro ignominia & contumelia, quæ pro fundamento contemptum agnoscit, adeoque hic requiritur dolus & propositum convitiandi & nocendi. Injuria enim hæc non potest dici commissa, nisi profecta sit à consilio. *Bald. cons. 443. in fin. lib. 4. cons. 277. n. 2. lib. 5. Gemin. cons. 7. n. 3. in pr. Alex. cons. 209. n. 12. lib. 6. Arist. 5. Ethic. cap. 9. Senec. 2. de Ira. Theodor. in colleg. crim. lib. 2. c. 12. Lit. A.* estque ignominia tale damnum, ex quo, non secus ac corporis imminutione viro bono justus consurgit dolor. *l. 8. C. de Decur. lib. 10. l. 11. §. fin. de Pœn. l. 26. Si quis omiss. caus. Testam.* inferens vero nihil commodi inde percipit, sed voluptatem, quâ affectibus suis satisfacit, pro lucro reputat. *Arist. 1. Rhetor. cap. 6. Horn. in Phil. moral.*

Quandoquidem verò quis duobus modis contempui est obnoxius, cum re, tum verbis, hinc etiam duplex oritur ignominia: Realis. *§. 1. J. h. t. l. 15. §. 38. ff. eod. Ant. Matth. tr. de crim. Tit. de injur. c. 1. n. 1. Petr. Theodor. colleg. crim.*

crim. lib. 2. c. 16. Lit. B. & Verbalis. *d.* §. *1. J. h. t. l. 15. §. generali. 27. ff. eod. Gail. 2. obs. 104.* Utraque verò injuria tam realis quam verbalis, quot modis fiat, item quænam atrox aut levis sit censenda, quibus pœnis coërceatur, aliaque huc spectantia, vide sis passim ap. *Dd.* inprimis autem *Magnif. Dn. Præs. in centur. regular. jur. reg. 2. Decisſ. part. 1. Decis. 21. & 55. n. 20. & 22.* & latissime *in Consiliis. Dn. Habn. in observ. ad Wesemb. h. t. Dn. D. Struv. ibid.*

Occasione hujus Q. utrum Sacerdos, è suggestu publico vel alibi locorum in alterius contumeliam aut odium privatum, verba injuriosa evomens, teneatur injuriarum? *Quod Aff.* motus textu generali *in l. 15.* §. *2. & 5. ff. de injur.* Imo si magistratus, tale quid committens injuriarum conveniri potest. *l. 32. ff. eod.* tantò magis sacris officiis addictus hac actione tenetur. Facit *Recess. Imp. Augustan. de Anno. 1530.* §. **und haben wir.** *ibi:* **Dazu stumpfierens/ schmähens und lästerns enthalten.** Adeò ut non immunes sint à palinodia tam publica quàm privata, aliisque gravissimis pœnis, prout responsum à JCtis Helmstad. refert *Dn. Habn. in obs. ad Wesemb. h. t. n. 4.* Imò ejusmodi delictum in talibus personis etiam incurrere pœnam remotionis ab officio, tradit *Reinking. de reg. sec. & ecclesiast. Class. 2. cap. 2. n. 789. & seqq.*

32. Instanter.

Idem est quod perseveranter, sedulò, ejusque usus præprimis conspicuus est in appellationibus. Quando enim alterutra litigantium pars, sententiâ judicis inferioris gravata, superiorem adit, ab illo petendi sunt apostoli,

ſtoli, ſive literæ dimiſſoriæ. Germ. Abſcheids-Briefe quibus cauſa ab inferiori judicio ad ſuperius & ſublimius tribunal dimittitur; Hique apoſtoli ob varium effectum, varia ſortiuntur nomina. Judex enim per literas dimiſſorias interpoſitæ appellationi vel defert, & vocantur apoſtoli dimiſſorii & reverentiales; vel renuit, & appellantur apoſtoli refutatorii. *Brederod. p. 2. Tom. 4. fol. 91. & ſeqq. Cam. Borell. tom. 2. Tit. 32. n. 951. & ſeqq.* Hi apoſtoli non ſunt ſimpliciter petendi, ſed inſtanter. *l. unic. §. 2. ff. de Libell. Dimiſſ.* unde hâc formulâ petitio inſtitui & concipi ſolet: Inſtanter, Inſtantius, Inſtantisſimè. *Scotan. Exam. jurid. h. t.*

Hæc tamen petendorum apoſtolorum neceſſitas hodie in uſu eſſe deſiit & impunè omitti poteſt. *vid. ord. Cameral. p. 2. tit. 30. & tit. 31. pr. Concept* verbeſſ. Cammer-ger. Ordnung *p. 2. tit. 33. Mynſing. lib. 3. obſ. 22. n. 4. & lib. 4. obſ. 36. Gail. 1. obſ. 139. n. 15. Brederod. p. 2. fol. 81. add. Rosbach. proceſſ. Civ. Tit. 74. n. 4. & ſeqq.*

33. Inſtar.

Hæc dictio quidem nomen eſt, ſed plurimum tanquam adverbium uſurpatur, & in jure noſtro comparationem & aſſimilationem ſive ſimilitudinem notat. *l. 7. §. 2. ff. de publ. in rem. act. Bald. in l. 1. C. de patrib. qui fil. diſt. Luc. de Penn. in l. 2. C. de jur. fiſc. lib. 10. & in l. ſemel. C. de re militar. l. 16. pr. ff. de Pœn.* ubi dicitur: Sceleris inſtar eſſe alios delinquentes juvare *add. l. 21. §. 3. ff. de oper. nov. nunc.* eodem ſenſu de retorſione prædicatur, quod ſit inſtar defenſionis, i. e. Idem de retorſione quod de legitima defenſione ſtatuendum, explicante hoc ita

Magnif.Dn.Præſ.in ſæpius alleg.Deciſ.part.2.Deciſ.92.n.6.7.8.

Sic arbitria inſtar judiciorum redacta ſunt. *l.1. ff. de recept.* h. e. Sicut judicia ad dirimendas lites introducta ſunt, ita & ad eundem finem tendunt arbitria. *vid. Magnif. Dn. Præſes in conſ. part.6. conſ. 3.n.20.* iisdemq; partibus conſtant. 1. enim arbiter & judex conveniunt circa ingreſſum judicii, quia coram utroque libellus rite conceptus offerendus eſt. *Auth. offeratur. C. de Litis conteſt. & l. penult. C. de recept arbitr.* 2. In medio, nam uti coram judice, lite conteſtatâ, probationibus opus eſt, ita eædem deſiderantur à partibus coram arbitro litigantibus. *d. l. penult. C. de recept. arb.* 3. in fine ratione ſententiæ ferendæ. *l. 21. ff. de recept.* Item tempora & intervalla ſolutionis, quæ conceduntur condemnatis à judice, indulgentur etiam ab arbitris. *l. 21. §. fin. ubi gloſſ. in verb. modicum. ff. de recept.*

Nonnunquam exprimitur hæc dictio Inſtar, per voc. ad exemplum. Sic *in l. 15. ff. de mort. cauſ. don.* dicitur: mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum revocatas eſſe, quod in *§. 1. J. de Donat.* repetitur. Nihil autem differentiæ hic intercedere, evidenter patet ex *l. 17. ff. de mort. cauſ. donat.* ubi hæc expreſſa habentur verba: Donationes mortis cauſa factæ legatorum inſtar obtinent.

Licet autem adverbium hoc, ceu ex dictis patet, inducat ſimilitudinem, non tamen per omnia aſſimilat. *Döring. in Bibliothec. JCtorum dict. hac.* Hinc, utut arbiter & judex quoad proceſſum in quamplurimis conveniant, in nonnullis tamen etiam differunt. 1. enim ab arbitrorum ſententia non conceditur apellatio *l. 27. §. 2.*

ff. h.

ff.h.t. (interim reductionis licentiam ad arbitrium boni viri, in hujus locum usu invaluisse, testis est *Gail. 1. obs. 49. & seqq.*) 2. Arbitris non competit jus mulctæ dicendæ. *l.2.§.fin.ff.de Jud.l.131.§.1.ff.de V.S.ibiq; Dn.Wegner.n.789.& seqq.* Plures casus, in quibus judiciũ ab arbitrio discrepat, tradit *Bart. de Arbit. Dn. Wissenb. h. t. Besold. Thes. Pract. voc.* **Obmann.** *Gilb. in arb. jud. Civ. part.3.c.1.§.9. & seqq.*

Quemadmodum vero in quamplurimis materiis juris nostri hoc adverbium nostrum efficax est, ita præprimis vires suas in interpretatione privilegiorum exserit. Hæc enim si conceduntur alicui, instar alterius, non minus hoc operatur, ac si privilegiato omnia & singula alterius privilegia sigillatim ac specificè indulta, & in facta concessione seriatim narrata fuissent. Relatum enim dicitur esse in referente, *arg.l.77.ff.de hered. Instit. ibique Gothofred. lit. D. l.38. ff. de Condit. & Demonstr.* Quod multo fortius adhuc procedit, quando in hujusmodi concessionibus ad instar, apponuntur verba aliqua universalia, ita ut nullum prorsus excludatur privilegium, veluti, si concedantur ita: In omnibus & per omnia. *Horat. Mandos. Tom. 18. quæst. 4.n.7. & 8.*

Sed hic Qu. 1. An concessio privilegiorum ad instar, aliquid operetur, si non constet de privilegiis, ad quæ fit relatio? Resp. Disting. Aut enim hujusmodi concessio fit generaliter de privilegiis alteri concessis minimeque specificatis, & hoc casu certum est, concessionem generalem adinstar nihil operari, nisi constet de privilegiis ad quæ fit relatio. *gl. in c. contra morem. distinct. 100.* Aut vero hæ concessiones fiunt specialiter de aliquibus privilegiis, quorum tenor sigillatim specificatur, addita

clauſulâ prout talis habet,ſeu inſtar talis, & hoc caſu, licet referant ſe ad privilegia alteri conceſſa,de quibus nihil conſtat, tamen operantur. *Dec. conſ. 152. in cauſa exemptionis ante fin. verſ. non obſtat. Curt. jun. Conſil. 97. n. 3. Roman. conſ. 336. n. 2. Jaſon. in l. 3. ff. de jurejur. n. 30. & in Auth. Si quis in aliquo. C. de edend. nu. penult. Speculat. Tit. de Inſtrum. edit. §. nunc autem.*

Q. 2. An confirmatis privilegiis alicujus, intelligantur etiam confirmata privilegia illius inſtar alteri conceſſa? ℞. iterum diſtinguendo, inter confirmationem factam in forma communi, & inter eam, quæ dicitur ex certa ſcientia. Priori caſu negativè reſpondemus. Quemadmodum enim per revocationem privilegiorum alicujus, non cenſentur revocata privilegia ad ejus inſtar conceſſa, per ea, quæ tradit *Bald. in l. 35. C. de Epiſc. & Cler. & in l. 5. C. de Advocat. divers. judic.* Ita per confirmationem privilegiorum alicujus, non debent cenſeri confirmata privilegia ejus inſtar conceſſa. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina & pariformis ratio. *l. 1. ff. de his qui ſui vel. alien. jur. pr. J. eod. l. penult. ff. qui ſatisd. cog.* Poſteriori caſu ſubdiſtinguo: Aut princeps privilegiato ad inſtar conceſſit alterius privilegia præſentia tantùm, aut præſentia & futura ſimul; primo caſu privilegia non intelliguntur confirmata: Cum privilegia non facile extendantur, ſed potius reſtringantur. *Schrader. de feud. p. 10. ſect. ult. n. 180. Enenkel. de Privileg. lib. 2. c. 4. n. 2. & ſeqq.* Secundo caſu non dubitandum, quin confirmatis alicujus privilegiis ex certa ſcientia, etiam privilegia ad inſtar confirmata cenſeantur *vid Bart. ad l. 5. ff. de jurisd.*

Q. 3.

Q. 3. An privilegiatus ad instar contra æque privilegiatum, privilegio suò uti possit? Neg. *vid. Bart. & Dd. in Auth. quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccles. vid. Dec. cons. 221. n. 6.*

Q. 4. Utrum privilegia, quæ nemini nocent & petenti proficiunt, contra jus tamen sunt impetrata, valeant? Quod itidem neg. cum laudato Dno. *Præside in Cent. reg. Jur. Reg. 87. n. 3.*

34. Insuper.

Adverbium hocce vel absolutè, citra aliquam adjectionem in jure nostro occurrit, vel cum apposito. Absolutè positum, 1. Vim habet continuandi. *Glos. ad Tit. de Collat. §. insuper. & Gloss. ad text. in cap. statutum. §. Insuper. de Rescript.*

2. Accipitur pro ultra sive præterea. *Rebuff. super concor. Tit. de Collat. §. 1. in verb. Insuper. Möller. ad Constit. Elect. Saxon. 42. part. 4. n. 5.*

3. Implicat præcedentia, ceu notat Aretin. *ad. l. 2. C.* de in jus voc. ubi dicitur: patronum seu patronam eorumque parentes & liberos heredes insuper veniâ non petitâ, vocare minime licitum est.

4. Nonnunquam idem est, ac sicut. *vid. Horat. Mandos. in explicat. privil. à Pio IV. Soc. Jes. mend. concess. n. 9.*

5. Occurrit *in l. 20. pr. ff. de Instruct. vel instrum. Leg.* & exponitur ibi *per Cujac. 1. Obs. 27. Hotom. 1. amic. 27. & Anton. Fab. 1. Conject. 7.* ut idem denotet, quod instructum, quam tamen explicationem reprobat *Ræeard. 3. Var. 3.* asserens, insuper legatum, interpretandum esse, præceptione, quia ultra portionem hereditariam fundus

Sejæ heredi ſuper & ſalvus eſt. *Hillig. in Donell. Enucl. lib. 8. c. 19. p. 669.*

6. Accipitur pro præcipuè *text. eſt in c. cum acceſſiſſent. de Conſtitution. add. Mandoſ. dict. loc.*

7. Ponitur nonnunquam inter diverſa. *Gemin. in conſ. 44. n. 4. Döring. in Biblioth. JCtor. hâc dict.*

Cum appoſito adverbium noſtrum aliam naturam induit. Sic inſuper habere, denotat negligere, omittere, in quo ſignificatu ſæpius in legibus Romanis occurrit; hoc ſenſu dicitur *in l. 17. ff. de his quæ ut indign. auff.* Heredem, qui ſciens vindictam defuncti inſuper habuit, fructus omnes reſtituere cogendum. *add. l. 43. ff. de religioſ. & ſumpt. l. 2. C. Si omiſſ. ſit cauſ. Teſtam. Cujac. 3. Obſ. 22.*

35. Integrè.

Reſpondet adverbb. purè, ſincerè, incorruptè. Hoc ſenſu dicitur opinio & exiſtimatio hominis integra. *Cothm. in conſ. Vol. 1. Reſp. 7. n. 8.* Alias, in totum, plenariè, & importat totum ſine diminutione. Illud enim dicitur integrum, quod omnibus ſuis partibus conſtat, nihil ad ſui perfectionem deſiderans, ſive quod ad ſui perfectionem partes integrantes non requirit. Hinc diſtinctio inter totum eſſentiale & integrale, de qua diſtinct. vid. Metaphyſici. Poſterior ſignificatio, quæ importat totum citra aliquam deminutionem, occurrit *in l. Decem. 6. ff. de fideicommiſſ. libert.* ubi teſtator qui integrum legatum ſolvere jubet, apertè detrahi vetat Falcidiam. *vid. Dn. Gothofr. ad hanc leg. Lit. M. Alex. conſ. 141. Vol. 2.*

Ita ſi alicubi ſtatutum vigeret, ut defunctâ muliere ſine

fine liberis, dimidium dotis ad parentes reverti debeat, maritus vero dotem accipiens promittat, ſe à morte uxoris integrè eam reſtituturum, promiſiſſe videtur, ſe eam totam, citra aliquam diminutionem reſtituere velle, adeoque in tantum ſibi præjudicat maritus, ut etiam ab ea parte, quam cæteroquin vi ſtatutarii juris, lucrari poterat, excludatur. *vid. Dec. in cap. fin. n. 6. Hippol. de Marſil. ſing. 687. verb. Integre n. 1. & 2.*

Alio ſenſu accipitur, quando dicimus, rem non amplius eſſe, vel adhuc eſſe integram. Dicitur enim res integra, ſi vel contractus nondum implementum acceperit, v. g. Si vel pretium nondum ſit numeratum, aut res nondum tradita, vel etiam ſi poſt implementum factum omnia in integrum fuerint reſtituta, pretium videlicet redditum, aut res reſtituta. *Dn. Tabor. partit. element. part. 3. Sect. 1. in ἐκθ.* Multis autem modis res dici poteſt integra. e. g. in contractu mandati, mandans mandatum revocare poteſt, re integrâ, quando ſcil. mandatum nondum cœptum eſt quoad præparamenta, ſubſtantialia intrinſeca & neceſſaria, veluti, mandavi Titio, ut conficiat mihi veſtem, quamdiu pannum aliaque neceſſaria nondum comparavit, res dicitur integra. *Dd. in l. 15. ff. mand. Paul. de Caſtr. in l. penult. ff. de Solut.* Hæc in negotiis extrajudicialibus obtinent. Alio autem modo in judicialibus actibus Res dicitur integra: Quando enim Procurator cõſtituitur ad judicium, tunc ante litem conteſtatam res adhuc eſt integra, adeò ut mandans mandatum, etiam nullà interveniente legitima cauſa, revocare poſſit. *text. eſt in l. 16. ff. de Procurat.*

Poſt litem verò conteſtatam Res integra eſſe definit,

nit, tum enim procurator est factus dominus litis, indeque nisi accesserit prægnans aliqua causa, revocari mandatum nequit. *l. post litem 17. §. 18. 19. & seqq. ff. de Procur. Bald. in l. mandatum. C. mandat. Bart. in l. More. ff. de jurisd. omn. jud.*

Res autem integra admittit multa, quæ re non intagra haut conceduntur. Sic in contractibus innominatis re integra pœnitere licet. *l. 5. pr. ff. de Condict. caus. dat. Clud. tr. de Condict. Indeb. c. 5. n. 6.* Quando enim à neutra parte implementum est secutum, nemo obligatur, sed in utriusque arbitro positum est, utrum factæ conventioni stare, an ab ea recedere velit; quod si illud eligat, necessum est, interveniat à sua parte implementum, ex quo obligatio in his contractibus initium sumere dicitur *in l. 1. §. 2. ff. de rer. permut.* nam tunc demum validè alterum potest convenire, cum res desierit esse integra, adeoque pœnitentia excludatur, *per l. 5. pr. ff. de Condict. caus. dat. Magnif. Dn. Præses in cons. part. 4. cons. 21. n. 9.* Quin imò is, qui pro sua parte contractui satisfecit, adimplemendo id, quod in eum erat deductum, antequam alter ad impleat, ad pœnitentiam adhuc confugere & condictionem causa data causa non secuta instituere potest, ut ut res desierit esse integra. *l. 4. & 5. C. h. t. Scotan. Exam. jurid. ad Tit. de rer. permut. Hartm. Pist. Obs. 167.* Quod aliter se habet in contractibus nominatis, in quibus nec re integra pœnitentiæ locus est; hic enim obtinet *reg. vulg. in. l. 5. C. de Oblig. & Act.* Contractus ab initio esse voluntatis &c. v. g. Si vendo tibi fundum, solo consensu perficitur iste contractus, nec mihi, te invito licet pœnitere atque à contractu resilire, etiam

iam ante solutum pretium, sed nihilominus tibi obstrictus sum ad tradendum fundum, nec interesse præstando juvor, modo facultas tradendi mihi non denegetur. *l.1. & 11. ff. de Act. empt.* & licet ego tibi tradiderim fundum, & numeratio pretii mihi nondum fuerit facta, inde tamen agere contra te nequeo ad rescisionem contractus, sed ut à tua quoque parte impleatur, quod in eum deductum est, pœnitentiâ, quæ in contractibus innominatis locum habet hoc casu, prorsus cessante. *l. Incivile. 12. C. de R. V. Jason. in l. 5. ff. de Condict. caus. dat. n. 5. l. 2. §. Si vero. C. quand. lic. ab empt. reced. Mozz. de contr. Tit. de empt. & vend. rubr. de Accidental. n. 11.*

Occasione hujus. Q. 1. Utrum conventio, quâ partes, inter quas negotium aliquod geritur, contractui certam pecuniæ summam, in pœnæ vicem, germ. Reukauf statim ab initio adjiciunt, ita ut si quis contrahentium pœnitens à contractu recesserit, pœnam hanc adpositam alteri solvere debeat, licita sit censenda? Affirm. Hæc enim conventio non solum bonis moribus & juri communi est congrua. *arg. l. 1. pr. ff. de Constit. pecun. l. 7. §. 15. ff. de Pact.* Sed & fortius contrahentes ad servandum contractum adstringit, ut effectum suum tantò facilius sortiatur. *vid. Berlich. Decis. 43. n. 1. 2. & seqq. & Decis. 46. in fin. Hartm. Pist. Obs. 8. n. 6.*

Q. 2. An in delictis perpetratis locus sit pœnitentiæ, ita ut pœnitens excusetur, atque ita coërcitioni eximatur? Neg. Cum nemo pœnitentiâ suâ nocens esse desinat. *l. 17. §. 1. ff. de ædil. edict. l. 65. in fin. ff. de furt.* Longè verò diversam delictorum esse rationem à contractibus, pro more suo accuratè pluribus demonstrat *Magnif. Dn.*

Præses. in Decis. part. 1. n. 66. & 67. Bald. in l. si quis non. C. de Episc. & Cler. Hippol. de Marsil. in l. qui falsam monetam. C. ad leg. Corn. de fals. n. 3.

Q. 3. Utrum in contractu matrimoniali, qui vinculo consensus legitimo modo semel celebratus est, ante factam ejus consummationem, alterutra, vel etiam utraque pars pœnitens à matrimonio semel inito recedere queat. Neg. *vid.* **Fürstl. Br. Lüneburg. Kirchen-Ordnung**, *c. 14. §. fin. Johan. Köppen lib. 1. Obs. 36. n. 12. 13. 14.* Præjudicia hanc in rem facientia suppeditat magno numero sæpius *laud. Dn. Præs. in Decis. part. 1. Decis. 8. n. 12. & seqq.* ubi etiam addit, quod nec autoritas magistratus hic quidquam operari possit.

36. Interdum.

Hoc adverb. coincidit cum dictionibus, nonnunquam, aliquando, sine temporis præfinitione. *Alb. de Perg. tr. de Præpos. n. 140.* arguens regulam esse in contrarium. *post Andr. ab Exea de Pact. coll. 2. in med. n. 534. Döring. in Bibliothec. JCtorum. hac dict.* Exprimitur alias per vocem rarò, hinc dicitur *in l. 2. 3. & 4. ff. de LL.* jura desumi & applicari illis, quæ frequenter accidunt, & casus, qui rarò sive interdum tantùm se offerunt, præteriri. Quare autem lex id sumat, quod ut plurimum fit, legesq; generaliter, simpliciter atque ut plerumque se res habet, proponantur, relictis iis, quæ interdum tantùm contingunt. conf. magni nominis *JCtos, Dn. Hahn. in Obs. ad Wesemb. Tit. de LL. & Dn. Struv. Syntagm. Juris Civ. Exerc. 1. Th. 4. 5. & seqq.*

37. Interim.

Idem denotat, quod interea, tantisper, hoc interim ſpatio, & ita occurrit *in l. 36. ff. de Noxal. act.* ubi dicitur: Si à minore 25. annis quis emerit, vel in fraudem creditorum ſciens, quamvis aufferri iis dominium poſſit, interim tamen conveniendi ſunt. *add. l. 12. circa fin. ff. de Evict.* eodem modo accipitur *in Inſtrum. Pac. Cæſ. Gall. §. Quod ſi vero contigerit, lineam Guilhelmianam, &c.*

2. Significat, quamdiu nolit. *l. 41. §. 13.* ubi dicitur, quod heres ſcriptus rogatus, cum volet alii reſtituere hereditatem, interim non ſit compellendus.

3. Denotat tempus, quod à litis conteſtatione computatur. *l. 91. §. fin. ff. de leg. 1.* ubi hoc adverbium bis repetitur *verb.* Sicut fructus fundorum, interim percepti, in judicium (factâ videl. litis conteſtatione) deducuntur, ita, quod ſervo legatorum, vel hereditatis nomine interim obvenerit, præſtandum eſt petitori.

4. Pendente conditione, vel die, ante cujus adventum, nihil poteſt peti, quando dies quidem ceſſit, ſed non venit. *l. 213. ff. de V. S. l. 46. ff. fam. herciſc. l. 22. ff. mand. l. 13. §. 5. ff. de pignor. l. 10. ff. de Adſign. Libert. l. 36. in fin. ff. ad Leg. Falcid.*

5. In materia poſtliminii importat, quamdiu apud hoſtes captivus adhuc detinetur. *l. 6. §. 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſes. eat. Socin. Regul. 50. fallent. 8.*

6. Denotat momentum illud temporis, quo quæſtio in judicio quidem habita, ſed nondum abſoluta, reusque nondum condemnatus eſt, *l. 8. ff. de Leg. Pomp. de Parricid.* Ita ſententiæ, à qua provocatio facta, executio ſuſpenditur, usque dum in ſecunda inſtantia aliud fuerit pro-

nunciatum; lite vero pendente, interim nihil innovandum. *Scotan. exam. jurid. ad Tit. Nihil innov. appell.* quod si verò appellans, interim, quid innovaverit vel attentaverit, indignus est beneficio appellationis, & judex à quo contra ipsum procedit, ac si non esset appellatum. *cap. an sit deferendum 42. X. de Appellat.*

7. Possessorium momentaneum, sive summariissimum cum securitatem tantum præstet possidenti, interim sive quousque in ordinario possessorio contrarium non fuerit deductum, & per hoc demum possessio certior fiat. *Magnif. Dn. Cancellar. Stuck. p. m. Disput. de Possessor. Momentan. Th. 123.* quod remedium *Budæo in l. 2. de O. J.* Vindiciarum præjudicium, aliis vindiciæ vindiciarum, vindiciæ temporariæ, processus informativus. Gallis & Belgis remedium provisionale, Hispanis, Interim dicitur. *vid. Capyc. Decis. 55. in fin. & Decis. 189. n. 11. add. Besold. Thes. pract. voc. Interims-*Mittel. Sic induciæ, quæ sunt cessatio ab actibus bellicis, suspendunt interim omnem hostilitatem, donec tempus conventum fuerit effluxũ, nisi forsan facto alterius ruptæ desinant; In hunc sensum Heinsius differit de Hispanorum utilitate ex induciis: Vix est dubium, inquit, quinc hìc refectæ, ibi interim, dissensione sua, aut suspicione principum distractæ vires, &c. *add. Dn. Johan. Strauch. Diss. de Induciis. Th. 7. & seqq. Grot. de J. B. & P. lib. 3. cap. 21. per tot.*

8. Refertur etiam ad numismata. Tempore enim extremæ necessitatis, quo nou suppetit ejusmodi rara materia, quæ ubivis æstimatur & in pretio est, princeps vel alius majestate gaudens, Interim aliud quid in probæ monetæ locum substituere valoremque imponere potest,

test, & vocatur hujus generis moneta, Interims-Geld. Ita *Camerar. in lib. de vet. monet. Græcor. & Latinor. scribit.* Käyser Fridericus, als es ihm in seinem Lager an Gelde mangelte / ließ er kleine silberne Spitzen in Leder einschlagen und dasselbe an statt Geldes austheilen / mit gewisser Zusage/daß er es mit ehester Gelegenheit mit Gold und silberner Müntze wieder auslösen wolte.

9. Nomine hoc ominoso famosa est illa superiori seculo *Anno 1548.* Augustæ Vindelicorum in puncto religionis à Carolo V. Imperatore publicata declaratio; quam interim appellarunt. Hanc declarationem Protestantibus obtrudere quidem conabatur Imperator, ut in causis religionis interim & usque dum ad finem perductum fuisset concilium, quod liberè Pontificis autoritate inchoatum, Tridenti jactabundi asserebant. Ast orthodoxæ religioni addicti interque eos præcipuè Argentoratenses, adversus hoc Interim, sive Decretum Interimisticum, uti vocatur ab *Arum. Vol. 2. Discurs. 10.* vel Interimisticum sine adjectione, *vid. Instrum. Pac. Cæs. Gall. §. contra hanc Transactionem. pag. 42.* protestatione interpositâ efficiebant, quò minus plenariam observantiam consequeretur. Et ita sublatū est per pacificationem Passaviensem. De quo Beza dixit, si interim bonum, cur non semper bonum: si interim malum, cur non usquam malum. Usque enim adeò exosum erat Interim, ut rustici Porussiæ tabellarium quendam, psittacum ferentem, unà cum psittaco, occiderint, persuasi psittacum esse famosum illud INTERIM, adeoque è medio tollendum. vid. prolixè hac de re *Sleid. de Stat. relig. lib. 21. & 22. Recess. Imp. de Anno 1551.* §. und wir in keinem Zweifel gestellet.

Capita ejus ex *Recess. Imp. ac Anno. 1555.* peti possunt; quæ cum essent maximè periculosa sub larvâ quadam libertatem omnem Germaniæ subvertentia, in proverbium abiit:

Hüte dich für dem Interim,
Es steckt ein Schalck hinter ihm.

38. Inviolabiliter.

Hæc dictio occurrit in *Auth. Sacramenta puberum. C. Si advers. vendit.* magnamque ejus esse vim ac potestatem docet *Ernest. Cothm. in cons. Vol. 2. Resp. 53. n. 228.* & denotat alias, incorruptè, illæsè, integrè, sanctè. Sanctum autem juxta Marcianum in *l. 8. ff. de rer. divis.* est, quod ab injuria hominum defensum est; hinc etiam legati dicuntur sancti sive inviolabiles, quod eos violare nefas sit, & adversetur religioni omnium gentium *c. jus Gentium. 9. distinct. 1. Reinking. de Reg. Sec. & Ecclesiast. lib. 2. Class. 2. n. 106. Schneidvv. ad Tit. J. de J. N. G. & C. rubric. quinam sint effectus juris gent.* Violare enim legatos non tantum injustum esse, sed & impium, omnium confessione Philippus in quadam ad Athenienses epistola ait; eo quod arbitrarentur, jus legatorum cùm hominum præsidio munitum, tum etiam divino jure vallatum. *Cic. de Harusp. respons.* Nec interest utrum legati sint hostium vel amicorum, utrique enim hoc jure ininviolabilitatis gaudent, *per. l. fin. ff. de Legat. Dn. Wissenb. ad Tit. ff. de Legat.*

Mirum autem non est, violationem legatorum fomentum exstitisse quam plurimorum bellorum, multasque Respublicas eam ob rem funditus exscissas; cum fi-

ctione quadam repræsentent personam mittentis adeoque injuria & offensa, quæ illis infertur, in principalem tanquam mittentem redundet. *§. 2. J. de Injur. arg. l. 18. §. final. & arg. l. 30. ff. eod.* Quo spectat illud. *Cic. Phil. 8.* Senatus faciem secum attulerat, auctoritatem Reipublicæ. & *Guicciard.* vocat eos oculos & aures Rerump. *lib. 5. Histor.* Plura huc spectantia *vid. ap. Dn. Conring. Disp. de legat. Kirchner. sing. tr. de Legat.* inprimis verò *Dn. Strauch. in Exercit. Exoter. Dissert. 7. & Grot. de jure B. & P. lib. 2. c. 8. per tot.* ubi quatenus legati inviolabiles censendi, ex principiis juris Nat. & Gent. solidè deducit.

Aliter adhuc adverb. hoc usurpatur, & significat sine corruptione tam ad agendum quam excipiendum, per. *c. 1. X. de eo qui mitt. in poss. Döring. in Bibiothec. JCtorum hac. voc.*

39. Ita.

1. Adverb. hoc nonnunquam est similitudinis, & tunc idem est, quod, hoc modo, perinde. *l. ædificia & l. nepos proculo. ff. de V. S. l. triplici. l. inter illam. l. si ita. ff. eod.*

2. Affirmandi vim habet & significat certè. *gloss. in l. juliæ. ff. de Condit. & demonst. Alb. de Perg. tr. de Præpos.*

3. Conditionem importat, & ita intelligenda *l. 17. §. 3. ff. commodat. junct. l. 25. §. Sicut. ff. eod.*

4. Significat modum. l. *quibus diebus. §. fin. ibique Bart. ff. de Condit. & Demonstr. add. Cons. Argentor. Vol. 2. Cons. 17. n. 9. Bertachin. in repert. jur. hac dict. Speidel. in Not. Jurid. Histor.*

40. Ita ut.

1. Qualificata est hæc dictio, dispositioni præcedenti conditionem apponens, per *text. & ibi not. gloss. in c. significante. de Præbend. Socin. in cons. 49. Vol. 1. n. 2.*

2. Declarationem & taxationem involvit, & non tam extendit, quàm restringit antecedentia dispositionis verba. *l. 17. §. 2. & l. 44. in fin. ff. de manum. testam. l. qui aliena. §. liberto. ff. de neg. gest. l. Lucius. §. qui habebat ff. ad Sc. Trebell. l. Gallus. §. Idem credendum. in fin. de lib. & posthum. Riminald. cons. 263. n. 40. & cons. 313. n. 29. Socin. cons. 141. Vol. 1. Colum. penult. Cravett. cons. 201. Vol. 1. n. 31.*

3. Nonnunquam relativa est, retentis terminis præcedentibus. *Surd. lib. 3. cons. 315. n. 29. Alciat. cons. 492. n. 17. Ruin. cons. 18. n. 11. Paris. cons. 70. Vol. 2. n. 47.*

41. Item.

Duos potissimum admittit significatus, inducens, 1. vel repetitionem, vel 2. continuationem. *Bart. in l. Item in potestate ff. de jur. person. n. 1. & in l. repetendis. ff. de legat. 3. Franc. de Aret. in l. Obligatio. ff. mandat. n. 1. Alciat. in l. 2. §. & harum. ff. de V. Obl. n. 25. §. Item lapilli. J. de rer. divis. ibique Ang.*

Tum autem continuativum est, quando novâ oratione perfectâ præcedentibus additur. *l. qui vinum. §. cui. ff. de Trit. Vin. ol. leg. l. Item apud Labeonem. pr. ff. de injur. l. fin. ff. ad Municip. §. Item. 6. & 11. J. de Act. Bart. in l. 1. ff. de Publican. n. 1. l. 20. pr. & §. 3. ff. de petit. hered. l. 49. ff. de Leg. 3. l. 63. eod. ibique Gothofr. lit. Q. Bald. in l. fin. C. de Indict. viduit. toll. Döring. in Bibliothec. JCtorum. hac voc. Schneidw. ad §. Item Lapilli. J. de rer. divis.*

Repe-

Repetitionis nota est, quando per eam adjicitur nova oratio minus perfecta, quæ videlicet est defectiva ex parte suppositi vel appositi verbi, tunc enim defectus ille suppletur ex præcedentibus, & repetitur cum omnibus qualitatibus eorum, quæ antecedenti oratione continentur. per text. satis perspicuum *in l. 5. pr. ff. de appellat. l. Prætor ait. ff. de vi bon. rapt. add. Marius Antoninus lib. 2. Resol. 29. num. 13. Card. Tusch. pract. Conclus. Conclus. 303. Lit. D. Besold. Thes. Pract. hac. voc.*

42. Iterum, iteratè.

Illud ordinandi adverb. est, & exprimitur alias per voculas, rursus, sæpius, instanter. *c. si quis. 11. q. 3.* à quibus tamen accuratè loquendo differt, de quo consule *Böer. Decis. 131. n. 15.*

1. Autem idem importat quod bis, ceu apparet ex *l. 11. §. 18. ff. de leg. 3. l. 5. pr. de damn. infect. & l. 7. ff. de Fer.* ubi dicitur: Quod Imperator Divus Marcus non permiserit quidem plus semel dilationem instrumentorum alicui dari, sed utilitatis litigantium gratia, causâ cognitâ, Iterum, secundum moderamen locorum impertiri solere. Quod ipsum repetitur *in l. 15. pr. ff. de damn. infect.* Idemque expresse confirmatur *per l. 15. §. 1. ff. de reb. aut. jud. possid.* verb. leg. Utrum semel recognitio, dispunctio concedenda sit creditoribus, videamus, & ait Labeo: amplius quàm semel non concedendam: Si quis tamen interim juraverit, se non calumniæ causa postulare, iterum ei faciendam potestatem ait, nec amplius, quàm bis. Hinc, quando arbitro partes dant

poteſtatem prorogandi compromiſſum ſemel atque iterum, intelligitur illud pro duabus tantum vicibus, notante *Bald. & ex eo Bertachin. Repert. jur. part. 2. Lit. J. pag. p. 257. l. unic. C. Ne lic. in un. eademque cauſ. tert. prov. ubi dicitur:* Si quis iterum provocavit, non licet ei tertio appellatione uti. *& l. 15. §. utrum ſemel. unic.* expreſſe habetur, iterum, nec amplius, quàm bis.

Non autem præcisè pro tribus accipitur vicibus, prout exiſtimat *Alb. de Perg. dict. loc.* & poſt eum *Döring. in Bibliothec. JCtorum hâc voc.* impertinenter pro hac ſententia allegantes *l. 8. §. 3. C. de Hæret.* Quandoquidem citata lege de hac noſtra dictione, prout evolventi apparebit, nihil habetur.

2. Significat ſæpius, ſeu quoties opus erit, prout patet *ex l. 15. §. 1. in fin. ff. de edend.* & denotat tempus demonſtrativum reſpiciens ſimul tempus præſens. *vid. Alb. de Perg. tr. de Præpos.*

Hoc ſenſu prohibetur iterata baptizatio. *tot. tit. C. Ne Sanct. Baptiſm. iter.* Quod non de ſecunda aut tertiâ tantum, ſed quarta, quinta, vel ulteriori etiam, exaudiendum. Pœnæ autem, quibus ſubjacent, qui plus unâ vice baptizari ſe patiuntur, jure noviſſ. conſtitutæ, peti poſſunt *ex Receſſ. Imp. de Anno 1529. §.* Nach dem. *& Receſſ. Imp. de Anno 1544. §.* Nachdem. Idem *de Anno 1551. §. eod. Add.* Peinliche Halßgerichts-Ordnung *Caroli. V. Artic. 60. & 62.* ubi dicitur: Furem infra ſummam ſive pretium quinque aureorum Ungaricorum auferentem, laquei pœnâ non ſtatim affici, ſed tum demum, quando furtum iterum eſt commisſum. Hic vox iterum, non

in

in primo, ſecundo aut tertio actu ſubſiſtit, ſed latius adhuc ſe extendit.

3. Ita interpretandum eſt, ut tempus præteritum conjungat cum futuro. *Schvvanman. in Deciſ. deciſ. 10. num. 54. & ſeqq. Beſold. Theſ. Pract. voc.* Nochmals.

Quantumvis igitur propter multiplicem hujus Adverbii ſignificationem, judicis arbitrio relinquatur, ut, quot actus dictio hæc denotare debeat, pro materiæ diverſitate judicet ac ſtatuat, prout cenſet *Rebuff. ad l. 53. ff. de V. S.* frequentisſimè tamen & magis propriè actum geminatum eò indigitari ex quamplurimis jur. text. apparet.

Iterata autem ſive geminata ſimplicibus ſemper ſunt fortiora. *Dd. in l. Baliſta. ff. ad Sc. Trebell. Weſemb. conſ. 4. num. 30. Reinking. de Regim. Sec. & Eccles. lib. 3. Claſ. 1. cap. 10. num. 40.* cum duo vincula arctius ligent quam unum. *Novell. 84. in pr. Schneidvv. ad §. in perſonam. J. de Act. Rol. à Vall. conſ. 89. num. 43. Vol. 1. Tib. Decian. reſp. 9. num. 10. Vol. 1.* & ab enixa voluntate veraque ſcientia aliquid dictum vel factum arguitur. *Vult. in Conſ. Marp. Vol. 2. Conſ. 16. num. 73. & conſ. 26. num. 20. Vol. eod. Dec. conſ. 10. num. 5. & conſ. 23. num. 4.* Præſumitur enim, ex iteratione, enixa atque plena deliberatio, quæ omnem errorem excludit. *Vult. conſ. 8. num. 15. eod. Roman. conſ. 146. num. 9. Nicol. Everhard. in loc. legal. à vi Gemin. Tib. Decian. reſp. 57. num. 41. Vol. 1. & reſp. 2. num. 44. Vol. 2.*

Hinc. 1. ex pacto nudo iterato de eadem re inter-

polito oritur actio de jure civili. *Schneidvv. ad.d.* §. *J. de Act. l. 6. ff. de Pact. ibiq. Jason. aliique Dd.*

2. Mulier, quæ alias fidem pro alio ob Scti Macedoniani beneficium valide interponere nequit, per iteratam cautionem beneficiô suo excidit. *l. 22. C. ad SCtum Vell. Dn. Struv. syntagm. Juris Civilis Exerc. 21. Scotan. exam. jurid. h. t. Wissenb. ad Pand. h. t. n. 28. Dec. consf. 171. n. 5. Oldrad. consf. 153. in fin.*

3. Actus iteratus ex intervallo, seu quietatio geminata, removet aliquem à rescissione quietationis prætextu læsionis & deceptionis ultra dimidium, adeoque cessare facit *legem 2dam C. de Rescind. Vend. Magnif. Dn. Præses in Decis. part. 2. Decis. 99. n. 61. & 62.* ubi etiam in Scabinatu hoc ita pronunciatum refert. *verb.* weil angeregtes Benefic. *l. 2.* keinen mercklichen Abfall hat/wann ein Vertrag ex intervallo ratificirt und genehm gehalten etc. & paulò post: & quidem intra biduum repetita sive geminata scriptura efficax est, & majorem obtinet vim, quàm si voce facta fuerit geminatio, tradit *Vult. in consf. Marpurg. Vol. 1. consf. 28. n. 91. ubi plur. alleg.*

4. Iterata confessio extrajudicialis præjudicat, quæ alias minus foret præjudicialis. *Bart. in l. 22. C. de Agricol. & cens.* eademque confessio semel iterumque facta efficit, ut exceptio non numeratæ pecuniæ haut admittatur. *Cephal. consf. 40. n. 8. & seqq.*

5. Prohibitio duplex, legis & hominis, magis operatur quàm legis tantùm; & sic prohibitio alienationis fideicommissi expressa hominis concurrens cum prohibitione legis, alienationem reddit ipso jure nullam. *Dec. Consil. 386. per tot.*

6. Plu-

6. Plures conjecturæ & sic geminatæ, prout geminata indicia, sive præsumtiones & verisimilitudines, quæ singulæ non relevant, multiplicatæ, seu iteratæ plenè probant. *Card. Tusch. concl. pract. concl. 797. Lit. P.*

7. Mora geminata non purgatur, quæ alias fuisset purgabilis. *Cephal. cons. 25. num. 2. lib. 1. Cravett. cons. 346. num. 12. & seqq.*

8. Licet alias vulgatum sit, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis; iterata tamen renunciatio eandem vim habet, quam specialis, eosdemque producit effectus. *Paris. cons. 9. n. 20.*

9. Quin geminatum seu iteratum consensum tantum operari, quantum juramentum, tradit *post Felin. in c. postulasti in 4. col. de Rescript. sæpius laud. Dn. D. Præses dict. Decis. n. 59.*

Econtrario duplex defectus magis annullat actum quam simplex, ideoque utut donatio, excedens 500. solidos, insinuatione intermissâ, ratione summæ sive pretii excurrentis quidem sit nulla. *l. 27. l. 34. §. 3. & 4. l. 36. §. fin. C. de Donat. Peretz. ad Cod. ibid. num. 27. 28. & 29.* infra hanc vero satis valida; tamen ubi accesserit alius adhuc defectus, e. g. Si maritus uxori donet, tunc citra insinuationem legitimè factam, ea nullius prorsus est momenti, ita ut mulier ne teruncium quidem cum effectu petere & sperare queat: causa v. quare ejusmodi donatio ultra valorem dictorum 500. solidorum insinuationem desideret, ex principiis moralibus deducta, satis quidem alias plausibilis: quod videlicet illa sit actus li-

beralitatis indifferens, qui ex vitio & virtute pro diversitate circumstantiarum proficisci possit, indeque magistratui incumbat, prospicere, ne quis ultra modum liberalitatem exercendo, prodigalitatis incurrat vitium; eo ipso autem, dum donatio insinuetur, i. e. publico protocollo, uti vocant, inseratur, magistratus scire simul ac cognoscere posit, utrum donatio sit habenda rata. Nihilominus tamen haut abs re quis dixerit, veram rationem positam in actus reiteratione, quæ per insinuationem fit, mediante quâ declaratur constantia & perseverantia mentis testatoris. *Conf. Mozz. tr. de Contract. rub. de Donat. Col. 3. de Substantial. n. 6. 7. 8. & seqq.*

Qu. hic, 1. Utrum delictum, cujus nomine perpetrans primâ vice, condignam sustinuit animadversionem, iteratum, graviori pœnâ coërceatur? Aff. *per text. notabilem in l. 28. §. 3. ff. de Pœn. l. 1. ff. de jur. Patron. l. 8. §. 1. C. ad Leg. Jul. de Vi publ.* Hinc furto secunda vice commisso asperior pœna constituta est. *vid.* Peinliche Halßgerichts-Ordnung. *artic. 161. add. Dn. Hahn. ad Wesemb. Tit. de furt. num. 9.* De jure autem Saxon. reiterationis nulla habetur ratio, sed fur (nisi furtum sit modicum) pœna laquei afficitur. LandRecht *lib. 2. artic. 13. Dn. Carpz. prax. Crim. part. 2. q. 77. n. 10. & 11. Matth. Cöler. Decis. 154. n. 20.*

Qu. 2. Num delicta, quæ cursu temporis, seu præscriptione sunt abolita, cum novis ad aggravandam pœnam, cumulari posint? quod itidem Aff. *per l. 3. C. de Episc. audient.* ubi dicitur: Is merito gravius punitur, qui impunitatem veteris admissi, non emendationi, sed consuetudini potius deputaverit. *add. l. 15. §. fin. de Abolit. Crim.*

Crim. ibique Gothofr. lit. H. & Farinac. in pract. crim. lib. 1. Tit. 1. q. 10. num. 16.

43. Juratò.

Tam ortum, quam significatum sponte prodit, & est adverbium jurandi, & notat id, quod fit religiose & cum juramento. Quanta autem hujus sit vis in actibus, ubi intercedit, patet, quod quidem judicio sisti jurato promittat, ut olim viri Illustres. *l. 17. pr. C. de dignitat. L. XII.* & spectabiles. *l. 12. C. de prox. sacr. scrin.* Ita & adhuc hodie quidam ob paupertatem & ex necessitate admittuntur ad eam cautionem, qua de re vid. Dn. Struv. *Ex. V. Th. 24.* Quanquam qui jurato promisit judicio sisti, & ex concessa causa deserurit illud, pejerare non videatur. *l. ult. ff. qui satisd. cog.*

44. Justè.

Hoc Adverb. qualitatis respondet particulis, rectè, benè, legitimè, ita ut justè & legitimè ferè coincidant, de quo vid. Disputat. sequent. in ejus. expos. Sic justè procreati, passim, ex legitimo matrimonio nati, dicuntur; & justè appellat, qui legitimas rationes, appellationis à se interpositæ dare, indeque reformationem sententiæ, in priori instantia latæ, petere potest. Alias in jure nostro dicitur, juste possidere, h. e, cum titulo aliquo sive causa ad transferendum dominium habili, quales sunt, e. g. emtio, donatio, dotis constitutio, permutatio, transactio, &c. *l. 3. & seq. ff. de Public. l. 11. ff. de acquir. rer. dom. l. 22. §. 1. ff. de Noxal. Act.* & alibi Imperator, juste, inquit, possidet, qui autore prætore possidet. Econtrario

rio injustè possidet, qui vel plane nullum vel inhabilem titulum allegat. *pr. l. 3. ff. uti possidet.*

Spectat huc quæstio, quam tractat *Aristot. 5. Ethic. cap. 6. & 8.* An qui injustè agit, continuo sit injustus? Respondet vero dict. loc. posse quenquam injustè agere, injuriamque inferre, qui tamen illico injustus non sit; injuriam autem ibidem vocat, si scienter quidem fiat, quod injustum est, non tamen animo deliberato, sed ex ira aliove affectu quodam: siquidem solas injurias illas, injustum hominem reddere existimat, quæ ab electione proficiscuntur. Verum, si hæc ita se haberent, nemo, præter illum, qui ex vitioso habitu contracto semper & perpetuo flagitiis esset addictus, pro injusto habendus, adeoque qui semel tantum furatur aut scortatur, fur aut scortator non foret appellandus. Proinde utroque casu, sive quis ex proæresi, sive citra hanc ex alio quodam affectu scienter delicti extiterit reus, optimâ ratione dicendus injustus, & hic quidem simpliciter, ille verò secundum excellentiam.

45. Juxta.

Hæc dictio est quidem præpositio, & relationem importat. *l. pen. C. de aquæ duct. lib. 11. Vid. Cardin. Tusch. tom. 2. var. conclus. 304.* Sub voc. Dictiones *juxta & secundum*.

Adverbialiter tamen quandoque sumitur, pro æquè, similiter non secus, eodem modo. Plura vid. *in Thesaur. Decimator. ad d. voc.* Reliqua adverbia, quæ hac lit. J. incipiunt, exiguum in jure habent usum, idcircò ea omisimus.

Lit. K.

LItera K. teste *Calvin. in Lex. Jurid. hîc*, Latinis in usu non est, nisi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis utimur; Sed hujusmodi, quoniam mera græca sunt, satius fuerit scibere Græcis literis. Nam & Priscianus testis est, K. apud Latinos esse supervacuum, & Quintilianus non obscurè innuit, loco ejus nos habere literam C. quæ ad omnes vocales vim suam perferat. In his dictionibus Græcis occurrit adverbium

Καταχρηστικῶς.

Latin. abusivè & idem est ac impropriè, *vid. supr. adverb. abusivè* Hoc vocabulo utitur Cajus JCtus *in l. 58. ff. de V. S.* inquiens: Καταχρηστικῶς inter factum & gestum nihil interest. Cum tamen aliàs inter hæc vocabula: acta, facta, gesta, subtilis quædam sit differentia. Proprie enim acta dicimus, quæ in Jure sunt acta, *l. 2. C. de edend. l. 45. & 46. ff. de re Judic.* Hinc oratio nobis usitata: apud acta, *l. 3. C. de fid. instrum. l. 7. §. fin. ff. de Decur. l. 2. ff. de appellat. §. 2. Inst. de donat.* quibus verbis ex eo, quod fit in loco, ipse locus designatur; ut apud acta fieri idem sit, ac fieri in loco, ubi acta Judiciaria conficiuntur. Μετωνυμικῶς Acta significant scripturas, in quas acta referuntur, κατ' ἐξοχὴν dicuntur acta publica, i. e. monumenta publica, quæ fiunt autore Magistratu, *l. 31. C. de donat.*

Facere verbum ut & factum propriè pro nudo facto accipitur, & refertur ad opus, quod corpore efficimus, quodque sub sensum cadit. *l. 4. §. 1. l. 72. ff. de V. O.* nihilque aliud significat, quam corporalem effectionem, veluti fossam fodere, Romam ire, &c. Hinc *Varro lib. 5. de linguâ Latinâ ait: Is facere dicitur, qui rei, quam facit, faciem quandam imponit.*

Denique gesta ferè dicimus, quæ tractatu inter duos pluresve habito, celebrata sunt. Sed subtili & propriâ hâc interpretatione rejectâ, per κατάχρησιν sive abusionem hæc verba: acta, facta, gesta promiscuè usurpantur. *Vid. Alciat. & Wissenbach. in ff. de V. S. l. 58.*

Lit. L.

ADVERBIUM I.

Laboriosè.

ID est, maximo cum labore. Sic *Cic. 1. Ver. Itaque semper hi diligentissimè, laboriosissimeque accusarunt, qui seipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt.* Et *apud Liv.* laboriosè vitam ducere idem est, ac vitam cum sudore & labore peragere.

Descendit à labore, qui secund. *Cic. 2. Tusc. est functio quædam vel animi, vel corporis, gravioris operis & muneris.* Et labor quidem corporis quamvis minimus, major censetur quolibet pretio; quâ de re latius differit *Bart. in l. unic. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. proferunt.* Hinc non debet esse vacuus à mercede. *Spec. in proœm. versic. hoc ergo.* Ex quo inferunt Dd. Judicem, cum processum

cessum alicujus causæ diligenter consideravit, seque ad sententiam ferendam paravit, mercedem obtinere, sportulasque exigere posse, etiamsi partes inter se transegerint atque convenerint, *arg. l. pen. & fin. C. de condict. ob caus. dat. vid. Joan. Bertachin. Repertor.* & quos ibi allegat. Nam omnis labor optat præmium, & operarius dignus est suâ mercede, *can. quicunque 4. c. 12. qu. 2. cap. cum secundum 16. X. de præb. gloss. in can. fin. verb. laborem c. 7. qu. 1. & can. charitatem c. 12. qu. 2. Pacian. consil. 153. n. 27.* Et ratio naturalis dictat, ne quis fraudetur suis laboribus, sed ut præcipuum sibi habeat, quod suâ industriâ suoque sudore lucratur: cum æquum non sit, ut alius eâ in re fruatur commodo, in quâ non laboravit, *l. 6. §. 1. ff. de jur. dot. l. 12. §. 1. ff. de distract. pign. Regner. Sixtin. 2. cons. Marpurg. 14. n. 170.* Sed potius justum, ut unicuique labor suus proficiat, *Cassiodor. lib. 2. var. Epist. 33.* Et virtutum præmia tribui merentibus convenit. *l. fin. C. de statu. & imaginib.* Adde *Aristot. 5. Ethic. 4. Ulpian. in l. 1. §. fin. de aq. pluv. arcend. Hyppolit. à Collib. ad l. 10. de R. J.* Imò & æquitati consonum, quod qui magis laborat, magis etiam illi tribuatur, *l. 1. C. de Consul. cap. miramur. 5. circ. fin. 61. dist. cap. jus militare, 10. 1. dist. can. Sacerdos. c. 9. qu. 2. Specul. in tit. de citat. n. 5. v. porrò. col. 2. Ludovicus Gomez ad §. fuerat, Inst. de action. n. 3.* Undè & laborum nostrorum fructus ad alios transferri luctuosum esse, Imperat. *in §. 1. Inst. per quas person. cuique acquir.* dixit.

Notandum autem hîc, quod cessante labore, cessare etiam debeat præmium laboris, *l. 10. in pr. ff. de ann. legat.* Limitatur hæc regula, quod vera sit, si labor cesset ob defectum personæ, quæ fortè mortua sit, vid.

Carpz. part. 2. Const. 6. Defin. 17. n. 9. item si desidia personæ cessaverit, undè qui cessavit, amittit beneficium. Beneficium enim datur propter officiũ, & inter beneficiũ & beneficiatum contrahitur quasi matrimonium. Undè qui non potest pręstare officium, ad eum non debet pertinere præmium sive beneficium, *Thoming. consf. 44. n. 10. Boër. consil. 33. n. 18.* per Panorm. *in c. consideramus. de Elect.* Junctis iis, quæ dicit. *in c. accedens. de præbend.* Et qui negligit officium, beneficium non debet percipere, *c. diversis fallaciis. 5. de Cler. conjug.* Non autem procedat in bene emeritis & veteranis.

2. Languidè.

Idem est, ac cunctanter, negligenter, otiosè, *Colum. lib. 11. cap. 1. Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat.* Et *Cæs. lib. 1. bell. Gall. quod paulo cautius custodias in muro dispositas videbat, suos quoque languidius in opere versari jussit, & quid fieri vellet ostendit.*

Derivatur à languore, qui tâm de corpore, quam de animo dicitur. Si de corpore, idem est ac defectus virium & succi naturalis. Hinc *Cic. de divin. Animus quum languore corporis nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in varia visa & incerta.* & *Terent. Heaut. Act. 4. scen. 5. vers. 3.*

---- vel me hæc deambulatio,
Quam non laboriosa ad languorem dedit.

Si verò de animo, sumitur pro torpore & desidia. Undè iterum *Cic. 1. Offic. Nihil autem magis cavendum est senectuti, quam ne languori se desidiæque dedat.* Et sic etiam

acci-

accipitur in *l. 44. §. 6. ff. de usurp. & usucap.* ubi hæc verba habentur: Eum, qui postquam usucapere cœpit, in furorem incidit: utilitate suadente relictum est, ne languor animi damnum etiam in bonis afferat, ex omni causâ implere usucapionem. Add. *l. 4. §. 3. eod.* Languor igitur animi furioso non oberit, si ante, quam in illum incidit, possidere cœperit; Sin verò in eo jam sit constitutus, non usucapiet, ac ne quidem curatore autore, *arg. l. 1. §. 3. de aquir. vel amitt. possess. juncta l. 5. ff. de R. J.* videatur *Magnificus Dn. Struvius, JCtus celeberr. Præceptor atque Patronus meus omni observantiâ submissè colendus, Syntagm. Jur. civil. Exerc. 43. thes. 7.*

3. Largè, Largiter.

Id est, liberaliter, abundanter. Sic *Horat. lib. 1. Carm. Ligna super foco largè roponens. & Cic. pro Rosc. Largè effuseque donare,* pro liberaliter donare posuit.

In jure quando occurrit, significat: multum. Sic, largiter refert, idem est, ac multum interest, & largiter esse, pro, multum interesse, *in l. 81. ff. pro Soc.* dicitur. Largè autem & largiter hoc differre Jul. Modest. existimavit, quod large sit qualitatis; largiter quantitatis, *Calvin. in Lex. Jurid.* hîc.

Quandoque etiam largè ponitur pro, impropriè. Undè verba libelli largè vel largo modo accepta intelliguntur, & continent non solum expressa, sed etiam pertinentia expressis. *Joan. Bertach. Repertor. in vocab. verbum.* Verba, quæ non possunt intelligi propriè, an intelligantur largè & impropriè, & an vitient actum: & quid in contractibus, quid in sententiâ, quid in instru-

mentis Notariorum, & quid in ultimis voluntatibus, docet *Jaſ. in l. 11. §. 2. ff. de Jurejur.* & plenè *in l. 20. ff. de reb. credit. ſi cert. petat.*

4. Latè.

Ponitur (1.) pro eo, quod eſt in multis locis, quo in ſignificatu ſæpius legitur apud *Cic. ut pro Leg. Manil. Longè lateque diffuſa laus Pompeii. lib. 1. Offic. Hoc latiſſimè pateat, ad plurimosque pertineat. & lib. 5. de finib.* & ap. *Virgil. lib. 8. Æneid. Lucus latè ſacer.* (2.) In Jure noſtro verba latè concipi intelliguntur, quæ apertè concipiuntur, clarus & perſpicuus hâc de re eſt textus in *l. 99. pr. ff. de V. O.* ubi ita: *Quicquid adſtringendæ obligationis eſt, id niſi palam verbis exprimitur, omiſſum intelligendum eſt, ac ferè ſecundum promiſſorem interpretamur: quia ſtipulatori liberum fuit, verba latè concipere* &. (3.) Sæpius vocabulo latè utimur pro generaliter, improprie, & pro eo, quod plurima comprehendit, atque ita acceptum opponitur adverbio Strictè. Hinc verba ſententiæ non latè, ſed strictè eſſe intelligenda, tradit *Bart. in l. ſi expreſſim. 19. in 2. col. ad fin. verſ. videtur mihi dicendum. ff. de appellat. per l. 1. C. ſi plur. una ſentent. Joan. Bertach. Repertor. Lit. V. vocab. verbum.* Sic etiam dicimus vocabulum fructus ſumi dupliciter, 1. Latè pro omni emolumento & commodo, ſive naſcatur ex re, ſive quocunque modo percipiatur propter ipſam rem, hocque modo comprehendit etiam uſuras, penſiones & omnia ea, quæ propter rem accipiuntur, atque ſic etiam partus ancillæ quandoque eſt in fructu, *l. 14. ff. de uſur. l. 24. §. 1. ad L. Falcid.* ratione videlicet legis Falcidiæ, in quam imputantur omnia, quæ

ex

ex ſucceſſione defuncti ad heredem perveniunt, *arg.* §. 2. *Inſt. de L. Falcid. Dn. Ludvv. p. m. in Comment. ad* §. 38. *Inſt. de rer. diviſ.* 2. Strictè, & tùm denotat illud emolumentum, quod ex corporali re ut tali, percipitur, ibidemque renaſci poteſt. Ita quoque vocabulum theſaurus ſtrictè accipitur *in l. un. C. de theſaur.* ubi *theſaurus* deſcribitur, quod ſint *condita ab ignotis Dominis tempore vetuſtiori mobilia,* add. *l. 31. in fin. ff. de A. R. D.* Latius autem ſumitur *in l. 22. in pr. ff. famil. herciſc. & in l. 15. ff. ad exhib.* ubi *Gothofred. in not.* (4.) Latè & latius re uti nonnunquam dicimur, pro eo quod eſt ſplendidè & ſplendidius, ſive copioſius aut laxius, vid. *Calvin. Lex. Jurid. in vocab. lautius circ. fin.*

Eſt hoc adverbium ab adjectivo latus, undè lata culpa, quæ juxta *l. 223. de V. S.* eſt, non intelligere id, quod omnes intelligunt, adde *l. 213. in fin. eod.* h. e. lata culpa eſt, quâ in actione aliquâ quis ea non obſervat, quæ quilibet talia agens facilè juxta communem hominibus inditum intellectum ſeu rationem obſervaret, *Magnif. Dn. Struv. Ex. 19. theſ. 20.* In culpa igitur lata erit, qui non proſpicit, curat, cavet, quod omnes, qui modo ſenſu communi præditi ſunt, provident & intelligunt, ſe cavere aut curare debere. *d. l. 223. de V. S. l. 32. depoſ. l. pen.* §. 2. *de jur. & fact. ignor.* v. g. ſi quis noctu ædium oſtia, aut feneſtras, per quas de plano intrari poteſt, apertas reliquerit; vel ſi quis rem fidei ſuæ commiſſam, in loco publico aut eo, quo quivis accedere poteſt, incuſtoditam jacere patiatur, credens neminem venturum, qui auferat. Plura hujus culpæ exempla occurrunt *in l. 22.* §. 3. *ad SCtum Treb. l. 7. ad L. Corn. de Sicar. l. 8.* §. *fin. & l. 29.* §. 3. *mand.*

Ejus

Ejus Synonima vid. *ap. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. 19. & Vinn. in Comm. ad §. 2. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.*

Culpa hæc in caufis civilibus, quibus de damnis refarciendis agitur, dolo comparatur, non quod revera & facti genere dolus eft, definitio enim utriusque contrarium oftendit, & patet ex locis, in quibus à dolo apertè diftinguitur. *l. 22. §. 3. ad SCtum Treb. l. 7. ad L. Corn. de Sicar. l. 10. C. de negot. geft. l. 7. C. arb. tut.* & doli ac malitiæ quafi confanguinea eft: unde etiam pasfim culpa dolo proxima vocatur. Juris itaque interpretatione & quoad effectum lata culpa eft dolus, *l. 226. de V. S. l. 32. ff. depof. & aliis text.* & magna negligentia in doli crimen cadit. *l. 1. §. 5. de O. & A.* quod adeò verum eft, ut etiamfi in tt. verbum dolus notetur particulis taxativis: folùm, duntaxat &c. non tamen excludatur lata culpa, *d. l. 1. §. 5. de O. & A. l. 23. de R. J. l. 1. C. de pof.* Ita lata culpa dolum repræfentat, 1. in contractibus & fimibus negotiis. *dd. tt.* 2. In actione rei perfecutoria, ex delicto tali, quod lata culpa admitti poteft. *l. 1. §. 1. ff. fi menf. falf. mod. l. 9. l. 11. ff. de incend. ruin. naufr.*

In illis autem caufis, ubi actus vitiofitas attenditur, utique difcernenda venit negligentia etiam magna & proæreſis feu dolus. Hinc culpa lata dolo non comparatur in criminalibus. In his enim dolum folùm pro facto accipi latam culpam pro dolo haberi, ac proinde non eodem modo coërceri placet *l. 7. ff. ad L. Corn. de ficar.* nifi fortè res mali fit exempli, quo cafu punitur & qui nocendi animum non habuit, *l. 3. §. 2. d. tit. l. 38. §. 5. ff. de pœn.* Et quibusdam aliis, quas recenfet *Magnif. Dn. Struv. d. Ex. thef. 22.* Levis autem & levisfimæ culpæ alia

eft

est ratio, de quâ ut & de dolo plura vide ap. *eund. d. Ex.* & *Vinn. l. c.*

Q. Hic de imperito & negligenti Medico, cujus culpa factum est, ut æger moreretur, qua nam pœna sit afficiendus? Respon. Pœna extraordinaria, vid. *Petr. Heig. part. 2. qu. 26. n. 51. & seqq. usque ad 68.*

5. Laudabiliter.

Hoc est, cum laude & commendatione, Germ. lôblich/ das zu loben ist. Hoc adverbio utitur *Cic. lib. 5. Tusc.* cum ait: *Quid? ad rectè, honestè, laudabiliter, postremò ad benè vivendum, satis ne est præsidii in urbe?* Originem habet à laude, de quâ vulgatum illud proverbium:

Proprio laus sordet in ore.

Quod & Juris consulti suum fecerunt in not. *ad l. 4. §. 3. ff. de offic. Proconf. & Legat.* Sed limitationem recipit *ex procem. Inst. in pr.* ibi: Pius, felix, Victor ac Triumphator &c. ut propria laus feratur, quoties non vanæ Jactantiæ, sed defensioni vel exemplo tribuitur, ut in *d. l. 4. §. 3. de offic. Proconf. & Legat.* ubi *Anton. Faber. & Colleg. Argent. thes. 5. §. 4. Inst. quib. mod Jus patr. potest. solv. §. 15. Inst. de excus. tut. l. 8. C. de metat. l. 6. C. de Profess. & Medic.* Laus igitur & commendatio sui aliquando permissa est, & sæpè laudes nostras haut gravatê debemus audire, cum laus sit sermo elucidans magnitudinem virtutis, secund. *Aristot. lib. 1. & 3. Rhet.* Non autem oportet laudando augeri alterius malitiam, *l. 1. §. 4. de serv. corrupt. Cujac. ad Edict. Pauli l. 2. & seqq. d. t. de serv. corrupt.* Undè & laudator maligni propositi tenetur, *d. l. 1. §. 4. d. t.*

6. Lautè, Lautius,

Id eſt, eleganter, ſplendidè. Hinc ap. *Plaut. in Aſin. lautè veſtitus, exornatusque ambulat.* It. *in Milone: loquitur lautè & minimè ſordidè.* Ut proindè in eo, quod ab Ulpiano dictum eſt, quem re ſuâ lautius uſum, *l. 25. §. 12. ff. de hæred. pet.* rectè nobis interpretatus videatur illic Accurſius, lautius idem ſignificare, quod ſplendidius, nec aberraſſe aut eum, aut Haloandrum, ſeu quemlibet alium, vulgatam hanc ejus vocis lectionem, tribus illis apud Ulpianum locis ſecutum. *d. l. 25. §. 12. & 16.* cùm iis vocibus in eodem ſenſu paſſim reliqui Autores utantur: Lautius re ſuà uti, lautius impendere, lautè erogare &c. Sic *Cic. lib. 2. de LL. Hanc* inquit, *vides villam, ut nunc quidem eſt, lautius ædificatam patris ſtudio.* Et *lib. 2. Offic. Liberalitatis duplicem eſſe rationem, ait, nam aut opera benignè fit indigentibus aut pecunia: faciliorem eſſe hanc poſteriorem, locupleti præſertim: ſed illam lautiorem ac ſplendidiorem, ac viro forti claroque digniorem.* Idem in eam ſententiam lauta patrimonia, copioſa ſive ſplendida ſe vocare interpretatus eſt *in Orat. pro C. Rabir. Poſthum. in Orat. pro L. Flacc.* Et lautum quoque negotium dixit pro digno, in quo quis induſtriam ſuam collocet, *lib. 6. Epiſt. ad Attic.* Et Terentianus ille Syrus Chremetem alloquens, *Heaut. act. 4. Scen. 5. Omnes*, inquit, *te in lauta ac benè aucta parte putant.* Adverbio etiam huic & voce & ſignificatione affinis eſt dictio latè, de quâ plura vid. ap. *Calvin. in Lex.* hîc.

7. Laxè.

Germ. Geraumig/ opponitur anguſtè, ut apud *Varr.*

lib. 2. de Re Rustic. cap. 10. De numero pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent. Et *Cic. pro Domo suâ habitare laxè & magnificè noluit, dicitur.*

Derivatur ab adjectivo laxus, quod propriè idem est, ac non tensus, sive remissus, v. g. laxa fides, laxus arcus, ut apud *Virg.*

Sed laxos referunt humeris languentibus arcus.

Sic laxa vela dicimus, quæ ventorum flatu non tenduntur. Item laxas habenas pro molli & leni imperio, translatione ab equis sumtâ, qui habenis abductis molestius & laboriosius incedunt, quam iisdem relaxatis. Deinde laxus accipitur pro amplo & capaci, ut laxum tempus pro longo, undè Cic. *lib. 6. ad Attic. Ego sic diem statuo satis laxam,* i. e. tempus satis longum. Quo sensu etiam legitur apud Proculum *in l. 113. in pr. ff. de verb. oblig.* ubi ita: *cum ipse arbitrio meo aliam (scil. diem) operi faciendo laxiorem dederim.* i. e. cum diem longius protulerim. Hinc prolixum quasi porro laxum. Invenitur etiam laxum adverbinm pro, latè apud *Martial. Et adhuc superet centies tibi laxum.*

8. Legitimè.

Idem est, quod justê, ritè, rationabiliter, servato juris ordine, vel ratione legum observata, *Auth. novo jure. vers. in criminalibus. C. de pœna judic. qui malè judic. l. 4. C. ad L. Jul. de adult. Gloss. & Abb. in cap. consanguinei. de re Judic. & in cap. ea quæ, eod. tit.* Undè legitimè fieri non dicitur, si forma non servetur, *Host. in cap. dilecto, de Rescript.* Et quod legitimè secundum modum & formam debitam est effectum, vocatur legitimum. *l. 4. ff. qui te-*

 stam.

stam. fac. l. 3. C. eod. l. 77. ibique Dd. ff. de R. J. Contra verò factum dicitur illegitimum & inutile. *l. 1. & l. 6. ff. de injust. irr. rupt. testam.*

Insignem igitur hoc adverbium in Jure habet usum, & denotat, aliquid suâ naturâ justum esse ac jure peti, cujusmodi in dubio videntur esse omnes actus ac contractus, adeò ut contractus censeatur factus legitimè, h. e. consentientibus his, quorum consensus requiritur, & factis faciendis: etiamsi in libello non exprimatur: Sic, si in libello petam à debitore centum, adjiciens causam specialem debendi (prout in actione personali fieri oportet *l. 14. §. 2. ff. de except. rei Judic.*) dicendo simpliciter, quia mutuavi, intelligitur, legitimè id factum esse, & in casu, unde competat mihi jus petendi. *Innocent. in c. dilecti. fin. de libell. oblat.* ac proinde actor non cogitur illud in libello exprimere, quia non est de natura actionis, sed post litis contestationem servatur pro probationibus. *l. 19. C. de probat. Döring. Biblioth. JCtor. in vocab.: adverbium. p. 692. n. 68.*

Legitimè ordinati inscriptionum libelli dicuntur, qui secundum formam L. Juliæ publicorum Judiciorum præscriptam concepti sunt, *l. 3. §. 1. ff. de accusat. & inscript.* vid. *Calvin. In Lexic.* Et libellus quoties non legitimè & ritè conceptus est, absolvitur accusatus ab instantiâ Judicis, etiamsi libelli defectum non opponat, *Bart. in h. l. 3. de accusat.* Et inquisitio si non sit legitimè instituta & formâ suâ careat, reus non tenetur. *Boss. tit. de inquisit. n. 74. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. qu. 12. verb: dixi exprimendum.*

Q. autem, *an ad formam libelli criminalis necessariò* con-

conclusio requiratur? Affirm. *Clarus d.* §. *ult. qu. 12. in fin. Ferrariens. tit. de inquisition. 52. verbis: super quibus omnibus.* Hanc tamen sufficere putant: Peto Titium puniri juxta formam juris & statutorum.

Legitimè nati, Germ. **Ehelich gebohrne/ die aus einem rechten/ ehelichen/ ungetadelten Ehebette gezeuget und gebohren/** opponuntur illegitimè natis, naturalibus & spuriis. *l. 3.* §. *2. ff. de decur. & fil. eor.* & simpliciter dicuntur legitimi. Ut autem quis dicatur legitimè & honestè natus, non inspicitur tempus conceptionis, sed nativitatis, *Magnificus Dn. Præses, JCtus celebratissimus, Præceptor, Patronus atque Promotor meus ætatem sanctè colendus, decis. 80. n. 13.*

Legitimi etiam dicuntur, qui per legitimationem tales efficiuntur, cujus tres sunt species. Nam aut fit per subsequens matrimonium, aut per Rescriptum Principis, aut per oblationem curiæ, quæ posterior species in nostra Republ. non obtinet, *Magnif. Dn. Struv. Ex. 3. Vinn. in Comm. ad* §. *13. Inst. de Nupt.* Et legitimati quidem per subsequens matrimonium omnia Jura legitimorum adipiscuntur, antiquæ ingenuitati restituuntur, *Dn. Carpz. part. 2. Const. 6. def. 15.* & per omnia habentur pro veris justis & legitimis liberis, nec ullâ in re ab iis differunt, *Nov. 74. & N. 89. c. 9. vers. sit igitur licentia. Rittershus. h. c. 6. n. 3.* Et quod tales legitimati per omnia legitimè natis comparentur, judicasse Cameram Imperialem testatur *Gail. 2. Obs. 141. n. 2.* Matrimonium enim retrotrahitur ad tempus nativitatis filiorum, omnemque maculam & turpitudinem tollit, vitiaque purgat, utque ante matrimonium natus, verè legitimus sit, atque pro eo habeatur, ac si legitimè natus esset, efficit,

Magnif. Dn. Præses d. decis. n. 15. & *Dn. Carpzov. all. loc.* Undè etiam fit, ut ſtatuta de filiis legitimis diſponentia, quantumvis ſtrictè ſint intelligenda. *l. 3. §. 6. ff. de negot. geſt.* nihilominus tamen comprehendant legitimatos per ſubſeq. matrimonium, ut poſt *alleg. Bald. Dec. Nicol. Boër.* & *alios* docet *Dn. Carpzov. d. l.* Hinc ſequitur, quod de legitimatis ex ſubſeq. matrimonio verè affirmari queat, eos ex probis honeſtisque parentibus ac thoro legitimo procreatos fuiſſe, ut iterum teſtatur *Magnif. Dn. Carpz. all. loc.* & *in pract. criminal. p. 2. qu. 69. n. 53.*

Modus legitimandi per Reſcriptum Principis debilior quidem eſt illo, qui fit per ſubſeq. matrimonium, attamen utraque legitimatio maculam ex coitu parentum illegitimo contractam tollit, *Dn. Carpz. d. l. def. 16.* & hi legitimati etiam verè legitimi dicuntur, hinc & jus ſuccedendi habent ab inteſtato, ſed tum demum, ſi nulli ex juſtis nuptiis procreati ſuperſunt, *Auth. præterea. C. de nat. lib. N. 74. N. 89. c. 9.* aut ſi Princeps in legitimatione hoc ſpecialiter expreſſerit, *Dn. Ludov. p. m. Diſput. 10. theſ. 2. lit. c.* quod autem limitatur ita, ut procedat in bonis allodialibus, non feudalibus. In his enim non ſuccedunt, niſi in feudo novo, ſi ipſe Dominus feudi eos expreſsè ad ſucceſſionem velit admiſſos, ſive ipſe fuerit Princeps legitimans, ſive Principi legitimanti & ſucceſſionem tribuenti conſenſerit, *Magnif. Dn. Struv. in Syntagm. Jur. feud. cap. 9. aphor. 3. n. 9.* Quo etiam ſpectat, ſi fuerint legitimati inveſtiturâ comprehenſi, ut ſi Dominus inveſtiat quem pro ſe & filiis ſuis natis, & naſcituris, ſciens Vaſallum non alios quam naturales ſive jam legitimatos habere, *Forſter. de ſucceſs. l. 6. cap. 39. n. 3.* Succedunt

dunt etiam in feudo antiquo, ſed tum demum, ſi adſit conſenſus eorum, quorum præjudicium ſubeſt, *Magnif. Dn. Struv. l. c.*

Alia autem eſt ratio legitimatorum per ſubſequens matrimonium. Hi enim æque ut legitimè nati etiam in feudis ſuccedunt, quia illud ipſum, quod ante deficiebat, & ob cujus defectum ſunt nati illegitimi, in his jam verè adeſt: Unde legitimis liberis, qui ex matrimonio generantur, meritò accenſentur: & licet in inveſtiturâ habeantur verba: Für ſich und ſeine ehlich gebohrne Leibes Lehens-Erben etc. tamen hi legitimati à ſucceſſione non removentur, ut iterum tradit *Dn. Struv. loc. cit. n. 12.* Sed

Q. De procreato à parentibus, qui ſponſalia quidem inivere, ſed propter mortem forte alterius, ſponſi ſcil. vel ſponſæ, ſolenni copulatione ac benedictione ſacerdotali nuptias non celebrarunt, an iſte in feudo ſuccedat? Quod affirmandum cum *Dn. Struv. loc. cit. n. 13.*

Denique ſciendum de natis ex parentibus, qui per errorem bonâ fide nuptias contraxerunt, quæ non eſſent contrahendæ, quod & hi pro legitimè natis habeantur, adeoque etiam in feudis ſuccedant, per ea quæ habet ſæpius laudatus *Dn. Struv. d. l. n. 14.*

Occaſione etiam hujus adverbii pauca quædam adjiciam de legitima portione. Legitimam autem portionem voco totam illam partem, quæ jure legitimæ ſucceſſionis ex bonis defuncti liberis vel parentibus debetur. Ratio enim naturalis, quâ & ad hæreditatem parentum liberi, ac viciſſim ad hæreditatem liberorum parentes vocantur, præcisè equidem non decernit, quod

omnia

omnia bona seu tota hæreditas parentum liberis & liberorum parentibus relinquenda sit: sed indefinitè successionis commodum tribuit: modum succedendi & portionem, quæ relinqui debeat, determinationi juris civilis committens. *Dn. Struv. Syntagm. jur. civil. Ex. 10. thes. 10.* Non igitur rectè in totum aufertur liberis & parentibus jus sibi invicem succedendi, ad certam verò portionem & quantitatem jure civili determinari potuit, ut liberis quoque & parentibus libertas aliqua sit de rebus suis disponendi, & alios etiam parte suorum bonorum adjuvandi. Et ista definita quantitas vocatur alias etiam, debita pertio, item debitum bonorum subsidium *l. 8. §. 11. ff. de inoffic. testam. l. 5. C. de inoffic. donat.* & legitima: quæ certo respectu considerata modo est juris civilis, modò juris naturalis. *Dn. Struv. d. l. & ab eo alleg. Dn. Frantz.* Fratribus autem, quia ipsis successio naturâ non debetur, in solum casum institutarum turpium personarum legitima portio ex æquitate per Imp. constitutiones est assignata, *idem l. c.*

Legitima autem, quæ post mortem parentum liberis debetur, olim erat quarta pars bonorum, & quocunque titulo relinqui poterat, quæ postea æqualiter inter liberos distribuebatur. Justinianus verò legitimam liberorum auxit, proque quarta substituit tertiam, quando testator quatuor vel pauciores habet liberos: Si verò plures, semissem. *Auth. Novissima C. de inoff. testam. Nov. 18.* juxta versiculos, quos habet glossa hîc:

Quatuor aut infra natis dant jura trientem,
Semissem vero dant natis quinque vel ultra.

Vid. Dn. Ludw. p. m. in Comm. ad §. 6. Inst. de inoff. testam.

Quod

Quod augmentum etiam ad parentum & fratrum legitimam ratione trientis pertinere statuunt comm. Dd. hîc, & in *d. Auth. novissimâ, C. de inoff. testam.* Add. *allegat. Magnif. Dn. Struv. loc. cit. thes. 13.* ubi, quod etiam parentes aliquando legitimam in semisse consistentem accipiant, tradit.

Atque hæc legitima olim non hæreditario tantum, sed etiam legati, fideicommissi & quovis alio titulo poterat relinqui, quod tamen correctum est per *Nov. 115. c. 3. & seqq.* ita, ut hodiè legitima nullo alio, quam honorabili institutionis titulo liberis relinqui debeat, adeo ut licet liberis citra institutionis titulum quid relictum sit, testamentum nihil ominus ob præteritionem vel exhæredationem minus rectè factum, nullum sit, *Magnif. Dn. Præses decis. 40. n. 5.* ubi duobus elegant. præjudiciis hoc confirmat.

Plura de hâc materiâ qui vult, adeat *Magnific. Dn. Præsid. in suis decisionib. d. decis. 40. & ad d. Auth. Novissima. Dn Struv. d. Ex. 10. thes. 10. & seqq.*

Præterea pacta dantur, quæ à Dd. vocantur legitima, quæ sc. stipulatione subsecuta munita, vel lege ad obligationem producendam confirmata sunt, de quibus *Althus.* agit in *Dicæolog. libr. 1. cap. 90. n. 9. & seq.*

Partus etiam dicitur legitimus, qui sc. septimo mense est editus. *l. 12. ff. de stat. hom.* De quo latè tractat *Dn. Præses decis. 89. per tot.* Et de eo *in Celeberr. Collegiis Theologico & Juridico hujus loci mens. Jul. Anno 1665. ad requisitionem Dn. Superintendentis Oelsnizensis* ita responsum fuit: Hat sich den 11. Octobr. 1664. J. C. mit M. C. copuliren lassen/ welche den 3. April. nechsthin frühe zwischen

4. und 5. Uhren ins Kindsbett gekommen / und eine gesunde und vollständige junge Tochter zur Welt bracht / dahero Zweifel vorgefallen / ob solches Kind pro partu legitimo zu halten sey oder nicht? Ob nun wohl regulariter 30. Tag auf einen ieden Monath gerechnet werden / und unterschiedliche Rechtslehrer erfordern / daß nach der Priesterlichen Copulation und ehelichen Trauung 182. Tage verflossen / ita ut pro maturo & legitimo habeatur partu, qui septimo demum mense est editus. Uber dieses ihr in eueren Bericht meldet / daß obgedachte M. C. in ihren ledigen Stand nicht allerdings ein gutes Zeugnüß gehabt / und unter wehrender Hochzeit ihr Uf den Tantzboden von denen anwesenden Zuschauern / ihr allzuzeitlicher grosser Leib / und daß ihr die Schürtze schon zu kurtz worden wäre / fürgeruckt worden / welches sie nicht verantwortet. Dennoch aber und weiln etzliche fürnehme Rechtslehrer vier Wochen / und also nur 28. Tag vor einen Monath rechnen / und dafür halten / quod etiam partus sexto saltem vel etiam quinto mense à die nuptiarum editus, sit maturus & legitimus, und ein solches Kind an seinen Ehren nicht möge gescholten / noch als wenn es aus zu frühzeitigen Beyschlaff erzeuget / gehalten werden / auch der Mann zum Vater des Kindes sich bekennet / und ohne daß nicht so rigorosè in tempus conceptionis zu inquiriren, quando partus in dubio pro legitimo haberi potest, sondern vielmehr in honorem & favorem matrimonii pro innocentia novorum conjugum, und also in mitiorem partem zu sprechen / und zu præsumiren / und dergestalt der obangedeutete ungewisse Verdacht per alias fortiores præsumtiones elidiret werden mag /

so

so halten wir dafür/ woferne nicht gnugsame andere und stärckere Indicia wider C. Eheweib vorhanden / daß sie vor der Hochzeit mit andern verdächtige Gemeinschafft gehalten / und fleischliche Unzucht getrieben / daß das Kind pro partu legitimo zu achten. V. R. W.

9. Leniter.

Hoc adverbium ponitur pro placidè, non vehementer, & passim legitur penes Authores, ut placidè leniterque procedere, ap. Cœs. Leniter arridere ap. *Cic. lib. 1. de finib.* leniter disputare, ap. *eund. 4. Acad.* Leniter agere apud *Liv. 7. bell. Pun.* Legitur & in eâdem significatione, licet non æque usitatè adverbium benè, ut ap. *Martial. lib. 1.*

10. Lepidè.

Id est cum lepore, & ut loquitur *Cic. ad Attic.* cum bonâ gratiâ. Hinc *Plaut. Lepidè Hercle adjuvas*, pro, eleganter & opportunè.

11. Lethaliter.

Germ. redditur tödtlich / legitur apud *Plin. lib. 11. cap. 37.* Usus hujus adverbii haut exiguus est, & quidem in materiâ criminali. Sic, vulneratus, super quo judicium Medicorum fuerit requisitum, hique affirmaverint, ipsum esse lethaliter vulneratum, sive brevi mortuus sit, sive post longum intervallum, ex vulnere decessisse præsumitur, per ea quæ tradit *Gail. lib. 2. Observ. 111.* ubi latè hâc de re differit. *Carpzov. in prax. crim. p. 1. q. 26.* ubi *n. 3.* monet, de homicidio inquirendũ esse, & de omnibus qua-

litatibus & circumstantiis homicidii & præcipuè occisum ex percussione aut vulnere inflicto, illudque fuisse lethale, h.e. quod tendit ad mortem. Et ita *in Collegio Jurid. h. l. m. Febr. Anno 1627. Davidi* Kegler / Stadt⸗und Landrichter zu Schlaitz *responsum fuit.* Add. *Speckhan. cent. 1. q. 42. n. 10. Treutler. cons. 103. Cæpoll. lib. 1. cons. 28. & consil. 61.* item peculiarem tractatum de vulnerum inspectione *Bern. Suevi. Besoldus in thesauro Practico lit. T. verb.* tödtliche Wunden / monet, hîc notandum esse, quod olim non mors subsecuta, sed animus inspectus fuerit, & quod hodiè nunquam ex dolo quis occidatur, si vulneratus non moriatur; nisi læsus sit aliquis magni nominis, vel aliud crimen coincidat.

12. Leviter.

Hoc adverbium penes autores varias recipit significationes. 1. idem est ac indiligenter, ut ap. *Sueton. de clar. Grammat.* Functusque militiâ, studia repetit, quæ jam indè à puero non leviter attigerat, i. e. non indiligenter. 2. Ponitur pro breviter, it: obiter *Cic. pro Rosc. Amer: Non omnia dicam, & leviter unamquodque tangam.* Pro facilè, patienter sive æquo animo, unde idem *Cic. ad Attic. Id graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam.* 4. Denique idem significat, ac parum sive mediocriter, ut iterum *Cic. lib. 2. de Orat. Leviter eruditus homo* pro: parum & vix mediocriter. Atque in hâc significatione etiam legitur apud Ulpianum *in l. Prætor. 7. §. præterea 2. de injur. & famos. libell. verb. vel quod leviter pulsaverit, vel emendaverit.*

13. Liberè.

Est adverbium qualitatis, & usum in jure habet amplissimum. Et non excludit terminos juris communis, vel arbitrium boni viri, *Döring. Bibliothec. JCtor. in vocab. adverbium. p. 692. n. 69.* adeoque significat rem ab omni onere exemptam & immunem, *l. pen. ff. de evict. l. 90. l. 126. ff. de V. S.* estque adverbium (libere) ejus significationis, quod liberum est omni libertate, & absolutum ab omni servitute & onere, *Cravett. cons. 122. n. 6.* & importat etiam absolutam libertatem quoad omnia, ita ut nihil sit exceptum; *Cravett. cons. 172. n. 5. & seq. Rol. à Vall. lib. 1. cons. 42. n. 20.* & notat quandam prærogativam absolutam & dominium. *l. 58. ff. de Procurat. & defens.* idemque importat, quod plenè vel pleno jure nullius contradictione vel impedimento juris obstante, *c. 1. de rescript.* sicque excludit contradictionem alterius, *Joan. Bertach. Repertor. lit. L. vocab. liberè. Döring. l. c.* & indigitat, quod res revertatur sine spe retractionis, & ulterius quis inquietari non possit, *Hond. cons. 51. n. 5. & seqq. vol. 1.* Intelligitur enim sine ullo onere & obstaculo, *Dominic. Cardinal. Tusch. practic. conclus. lit. D. conclus. 306. n. 9.* adeò, ut si actus per quemlibet minimum impediatur actum, liber non sit, *Besold. thesaur. pract. lit. F. in vocab. Frey.*

Adverbium igitur hoc: Liberè, infert aliquid ipso facto esse liberum, & non requiri factum aliquod judicis vel officialis, *Corn. lib. 2. consil. 165. n. 23.* & consensum alterius non exigi, *Curt. jun. cons. 2. n. 3.* & cui nullum obstaculum aut impedimentum objici potest, *Curt. sen. cons. 47. col. 1.* & importat plenum jus in re ita, ut nullum jus in

in eâ alteri competere possit. Hinc etiam quælibet res à servitute præsumitur libera, *l. 14. §. ult. l. 26. ff. de damn. infect. l. 8. C. de servit. & aqua. Alciat. de præsumpt. 2. præs. 3. Mynsing. cent. 5. observ. 25. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 156. & de præsumpt. lib. 3. præs. 89. n. 1. ubi n. 6.* ampliat etiam stante quasi possessione servitutis, & *lib. 6. præs. 29.* Et naturâ res omnes censentur liberæ, quia nullius rei servitus præsumitur, quæ est qualitas accidentalis non naturalis. *l. 4. de just. & jur. Anton. Fab. in consil. de Ducat. Montisferrat. part. 1. fol. 93.* neque naturalem sed impositiam causam habet. *Hieron. Schurff. cons. 69.* Imò libertas, quæ omnibus rebus præstātior, magis in rebus, quā in personis præsumenda; cum homines pluribus modis servos nasci & fieri posse contingat, res non itidem, inquit *Ferrariens. in form. libell. action. confess, in gl. pleno jure*, ideoque testibus de libertate deponentibus plus creditur, quia juris præsumtio illis adminiculatur, cum deponant pro favore libertatis, & id quod juri communi conforme est. *Dn. Reink. de regim. sec. & Ecclesiast. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 161. 162. & 163.* Undè in dubio res magis præsumitur libera & allodialis quàm feudalis. *Dn. Præses de jure & privileg. Creditor. cap. 4. sect. 2. n. 5. & seqq.* plura vid. *ap. Dn. Præsid. p. 3. cons. 18. & seq.* Liberè & sine exceptione promisisse fidejussor intelligitur, & liberè quidem, quantum ad jus & naturam fidejussionis, sine exceptione autem, scil, frivolâ. Non tamen per hoc legitimis renunciat exceptionibus, *c. ex parte 2. de offic. deleg.* vid. *Jas. in l. 1. C. de SS. Eccles. Calvin. in Lexic. jurid.*

Notandum hic etiam est, quod adverbium hoc: Liberè, sive vocabulum frey / non excludat onera, quæ jure

jure superioritatis vel Magistratus imponuntur vel imponi possunt, nec etiam comprehendat bona, so der Losung subjicirt und unterworffen. Nam libertas non excludit legis vel superioris vi jurisdictionis competentem potestatem, quod notandum est in evictionibus, ut tradit *Besold. in Thesaur. Pract. d. l.*

14. Libenter.

Idem est, quod non gravatè, æquo gratoque animo, prout passim apud Autores legitur.

15. Libidinosè.

Idem significat, quod impotenter & pro animi libidine. Ita apud *Cic. 1. Verr. Ut quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit.* Originem trahit à libidine, quod vocabulum non uno modo accipitur. Nam vel pro voluptatis venereæ stimulis appetituque usurpatur, ut *in l. 81. §. 2. ff. de furt. verb. Qui ancillam non meretricem libidinis causa subripuit* &c. *l. 39. eod. verb. Et ideo etiam eum, qui fores meretricis effregit, libidinis causa, &c. & l. 3. §. 4. ff. ad L. Conel. de Sicar. & venefic. verb. & qui hominem libidinis, vel promercii causâ castraverit, &c.* Vel pro voluntate, ut apud *Cic.* invenire licet. Nam ab eo, quod libet, dicitur. Donato est quælibet voluntas temerè suscepta, Et quamvis in malâ re semper dicatur, tamen in re honestâ à *Salustio* dicitur; quod *F. Sylvius* ante monuit. *Calvin. in Lex. hic.*

16. Licitè.

Adverbium hoc sui adjectivi naturam imitatur. Licitum

citum autem dicitur, quod jure licet, h. e. quod honestum sit, ut Modestinus interpretatur *in l. 42. ff. de rit. nupt.* Undè licito jure aliquid facere *in l. 3. §. 1. ff. quod met. caus. l. 9. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ult. ff. de damn. infect. l. 1. ff. de proxenet. l. 20. §. 1. ff. de liberal. caus. l. 10. C. de his quib. ut indign. aufer. Calvin. in Lex. hic.*

Sic jure (licito) evenit, vim atque injuriam propulsare. *l. 3. ff. de J. & J.* Et vim vi repellere omnes leges juraque omnia permittunt, *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Ordinat. Crimin. Carol. V. art. 139. verb.* Welcher eine rechte Nothwehr etc. Suipsius igitur defensio licita est atque concessa, & ita quidem, ut permissum sit se defendere etiam alium interficiendo, *l. 2. & l. 3. C. ad L. Cornel. de sicar.* ubi expressè dicitur, quod defensor propriæ salutis in nullo peccasse videatur, licet alium occiderit. Ita etiam honesta virgo pro defensione attentatæ pudicitiæ, stuprique amovendi causâ, violentum stupratorem licitè occidere potest, peinliche Halßgerichts-Ordn. *art. 142. vers.* als geschehen möchte etc. vid. *Magnif. Dn. Præs. decis. 2.*

Observandum etiam hic est, 1. Quod omnia honesta sint licita, non autem omnia licita sint honesta, *per l. 144. de R. J.* idcircò à multis licitis abstinere oportet, quod etiam innuit Apostolus *1. Cor. 6.* & est text. *in cap. aliud quidem 34. 11. q. 1.* ubi *gloss.* varia adducit exempla, & præsertim, quando quis petit, quod suum est, quia licitè quidem petit, si tamen ex eo offenderentur alii, honeste non peteret, ut notat *Albert. Brun. part. 3. statut. qu. 62. incip. quæstio talis ad fin. Specul. in tit. de Leg. §. nunc ostendendum col. penult. in fin.* Hinc quamvis multa de urbani-

banitate non licere dicantur, quæ ipso jure sunt licita, indè tamen de dignitate jurisprudentiæ civilis nihil decedit. Eatenus enim tantum licere intelligenda sunt, quatenus non expressè prohibeantur, vel pœnâ aliquâ coërceantur, non autem quod vel approbentur, vel impunita esse jubeantur: sed potius propter decisionem & ad singularia applicationem religioni judicantium relinquuntur. Facit huc text. *in l. 13. ff. de test.* quorum consequenter etiam erit, non tantum id quod licitum, quam quod honestum, respicere, *l. 197. ff. de R. J.* & interdictis etiam singularibus prohibere, quæ expressè per leges prohibita non sunt. *l. 10. ff. de curat. furios. l. 18. princ. ff. qui testam. fac. poss.* quin & de prohibitis leges ferre prohibitivas, *§. fin. Inst. de his qui sui vel alien. jur.* quanquam nec omnia ad amussim redigere vel possint vel debeant, ut etiam eleganter huc facit *l. 2. C. de reb. credit.* vid *Bocer. de investitur. feud. c. 3. n. 84.*

2. Observandum est, quod illud, quod aliâs non est licitum, necessitas licitum faciat, *c. 3. de fer. l. 5. pr. ff. de hæred. petit. l. 3. C. de fer.* ex hâc ratione, quia necessitas non habet legem, *c. 4. de consuet. c. 2. §. fin. de obseq. jejun.* Ubi tamen declarationis loco addendum est, hanc regulam non de præcisâ & absolutâ necessitate esse intelligendam, sed imminens quoque majus periculum & damnum aliquando ex non licito licitum facere, *dd. text.* adde *l. 1. l. 2. cum ll. seqq. C. de fer.*

Denique 3. observa, quod in dubio quis præsumatur licitè & juris sui tuendi causâ, non autem alterius vexandi gratiâ aliquid facere. Vid. *Wesenb. 1. consil. 21. n. 37. Bald. in l. item pupilli. n. 4. ff. de rer. divis. Regner. Sixtin. 2. cons. 10. n. 29.*

17. Liquidò.

Id eſt evidenter ac manifeſtè. Hinc *Ovid. lib. 3. de Ponto. Epiſt. 3. ad Maxim.*

Scis tamen & liquidò juratus dicere poſſe,
Non me legitimos ſollicitaſſe toros.

Sic liquidò jurare in *l. 18. ff. de jurejur.* eſt verè & apertâ ac manifeſtâ veritate jurare. Et paſſim legitur in ff. Liquidò compertum, liquidò approbatur, comparet, conſtat probatum &c. *Calvin. in Lexic.* hic.

18. Longè.

Adverbium hoc varias recipit ſignificationes. Nam interdum idem ſignificat, quod procul ſive longo intervallo. Et modò de loci ſpacio dicitur, ut ap. *Cic. pro Flacc. Longè omninò à Tyberi ad Caicum.* Modò de temporis intervallo, ut ap. eund *pro Syll. Tempus muneris dandi longè abeſt.* Interdum pro valdè poni Servius notat, citatque illud Saluſtii *bell. Catilin. Longè alia mihi mens eſt.* Atque hoc ſenſu legitur ap. Scævol. *in l. 39. §. 1. ff. de minor. 25. ann. & l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Interdum accipitur pro: multò, jungiturque comparativo aut ſuperlativo, ut penes *Cic. de Clar. Orat. Vir longè poſt homines improbiſſimus.* Et in *l. 38. in pr. ff. de condict. indeb.* dicitur, longè magis pro, multò magis. *in l. 36 ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* longè minus, pro, multò minus.

Accipitur aliquando etiam longè pro eo, quod Barbari dicunt à longe, *Virg. 2. Georg. Litora longè reſonantia.* Et longè Gentium ſignificat omninò longe: ſicut nusquam Gentium idem ſignificat, quod omninò nusquam. Quandoque ſignificat in infinitum, ut *in l. 15.*

§. 7.

§. 7. verb. cœterum longè res abibit &c. ff. de re Judic. quandoque magis aut valdè, ut *in. l. 1. §. 1. ff. de superfic.*

19. Lusoriè.

Ab hoc adverbio est: Lusoriè agere, quod dicitur de eo, qui cum adversario colludit, *l. 50. §. 1. ff. de Legat. 1.*

Lit. M.

ADVERBIUM I.

Magis.

HOc adverbium positum inter duo extrema inæqualia, habet vim comparandi, *Alb. de Perg. tract. de præpos. n. 69. Döring. Biblioth. JCtor. pag. 692. n. 70.* & in hâc significatione idem est quod plus. *l. 57. in pr. ff. de V. S. l. 4. ubi Gloss. de Jurisdict. l. 6. de Legat. 1. l. 18. ff. quib. mod. ususfr. vel us. amitt. l. 30. C. de transact. cum multis aliis adductis per Rebuff. in d. l. 57. verb. & qui magis. ff. de V. S.*

Quandoque etiam adverbium magis ponitur electivè, quando scilicet stat inter extrema contraria, ut: opto magis dives esse, quam pauper, *& in l. 17. §. 3. ff. commod. vid. Laur. Sylvan. de feudor. recogn. q. 109. n. 43. Rebuff. d. l. cum ibi adductis.*

Interdum non expressè ponitur, sed subauditur, ut *in. l. 7. pr. ff. depos. verb. quum posset non suscipere talem causam, quam decipere. l. 2. §. 6. ff. de judic. verb. alioquin compelletur judicium accipere, quam invenire eos, qui satis*

pro eo dent. & *l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. si cert. pet. verb. quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem quam specie.* Et hoc quidem more Hebræorum, qui hanc particulam sæpe subaudiunt, *vid. Calvin. in Lex. h.*

Legitur & quandoque quo magis, pro, quo minus, ut *in l. 3. ubi Azo & glossa interlinearis. C. de judic. cum simil. Alb. de Perg. d. l. n. 69. Petr. Enriq. part. oper. sec. opusc. 2. vel Dictionar. lit. M. n. 26. Cujac. ad l. 7. §. 2. ff. pro empt.*

Magis est, vel magis est ut, locutio est JCtis usitatissima, quæ significat verius est, potius est, ut dicamus, sic *Ulpian. in l. 26. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. African. in l. 38. pr. & Marcell. in l. 72. §. 4. in fin. ff. de solut. & liberat. adde l. 23. l. 46. ff. de neg. gest. l. 32. §. 8. ff. de recept. qui arbitr. l. 5. §. 1. ff. de legat. præstand. l. 10. §. 3. ff. quæ in fraud. credit. l. 22. pr. ff. de aquâ & aq. pluv. arcend. l. 3. §. fin. ff. quib. ex caus. in possess. eat. l. fructus 7. §. 12. ff. sol. matrim.* Et apud *Paulum in sententiis*, verba hæc: magis est, sæpissimè ponuntur pro: præstat, vel receptius est; ut in illo: uxores eorum, qui operantur, magis est ut instrnmento cedant, *Calvin. l. c.*

Item magis magisque ponuntur pro, frequentius, sic Imperat. Constantin. *in l. 1. C. de Veteran. lib. 12. ait: Magis magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere.*

2. Male.

Accipitur hoc adverbium variis modis, & significat modò pravè, nequiter, vitiosè, improbè; modò valdè, multum sive vehementer, item parum. Ponitur etiam pro incommode, anxiè, solicitè &c.

Male

Male verbis aliquem excipere dicimus pro, injuriâ afficere, Malè audire pro infamari, inquit Valla, crimina nostra audientes. Malè cedere i. e. malè succedere, sive accidere alicui, quod non sperabat. Malè emere dicitur, qui immenso pretio, vel non æquis conditionibus, aut etiam â malo auctore. Malè cogitare de iis, qui odium aut simultatem aliquam animis suis conceperint, solemus dicere: sed præsertim cum premitur odium, ultionis autem tempus atque occasio observatur.

In jure nostro sæpius dicitur malè agere quem vel nihil agere, quibus verbis nihil aliud intelligi volunt *Alciatus Parergon. lib. 4. cap. 14. Duarenus in lib. 4. de pact.* quam quod eum, qui nullam actionem habet, nihil agere: illum autem, qui actionem quidem habet; verum exceptione repelli potest, malè agere existiment. *Langebeccio autem cap. 17. in annot. ad ll. difficiliores,* hæc verba majorem vim ac potestatem habere videntur, atque olim cum adhuc judicia ordinaria in usu erant: illum malè petere vel malè agere fuisse dictum, qui per hoc incidebat in pœnam plus petitionis, remque consumebat: illum autem nihil facere vel agere, cui ex eo nullum erat periculum, idque probat ex *l. 4. ff. de compensat. l. unic. ff. quando dies usus fr. legat. ced. l. 36. ff. de reb. credit.*

Malè consumere; hâc phrasi utitur Paulus JCtus in *l. 32. ff. de minor. 25. ann.* cum ait: *solutæ sunt adolescenti pecuniæ, easque malè consumpsit.* Malè mereri pro nocere & incommodare legitur apud Tryphonium *in l. 31. in pr. ff. depos. verb. malè meritus publicè etiam egestate laborare debet.* Malè conceptum instrumentum dicitur, in quo barbarismus est admissus, seu ut Interpretes dicunt, ma-

la Grammatica, *l. 8. ff. de stat. hom. l. 54. ff. de manumiss. testam.* Malè promissum accipi aut super re malâ vel turpi: aut pro malè concepto, ex Archidiac. & Spieg. monet *Calvinus in Lexic. h.*

3. Malitiosè.

Hoc est, dolosè, callidè, insidiosè, fraudulenter, *apud Cic. lib. 3. Offic.* Sic, malitiosè edere rem mandatam, idem est quod, decipere; & malitiosè edere dicitur, qui dolo malo rem edidit. *l. 8. in pr. ff. de edend.*

4. Manifestè.

Adverbium hoc recipit naturam sui adjectivi. Manifestum autem quasi ad manus foris stans, dicitur, quod clarum & apertum est: ut, manifesta causa, *cap. de manifesta, 2. q. 1.* & manifesta turpitudo. *l. 38. ff. de jurejur.* & manifestum jus dicitur, *l. 22. C. de furt.* & offensa manifesta intelligitur, quæ vel per confessionem, aut evidentiam rei, vel probationem legitimam nota fuerit, *cap. cum olim. de Verb. Signif. extr. Jo. Bellon. Etymol.*

Manifestum secundum *Speculat. in tit. de noto. crim. §, sequitur de manifesto.* est publica vel clamosa proclamatio ex certâ scientiâ, & certis autoribus proveniens. *Et Bal. consil. 465. verb. visis dictis articulis, in fin. lib. 4. manifestum ait, nihil aliud est, quam verum divulgatum in populo.* Diciturque vulgò notorium, latè scilicet accepto vocabulo manifestum, quo modo notorium sub se includit; Strictè verò quando sumitur, est species separata à notorio, prout eleganter hæc discernit *Bart. in l. 4. ff. de religios. & sumpt. funer. addat. Calder. consil. 513. circa fin.*

verb.

verb. ex quibus, aliàs 15. de usur. Abbas consil. 2. in princ. lib. 2.

Manifestum crimen *Bartolo* dicitur, in quo quis est deprehensus, *in l. si quid fur. ff. de furt. adde eundem in l. hæredes palam 21. ff. qui testam. fac. poss. Abb. in cap. tertio loco. de probat.*

Et manifestum furtum intelligitur, quamdiu fur rem furtivam tenens, visus vel deprehensus fuerit, sive in publico sive in privato, vel à Domino vel ab alio, antequam eo pervenerit, quò perferre ac deponere rem destinaverit. *Calvin. in Lexic. voc. manifestum.* Priores autem ut Massurius scribit, furtum manifestum intelligi voluerunt, quod deprehenderetur, dum perpetraretur. De furum speciebus elegans extat *cap. apud Rhodig. lib. 10. ut ex Spieg. tradit idem Calvin. l. c.*

Manifestè constare dicitur, quod etiam ex conjecturis probabilibus constat, *l. testes 1. C. de testam. & quemadm. testam. ordinent. ubi Jason.*

Plura de manifesto, quotuplex sit, qualiter probetur manifestum esse vel non? *vid. Dominic. Cardin. Tusch. Practicar. conclus. lit. M. conclus. 71. & 72. Joan. Bertachin. Repertor. vocab. manifestum.*

5. Mansuete.

Idem est ac placidè, clementer. *Ita Cic. pro Marcell. At verò, inquit, cum aliquid clementur, mansuetè, Justè, moderatè, sapienter factum in iracundiâ præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens & superba est, aut audimus, aut legimus, quo studio incendimus, ut eos sæpè, quos nunquam vidimus, diligamus.*

st

Est hoc adverbium à mansueto. Mansuetum autem dictum putat *Paulus apud Festum lib.11.* quasi ad manum venire suetum, vel (ut aliis placet) neque ex misericordia mœstum, neque ex crudelitate sævum, sed modestiâ temperatum. *Calvin. in Lex. h.*

6. Mature.

Id est, tempestive, ad tempus, vel in tempore, hinc *Salust. in bell. Catilin. Prius quam incipias consulta, at ubi consulueris, maturè opus est facto.* Quandoque significat citò, ante tempus. Juxta sententiam *Cæsar. Augusti*, maturè fieri dicitur, quod nec citius fit, nec serius, ita ut per hæc (ut ipse solitus est dicere) tarda acceleratio exprimatur. Id quod *Servius & Donatus super Æneide Virgilii, & alii* tradiderunt. Idem & *Baldus* sentit *in l. 2. §. 8. ff. si quis caution. in Judic. sist.*

Occasione hujus adverbii addere lubet, quod maturi fructus propriè ii dicantur, qui neque crudi, neque mites, neque nimium cocti, sed in tempore temperati proveniunt, ut *in l. 13. §. 10. ff. de act. empt. & vend.* §. 36. *Inst. de rer. divis.* Hoc igitur sciendum, (Maturè) dictionem, semper properationem quandam in se habere, modò tamen remissiorem, modò concitatiorem; remissiorem, ut quando *Virgil.* inquit: *cœlo properanda sereno maturare datur.* Vehementiorem cum inquit: *Maturate fugam.* Quamvis aliter exponat Sipontinus, quem meritò irridet Doletus. *Vid. Calvin. in Lex. h. & ab eo allegat. Gell. lib. 10. noct. attic. cap. 11. Macrob. l. 7. cap. 8.* Hujus adverbii superlativo: maturissimè, utitur *Papinian. in l. aliquando 5. ff. de offic. Proconf. & Legat.* cui opponi-

ponitur tardissimè. Legitur etiam maturrimè, per contractionem.

7. Maxime.

Est adverbium qualitatis, *Alb. de Perg. d. tr de præposit. n. 67. Döring. Bibliothec. JCtor. pag. 693. n. 71.* & præclarum in jure habet usum. Ponitur enim aliquando intensivè, aliquando correptivè, nonnunquam comparativè, secundum *Alb. de Perg. d. l. Capyc. decis. 163. n. 2.* estque dictio implicativa casus etiam non expressi, ac importat idem esse in casu contrario. *l. 16. l. 30. ff. de re judicat. Authent. Habita. C. ne fil. pro patr. verb. maximè divinarum &c.* ubi vocabulum maximè ponitur non exclusivè, quasi excludat aliarum Facultatum Professores, sed implicativè, ut omnes & singuli, cujuscunque sint facultatis, hujus authenticæ privilegiis gaudeant, *Magnif. Dn. Præses disputat. 2. ad Auth. hanc. §. porro.*

Quandoque tamen abundat, quemadmodum & dictio: præcipue, potissimum, ut est *glos. in l. fin. §. 1. in verb. maximè. C. de testament. manumiss. l. 1. C. de rescind. vendit. & l. nec ambigi. ibique etiam gloss. & Cyn. C. de donat. adde Zas. ad l. 1. §. 9. ff. quod legator.* ubi dicit: quod vocabulum maximè interdum abundet & nihil operetur, interdum verò apponatur propter emphasin vel epithasin, vel propter ornatum aliquem, *vid. Magnif. Dn. Præs. d. l.*

Adverbium igitur maximè, ut ex *Briss. tradit. Calvin. in Lexic.* plerumque ita accipiendum est, non quasi aliàs idem sit, sed quasi aliàs idem non sit. Et idem valet quod utique, ut *in l. 9. ff. de usucap.* ubi dicitur, quod

usucapionem recipiant maximè res corporales. Quod non ita accipiendum est, ac si etiam res incorporales usucapi possint. Hoc enim à juris ratione est alienum, sed quasi corporales solæ. Ita etiam *in l. 3. ff. de concubin.* pro demûm legitur, quando ibi traditur, quod in concubinatu possit esse & aliena liberta & ingenua, & maximè ea, quæ obscuro loco nata est, vel quæstum corpore fecit: ubi maximè eam pro eam demum dictum sequentia verba indigitant. Alioquin si honestæ vitæ & ingenuam mulierem in concubinatu habere maluerit, sine testatione hoc manifestum faciente non conceditur. vid. *l. in bello. 12. §. 4. ff. de captiv. & postl. revers. & Borcholt. de pact. c. 5. num. 69. & in tract. de gradib. p. 168. & seqq. Bronchorst. cent. 1. ass. 30.* Simili modo *in l. 2. C. an serv. pro suo fact. teneat.* Imperator Antoninus ait: *creditoribus tuis, qui tibi in servitute mutuam pecuniam crediderunt, nulla adversus te actio competit, maximè cum tibi peculium non esse legatum proponas.* Maximè. Nam si peculium proponeretur legatum, contra esset dicendum, *l. 2. §. 10. ff. de dot. prælegat.*

Hoc modo vocem maximè etiam interpretandam esse *in l. 37. §. 3. in fin. ff. de legat. 3. l. 2. §. 2. ff. de hæredit. vel action. vend. l. 4. C. de pact. convent. & fortè in l. 41. ff. de re Judic.* post Brissonium putat *Calvinus d. l.*

Nonnunquam etiam adverbio maximè utimur pro multum, v. g. quando dicimus: Reipublicæ maximè interest, ut litium aliquis reperiatur finis, *l. ult. in pr. ff pro suo. & c. nonnulli 28. §. pen. de rescript. Magnif. Dn. Praes. decis. 99. n. 22.*

8. Mediatè.

8. Mediatè.

Germ. mittelbahrer weise/mit Mittel. Tot ferè significationes admittit, quot oppositum immediatè. In Jure publico cives Imperio mediatè subjecti ii dicuntur, qui non immediatè Imperatori & Imperio, sed aliis Superioribus & Statibus immediatis puta Electoribus, Principibus, Civitatibus &c. immediato subjectionis nexu devinciuntur, quibus etiam homagium & alia subditorum onera exhibent, *Reink. de Regim. sec. & Ecclesiast. lib. 1. Class. 5. cap. 11. n. 1.* Tales sunt in Imperio Principes mediati, quorum tres familiæ in Silesiâ numerantur; Lignicensis, Teschinensis & Monsterbergensis. Comites & Barones, qui Landsassii dicuntur, quales sunt multi Comites & Barones sub Electore & Principibus Saxoniæ: Comites von Hardeck sub Austriacis, Comites von Hohenstein sub Electore Brandeburgensi, Comites von Neugarten sub Ducibus Pomeraniæ & Episcopo Caminensi: & plures alii. *Limn. l. 4. c. 4. n. 94. Reink. lib. 1. class. 4. c. 14. n. 37. 38. & seqq.* Nobiles Landsassii, qui Principis alicujus territorio subsunt. Civitates municipales, Landstädte/ dictæ, R. A. *de anno 1544.* De quibus latè agit *Dn. Caspar. Ziegler. ad aur. prax. Nicol. Calvol. §. Landsassii. & seqq.*

9. Melius.

Comparativus ab adverbio benè, idem significat, quod longè utilius, commodius. *l. 57. ff. de hæred. petit. l. 17. ff. quod met. caus. l. 29. §. 6. de lib. & posth. hæred. l. 3. §. 1. ff. de suspect. tutor. l. 14. §. 1. solut. matrim. l. 9. § fin. de pecul.* & quandoque stat electivè non comparativè, *ut in gloss. in l. 2. C. de jur. emphyt. Joan. Bertachin. in Repertor. lit. M. vocab. melius.*

Melius æquius, formula erat judicii rei uxoriæ, quæ soluto matrimonio repetebatur. Hinc *Cic. lib. 3. Offic. Reliquorum autem judiciorum hæc verba maximè excellunt. in arbitrio rei uxoriæ, melius, æquius.* *Et in Top. In primisque arbitrio rei uxoriæ, in quo est, quod æquius melius. Javolenus in l. pen. §. fin. sol. matrim. verb. quia nec melius æquius esset, quod exigere vir ab uxore non potuisset &c. Proculus in l. 82. ff. de solut. & separat. verb. nec melius nec æquius esse existimarem eum fundum Sejæ reddi. vid. Calvin. in Lexic. h.*

Nota hic, quod melius sit occurrere in tempore, quam post illatum vulnus remedium quærere. *l. 1. C. quando lic. unic. sine judic. se vind. l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit.* Et melius sit munitiones & fortalitia tempore pacis parare, quam tempore belli; quia melius paratur ex commoditate, quàm ex necessitate. *Dominic. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 648.*

Sic quoque melius est, vel magis nostra interest, non solvere, quam solutum repetere. *l. 15. in pr. ff. de fidejuss. Cardin. Tusch. tom. 5. lit. M. conclus. 184. n. 5.* Et melius est pauca verba idonea effundere, quâm multis inutilibus homines prægravare, *l. 2. §. 16. C. de vet. jur. enucl.* quia verba superflua & inania solent stomachari prudentes, *Roland. cons. 39. n. 2. lib. 2. & lib. 3. consil. 61. in pr. quem* refert *Card. Tusch. tom. 7. lit. S. conclus. 55. n. 2.* Melius etiam nocentem dimittere, quam innocentem punire. *l. 5. ff. de pœn. Sæpius laudatus Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. A. conclus. 41. n. 3. & tom. 5. lit. O. conclus. 55. n. 2.*

Melius fieri non videtur, quod contra Domini voluntatem fit, ut rectè ex Celsi responso *l. quamvis 8. ff. de usufr.*

usufr. & quemadm. quis utat. post Spieg. colligit *Calvinus d. l.*

10. Membratim.

Id est, per membra singula: *Sic Cic. in Part. Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim, gesti negotii suspiciosa explicatio.*

11. Memoriter.

Græcè: μνημονικῶς, Idem significat, quod imperiti dicunt: Mente tenus. Legitur ap. *Cic. de Amic. & alibi.* Hæc autem dictio venit à memoria, quæ vis est mẽtis, qua retinemus, quæ cognovimus. Et memoria Principis est genus procurationis eorũ, qui annotationes dictabant & emittebant. Memoriam retractare in *l. 2. ff. ne de stat. defunct.* idem est, ac de statu defuncti querere. Et memoria mortuorũ damnata dicitur, qui majestatis & perduellionis criminibus post mortem damnantur. *l. 32. §. 7. ff. de donat. inter vir. & ux. l. 6. §. 11. ff. de injust. rupt. & l. 2. C. qui testam. fac.* Quomodo autem damnetur memoria defuncti, vid. *Farinac. quæst. 10. n. 83.* Hinc & venit memorialis, & memoriale, quod ad memoriam pertinet, & nos facit recordari. Et in jure nostro civili memoriales adjutores vocantur quæstores ex diversis scriniis assumti, qui leges & rescripta perscribebant, aut perscribi curabant, de quibus agitur in *l. hac parte. 10. & l. seq. C. de proxim. sacror. scrinior. libr. 12.*

12. Mendose.

Hoc est, incorrectè, inemendatè. Hinc eleganter

Cic. lib. 3. ad Q. Fra: De Latinis verò, inquit, *quo me vertam, nescio, ita mendosè & scribuntur & veneunt.*

13. Merè.

Hoc descendit à mero, & hoc adverbio frequenter utuntur nostræ ætatis JCti pro puro, inque hanc significationem etiam accipitur apud *Papin. in l. 27. ff. de donat.* & *a Cic. lib. 2. de Orat.* quando ait: *Ecce, tibi exortus est Isocrates magister istorum omnium, cujus è ludo, tanquam ex equo Trojano meri Principes exierunt. Calvin. in Lex. hic.* Hinc merum dicitur factum, quod ab omni datione sejunctum est. *l. 98. §. 1. de solut.* Merum officium Prætoris, quod à judicis officio secretum est. *l. 5. in pr. ff. de V. O.* Mera pœna, quæ à rei persecutione sejuncta est. *l. 1. ff. de eo per quem fact.* Vid. *lexic. jurid. Prat. ad d. voc.* Merum imperium, quod in rerum capitalium quæstionibus versatur, & à privatarum rerum jurisdictione secernitur. *l. 3. ff. de jurisdict.* Merum jus, quod pro stricta juris ratione accipitur. *l. 31. ff. de pos. l. 16. ff. de minorib. l. 36. ff. de admin. tut.* Merum jus gentium, quod à civili sejungitur. *l. 31. pr. ff. de pos.* Mera negotiorum gestorum actio. *l. 14. §. 13. ff. de religios. & sumptib. fun.* Mera voluntas, i. e. libera. *l. 75. ff. de legat. 1.* Mera donatio. *l. 28. ff. de pact. dotal.* Mera æstimatio. *l. 62. ff. de jure dot.* Merum principium. *d. l. in bello, 12. §. 5. ff. de capt. & postl. rev.* Ita *in l. 16. in pr. ff. de minorib.* dicitur, quod qui communi auxilio & mero jure munitus sit, non debeat ei tribui extraordinarium auxilium, quod procedit, si hoc non sit utilius. Conditio mera. *l. 82. ff. de condit. & demonst.* ubi etiam dicitur, quod merum mixto opponatur.

14. Me-

14. Merito.

In jure ponitur pro justâ ex causa, ut in *l. 1. §. fin. ff. si pars hered. petat. vid. Calvin.*

15. Militariter.

Id est, pro more militari, *l. 4. §. 9. ff. de re milit.* ubi dicitur: qui post desertionem in aliam militiam nomen dederunt, legive passi sunt, Imperator noster rescripsit, & hos militariter puniendos. Sic militariter ornatus legitur apud *Tacit.* & militariter ambulare apud *Vopisc. in Aurel.* & militariter armatus apud *Apulej. lib. 9. de Asin. aur.*

16. Minaciter.

Significat jurgiosè & cum minis, ut apud *Liv. lib. 2. Minaciter fremunt.*

17. Minus.

Est adverbium còmparandi, *Alb. de Perg. tr. de præpos. n. 70. Döring. Bibliothec. JCtor pag. 693. n. 72.* & dicitur multis modis, corpore, tempore, qualitate, quantitate & similibus. Et non semper retinet vim comparativi: unde quod non accepi, rectè dixero, minus recepisse: & minus tribuere videtur, qui nihil tribuit. *l. 7. §. 2. ff. de tribut. act.*

Minus quoque fecit, qui nihil ejus, quod promisit, fecit, quam qui incepit quidem & negotium inchoatum reliquit imperfectum. *l. 32. l. 101. ubi Gadd. n. 1. de V. S.* plus enim abest illi, qui nihil, quam qui aliquid recepit, *l. 52. ff. de fidejuss. & mandat. l. 116. de V. O.*

Minus

Minus ſolviſſe dicitur, qui ſuâ die non ſolvit, qui integram ſummam non obtulit, qui partem debiti ſolummodò præſtitit, *Gedd. ad l. 12. §. fin. ff. de V. S.* Minus item ſecundum Caium ſolvit, qui tardius ſolvit. Nam & tempore minus ſolvitur. Minus verò ſolviſſe videri non poteſt is, adverſus quem amplioris ſummæ actio non competit, ut ait *Modeſt. tit. de verbor. ſignif.*

Nonnunquam etiam ſumitur minus pro, magis, ut: nihil ominus pro, nihilomagis, *l. 13. §. fin. C. de judic. l. 2. §. 1. ff. vi bonor. raptor. Döring. all. loc.* item minus dicitur, & plus ſignificatur. *l. 2. §. 5. ff. de V. O. Anton. Fum. tr. de conjunction.*

Denique adverbium minus, ſi poſitivo adjungatur contrariæ ſignificationis, comparativum demonſtrat, ut: minus ſtultus, i. e. prudentior. *Calvin. d. l.* Hic notanda eſt regula: quod cui minus non licet, eidem quoque non licebit, quod majus eſt. *Cubach. libr. brocardic. c. 19. broc. 2.* Quomodo procedat argumentum à majori ad minus, & à minori ad majus, tradit *Nic. Everhard. loc. 15.*

18. Minime. Minimum.

Eſt adverbium negandi, & idem eſt ac non. Hinc minimè omnium pro nullo modo. Nam minimè Gentium dicebant veteres, pro eo quod eſt, omnium Gentium Judicio minimè faciendum eſſe. Interdum plus eſt quam non, nempè in reſponſione negativa: id quod vulgo dicitur abſit, pro non, apud JCtos frequens eſt. *Calvin.*

Differt ab adverbio minimum, quod eſt quantitatis. Minimum enim doctus dicitur, qui pauxillum eſt

doctus;

doctus; minimè verò doctus, qui planè est indoctus. Minimum etiam usurpatur pro, saltem, ad minus, ut minimum. Sic *Varr. Harum singula gerera minimum in binas species dividi possunt.* Quanquam & aliquando adverbium minimè in hâc significatione accipiatur, ut ap. *Colum. lib. 1. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minimè novem.* Jungitur autem minimum, ut cætera adverbia quantitatis cum genitivo, *Cic. de Amic. Quod si ita esset, ut quisque valetudinis minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus.*

19. Modicè.

Hoc adverbium secundum *Calvin.* non semper à pauco, sed à modo quandoque deducitur: ut modestiam designet, quæ inter parum & nimium versatur, non paucitatem. Hinc modicè facere, i.e. cum modo æquo & pari vel temperatè. *vide Gellium lib. 12. Noct. Attic. cap. 13.* Aliquando tamen modicè idem etiam videtur significare, quod parum, ut apud *Plin. lib. 6. cap. 22. Ædificia modicè à terrâ extantia.*

20. Modicum.

Est adverbium qualitatis, *Alb. de Perg. d. tr. n. 66. Döring. Biblioth. JCtor. pag. 693. n. 73.* & aliquando spatium trium, quandoque decem, interdum & triginta dierum, vel etiam duorum mensium denotat. *Alb. de Perg. d. l.*

Est à modico, modicum autem pro nullo reputari *ex l. 4. de in integr. restit. l. 4. §. fin. ff. de ædilit. edict.* probant *Anton. de Burrio in c. 2. post Gloss. 2. de regular. Paris. de Puteo in tract. Syndicat. verb. tortura n. 1. 2. 3. Wesenb. 2. cons. 13. n. 5.* sicut & res, quæ non adeò magni sunt mo-

 menti,

menti. Hinc rei levis & modicæ non dari revocationem, ex aliis probat Althus. *Dicæolog. lib. 1. cap. 82. n. 20. vid. Cujac. ad cap. 3. X. de Sponsal.* Ita modica mutatio substantiam non immutat. *Speculat. tit. de libell. concept.* §. *nunc ostendamus. n. 6. 7. 8.* nec etiam damnum magnum in morâ modici temporis videtur. *l. 21. ff. de judic.* nec modica inæqualitas in considerationem trahi solet, *Pantschman. 2. quæst. practic. 16. n. 60.* ita modicum intervallum non est intervallum. *l. 6.* §. *3. ff. de duob. reis.* nec modicum vulnusculum in se delictum habet. *l. 1.* §. *8. ff. de ædilit. edict. l. 4. eod.* idem etiam extendi ad impensas modicas videmus *in l. 12. ff. de impens. in rem dotal. fact.* quod etiam de dote exigua dicit *Gail. 2. obs. 88. n. 20.* Quænam autem res modica sit, ex judicis arbitrio æstimatur. *Menoch. cas. 133. lib. 2. arbitr. jud. Althus. d. l.*

Ex his natum est illud brocardicum: *Minima non sunt in consideratione, sive de miminis non curat Prætor. l. 4. ff. de in integr. restit. l. 4. in fin. ff. de ædilit. edict. l. 37.* §. *1. de evict. l. 1. C. si advers. vend. pignor. Jason. in l. 15. n. 7. cum seqq. ff. qui satisdar. cogant.* latè *Cravett. cons. 182. n. 14. 15. & seqq. Leo Valent. decis. 113. n. 19.* Ita res sacræ, religiosæ, & sanctę cum universitate vendi possunt, si sint modicæ, *Auth. perpetua. ibique Dd. C. de SS. Eccles.* Item probatio per juramentum admittitur, ubi agitur de modicâ summâ, & sola indicia & præsumtiones admittuntur, ubi agitur de modico præjudicio, solaque fama tunc probat. Hinc dicitur, quod in causis minimis unus testis. *Gloss. & Bart. & Dd. in l. 13. ff. de jurejur.* plenam fidem faciat, quia in minimis fraudis præsumtio excluditur. *l. 8. ff. de transact.* & ob minimum nemo præsumitur animam

 suam

ſuam damnare. *gl. in verb. pretii cap. etſi quæſtiones. 18. de Simonia. Hontbem. lib. 1. de art. Notar. cap. 27. n. 20. adde Dominic. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. M. concluſ. 239. per tot.* Ex quo etiam inferunt Dd. communiter, cauſas parvas ſeu modicas ad Proceſſum ordinarium nunquam eſſe remittendas, propterea quod ſumptus Ordinarii Proceſſus abſumere ſoleant id, de quo eſt controverſia, *Menoch. lib. 2. arbit. quæſt. caſ. 72.* imò Actorem de re minimâ conquerentem à judicio repellendum dicit *Dn. Carpzov. part. 1. Conſt. 1. def. 9.* Vid. Althus. *dicæolog. lib. 3. c. 54. n. 6.*

Hæc tamen omnia cum grano ſalis accipienda, inque terminis habilibus intelligenda ſunt. Aliquando enim & modica attendi patet ex iis, quæ refert *Cujac. lib. 7. reſponſ. Modeſtini in l. 72. de furt.* ubi multis exemplis oſtendit: non erubeſcere juris Autores aliquando etiam de rebus minimis jura condere. Nam in re parvi momenti etiam religioſi eſſe debemus, ut vel adſueſcamus ſemper eſſe hujusmodi. *Cujac. ad l. 60. in fin. de furt. tract. 18. ad African. p. 119.* Et res minimâ pauperi major eſſe poteſt, quam diviti magna ſumma: Nam & parvæ res, ſi de juſtitiâ agatur, magnæ ſunt, ut ex *Auguſtin. lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 16.* dicit *Steph. Nathen. tract. de juſtit. vulner. tit. 2. cap. 6. n. 1.* quippe juſtitia ſuum cuique tribuens non diſtinguit inter magnum & modicum, ut ex *Valaſco in Praxi partition. part. 40. n. 4. & ſeq.* tradit *Steph. Nathen. d. l.* ubi ex dicto *Valaſco & Covarruviâ lib. 1. var. reſol. cap. 3. n. 11. Menoch. lib. 2. A. I. Q. cap. 75. n. 2.* etiam minoribus ex modicis dari reſtitutionem, refert, cum quibus etiam ſentit *Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vend. part. 1. cap. 1. n. 25. ſeq. & alii citati à Dn. Brunnemanno in Pro-*

cessu Jur. civil. cap. 1. n. 35. & seq. quippe tunc demum propter satis minimam rem restitutionem non dari, quando majori summæ vel rei præjudicatur per *l. 4. ff. de in integr. restit.* v. g. si pluribus rebus venditis læsio sit in unâ tantum eàque parvâ, habito respectu ad rem vel quantitatem amittendam, si à toto contractu discedatur. *Accurs. ad h. l. 4. & Donell. ac ibi Hillig. in not. lib. 21. cap. 12. lit. P.* Unde etiam eleganter *in not. ad Nov. 69. cap. 1.* dicitur: *quamvis res, de quâ agitur minima videatur, justitiæ tamen ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis debet æstimari. Nam quod aliis vilissimum esse videtur, hoc aliis pretiosissimum est, confer. Cujac. in Com. ad N. 69. cap. 1.* Quod si igitur in re miminâ justitia administranda est, & illa rectè administrari potest sine ambagibus illis processus ordinarii exigente id publicâ utilitate, utique id etiam in majoribus summis fieri potest eadem publicâ utilitate suadente. Justitiæ enim uti dictum, est, ne quidem in minimis lædere. *Adde Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. M. conclus. 238. & 239. Tiraqu. in tr. de judic. in reb. exig. ferend.*

21. Modò.

Est adverbium temporis & significat vel tempus præsens vel mox præteritum, vel nondum præteritum sed statim futurum, & aliquando est ordinandi, & diversimodè consideratur secundum *Alb. de Perg. d. l. n. 71.*

Significat igitur interdum idem quod nunc, ut *in l. 35. §. 5. ff. de contrah. emt. vend.* Aliquando præcedit dictionem, si; vel sequitur & accipitur pro, dummodò, vel pro si modò, ut *in l. 4. de offic. Assessor.* Nonnunquam sumitur pro aliquando, interdum, ut *in l. 45. ff. de ædilit. edict.*

edict. Rebuff. ad l. majore parte 157. verb. si modò ff. de V. S. vid. Döring. Bibliothec. JCtor. pag. 693. n. 74. Ponitur quandoqne etiam pro, ita demum, ut *in l. 6. in pr. ff. de neg. gest. Anton. Fum. in tract. de conjunct. n. 71.*

22. Mox.

Itidem est adverbium temporis, secundum *Alb. de Perg. loc. cit. n. 71. Döring. d. l. n. 75. Vid. l. 5. ff. locat.* & multipliciter exponitur pro subjectâ materiâ, ut consuluit *Alex. cons. 115. in causa col. 2. vol. 3. & in l. 35. ff. de negot. gest.* & subjectâ personâ, ut latè ponunt *Moder. in l. 1. super gloss. in verb. Mox. ff. de reb. credit. si cert. pet. & Alber. in diction.* Inter ejus diversos effectus notat, quod per hanc decisionem singularem decidit *Bald. in l. quoniam. 18. l. 1. C. de appellat.* quod appellatione desertâ non detur Judicatis tempus quatuor mensium ad solvendum secundum dispositionem *l. 1. & 2. C. de usur. rei Judic.* sed debet fieri executio statim, per illum textum, qui dicit: *moxque debitum exigatur in d. l. 18. C. de appellat.* & hoc dictum multum commendat *Ludov. Rom. in l. 1. §. 1. ff. de V. O. & Alex.* qui dicit, quod procedat in quovis debitore, *cons. 61. & si puto. colum. fin. lib. 3. per gloss. ord. & communiter approbatam in l. 2. de temp. & repar. appell.* quod tamen simpliciter verum non est, nisi in fisco, & reprobatur per *D. Alexand. in l. 4. §. 5. in 1. col. & in l. 31. in 3. col. vers. item fallit. ff. de re judic. & alios,* quos citat *Calvin. in Lex. Jurid. vocab. mox,* quem omninò vide.

Regulariter igitur adverbium, mox, denotat velocitctem, & habet vim latæ sententiæ, & propriè accipitur pro, confestim & sine intervallo, *Joan. Guter. de contract. Jurat. c. 62. n. 4.* Interdum tamen significat etiam inter-

vallum quoddam temporis. *l. 11. §. 8. ff. de interr. in Jur. faciend. Rebuff. ad l. anniculus 134. verb. statim. ff. de V. S.* ubi idem de dictione, quàm celerrimè, quàm ocyssimè statuit. Hinc *Calvinus loc. cit. ait: Mox particula in Jure nostro pro, post aliquod temporis intervallum accipienda est, sicut apud probatos Scriptores sumitur, quod secundum cujusque rei naturam vel plus vel minus temporis recipit;* & teste *Oldendorp.* non est alius hujus verbi modus significandi, quàm qui secundum præsentem materiam videtur idoneus; ut proindè ex mente *Spiegelii* rectè admonuerit *Zas.* Supervacaneè laborasse Dd. in plerisque locis juris, quid vocula hæc importet. *Addat. Döring. loc. cit. & Anton. Fum. d. tract. n. 71.*

23. Multifariam.

Id est, variè, multimodis, vel multis modis. *l. 7. ff. de incend. ruin. naufrag.* Sic plurifariam. *in l. 1. ff. de in integr. restit.* & trifariam, pro, pluribus & tribus: ut omnifariam pro, omnibus modis *in l. 14. C. de contrab. & committ. stipul. Calvin. in Lex.*

24. Multò.

Adverbium hoc cum dictionibus: alius, aliter, secus, ante, post, præsto, malo, antecedo, excello, item cum comparativis & superlativis aut eorum vim habentibus, elegantem in oratione usum habet. In jure, multò post, triennio allii, alii quinquennio claudunt. *Calvin. d. l.*

25. Multum.

Hoc adverbium diversimodè exponitur, & aliàs qualitatis est, aliàs quantitatis, *Alb. de Perg. d. l. n. 68.* In Jure enim interdum pro biennio, quinquennio & ulteriori

riori tempore sumitur, ut proinde quid multum dicatur, id arbitrio judicis ex subjectâ materiá dijudicandum, committatur, secundum *gloß. in c. latores. de Cler. excom. Rebuff. ad l. 158. verb. multum. ff. de V. S. vid. Döring. d. l. n. 76. Anton. Fum. loc. cit. n. 68.*

Lit. N.

ADVERBIUM I.

Naturaliter.

IDest, à naturâ, vel secundum naturam, κατὰ φύσιν. Hinc *Cic. de Senect: Quod enim homini naturaliter insitum est, eo uti decet.* Et *Colum. lib. 3. cap. 16. Naturaliter infœcunda vitis.* Amplissimum in jure habet usum & multitariam accipitur. Interdum enim honestatem, æquitatem, aut naturalem rationem significat, ut in *l. 25. §. 11. ff. de hared. pet. l. 1. in pr. & l. 16. §. pen. ff. de minor.* Interdum verò per rerum naturam, *l. 7. ff. de R. I.* ut quæ inter se pugnant naturaliter, sc. aliquem testatum & intestatum decedere. Interdum, ex naturali causâ & â naturâ, non manu facto opere, *l. 20. §. 1. ff. de servit. præd. rustic. l. 1. §. 1. ff. de aqu. & aq. pluv. arc. l. 45. ff. de usur.* uti sunt fructus, qui rei & beneficio naturæ principaliter proveniunt, quibus opponuntur fructus industriales, qui principaliter requirunt diligentiam curamque hominis. *l. bonæ fidei. 48. in pr. ff. de A. R. D.* Denique naturaliter significat, corporaliter, &, si ita dicere licet, realiter, ut in *l. 53. ff. de A. R. D.* ubi verba illa: quod naturaliter acquiritur, idem signifi-

ſignificant, quod facto ipſo realique & corporali apprehenſione, & *in l. 49. pr. ff. de ſolut.* ubi Marcianus ait: *Solutam pecuniam intelligimus utique naturaliter, ſi numerata ſit creditori.* Ita dicimus: naturaliter tenere, apprehendere, posſidere, i.e. corpore & actu, *l. 35. ff. famil. herciſc. l. 3. §. fin. ff. ad exhib. l. 2. §. 1. ff. pro hæred. l. 7. §. 11. ff. comm. divid. l. 1. in pr. l. 11. l. 23. in pr. ff. de acquir. vel amitt. poſſesſ. l. fin. §. fin. ff. de precar. l. 4. §. 13. ff. de uſucap.* Cum enim quis poſſesſioni incumbit, & corpore eam contingit, uſumque rei apprehenſæ percipit, is naturaliter tenere posſidereque dicitur, (mit der That beſitzen/ würcklich einhaben / nieſſen / brauchen.) Sic naturalem poſſesſionem accipimus. *l. 38. §. 10. ff. de uſur. l. 1. §. 9. ff. de vi & vi arm. l. 3. §. 3. ff. de acquir. vel amitt. posſ.* quæ corporalis & facti poſſesſio appellatur à JCtis *l. 1. §. 15. l. 23. §. 1. l. 24. l. 25. §. 2. l. 29. l. 51. ff. de acquir. poſſeſ. l. 40. §. fin. ff. de pign. act.* Neque etiam aliter naturalis poſſesſio dicitur, quam naturalis datio, *l. 8. ff. de pecul.* Adde *Calvin. in Lex. hîc.*

Naturaliter etiam eum posſidere conſtat, qui contra leges donatum accepit, ut ſi quid uxor viro donaverit; id enim vir jure dominii non posſidet, cùm ſciat aut ignorare non debeat, inutilem donationem eſſe, ſed naturaliter volente domino, qui ei poſſesſione cesſit, & competunt ei interdicta poſſeſſoria, *l. 1. §. 4. ff. de acquir. poſſesſ. l. 1. §. 9. ff. de vi & vi arm.* Naturaliter quoque non civiliter posſidet is, qui precario rogavit, ut ſibi posſidere liceret. *l. 15. §. 4. ff. de precar.* vid. *Cujac. 9. obſ. 33.*

Naturali autem poſſesſioni opponitur civilis. Qui enim verè rei non inſiſtit, neque uſum percipit, is per inter-

interpretationem legis civiliter possidere dicitur, *l. 35. ff. famil. hersc. l. 12. ff. de acquir. possess.* Et possessio eodem quoque modo, quo naturaliter constituitur, naturaliter interrumpitur, i. e. facto naturali & corporali, cum scilicet quis de possessione vi dejicitur, vel res mobilis ei eripitur *l. 5. ff. de usucap.* Ita etiam naturalem obligationem Paulus *in l. 126. §. 2. ff. de verb. oblig.* dixit, quæ ex naturali facto, i. e. numeratione oritur, ad differentiam ejus, quæ verbis fit. Undè naturaliter obligatio solvi dicitur numeratione, præstatione, vel solutione rei debitæ ante moram, *l. 107. ff. de solut. l. fin. C. ad exhib.* Sed plura de obligationibus naturalibus vide *apud Calvin. loc. cit. & passim penes Dd.*

Præterea *in l. in causæ cognitone. 16. §. idem Pomponius. 4. ff. de minorib.* dicitur, in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire. Quod Accursius *in gl.* intelligit de jure naturali, Gothofredus autem *ibid.* de jure gentium, vel secundum naturam, *per l. item 22. §. ult. ff. locat.* ubi idem statuit. Sed Anton. Faber *in rationalib. ad d. l. in causæ cognitione. 16. §. 4.* hanc explicationem rejicit, & vocabulum naturaliter refert ad naturam & substantiam contractus, *per l. si voluntate. 8. C. de rescind. vendit.* Deinde existimat, hoc idem esse quod revera, aut quod est in reipsa. Circumventio enim *in d. l. 16.* permittitur, quæ reipsa & incuria contrahentium, citra fraudulentum eorum consilium, & quæ leviter, non verò enormiter contingit. Propterea illa *in l. rem majoris. 2. C. de rescind. vendit.* est restricta, ita ut venditio ratione læsionis ultra dimidium justi pretii rescindi queat. Dn. Præses *Decision. part. 2. Decis. 99. n. 10.*

 & seqq.

& seqq. Hic etiam notandum venit, quod naturalis Justitia, *teste Old.* ponatur pro æquitate, apud Modestinum *in l. 13. §. 6. ff. de excus.* §. *si quis à non Domino & §. per traditionem. 40. Inst. de R. D.* Naturalis condictio, ut est indebiti soluti, dicitur, quod ex æquitate naturali proficiscatur. Et naturalis ætas est, quæ minor est triginta annis, legitima verò, quæ major est anno trigesimo. Non quod ætatem majorem triginta annis natum, natura non agnoscat (quoniam omnis ætas naturalis est) sed quod specialiter lex ætatis, quæ annos triginta excedit, meminerit, ideo dicitur hæc esse legitima. *Calvin. d. l.* Naturales filii JCtis dicuntur, qui ex concubina ea, quæ matrimonio duci poterit, nascuntur, de quo ut & de naturali avo, patre naturali, & naturali fratre vide *eund. l. c.*

Deinde *in* §. *ult. Inst. de J. & J.* dicitur privatum jus tripartitum, & collectum esse ex naturalibus præceptis, aut Gentium, aut civilibus. Quod iisdem verbis repetitur in l. 1. §. 2. ff. eod. Et in *tit. seq.* agitur de J. N. G. & C. ubi *in pr. & d. l. 1. §. 3.* Jus naturale definitur, quod natura omnia animalia docuit. Hoc autem in largissima significatione solo instinctu & inclinatione naturali constat, & ita tàm hominibus, quam cæteris animantibus est commune. Jus vero naturale in stricta & propria significatione acceptum hominibus tantum convenit, & in sola naturali ratione consistit, eaque à brutis distat. Pichard. *ad pr. Inst. de J. N. G. & C.*

Quæcunque igitur homines soli faciunt, & quidem ex ratione naturali omnibus gentibus communi, ea jure Gent. fecisse dicuntur, quæ vero faciunt ex ratione civili, dicuntur

dicuntur juris civilis. Et ita ratio naturalis discernit jus naturale & Gent. à jure civili: & ratio civilis discernit jus civile à cæteris. Cujuscunque igitur juris initium & ratio impellens spectari debet, *per l. 9. ff. de J. & J.* Cum itaque jus naturale & Gentium pro forma habeant rationem naturalem, non formaliter, sed tantum materialiter differunt, quia materia juris naturalis est omnib. animantibus communis, juris gent, autem est propria hominum. Jus vero civile à jure naturali differt in materia & forma: in materia, quia non versatur circa res communes cum brutis: in forma, quia pro forma habet rationem civilem. Hinc fit, ut quandoq; jus naturale & gentium confundantur. *§. 1. & 11. Instit. de R.D.*

Quomodo autem naturalia à civilibus distinguantur, consule *Calvin. d. l.* Et an naturalia, si concurrant cum accidentalibus, præferātur, tradit *Ægid. Bellam. consil. 43. in princ.* quem refert *Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. N. conclus. 8. n. 1.* An naturalis conjectura prævaleat accidentali, *Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. qu. 95. n. 55.*

Huc pertinere videtur, quod nullus sit contractus, qui non propriam quandam à lege sibi attributam habeat naturam: quæ nihil aliud est, quam adjuncta quædam qualitas, ex qua virtus contractus proficiscitur. *Bald. in l. 27. §. 2. de pact.* Quæ tamen pacto mutari potest. *Bl. in l. 1. C. de usufr.* Quæ verò contractus naturam respiciunt, præsumuntur, & quamvis expressa non fuerint, tamen tacitè inesse intelliguntur. *l. 11. §. 1. ff. de actionib. empt. & l. 3. ff. de R. C.* Dn. Præses *in tr. de contractib. disput. 1. th. 8.*

Præterea *in §. pen. Inst. de Attilian. tut.* dicitur, quod

impuberes in tutela esse, juri naturali conveniat. Quod de minoribus etiam dicitur *in l.1.pr.ff.de minorib.* Quæ verba communiter intelliguntur de judicio seu dictamine rationis, quod à natura animis hominum est insitum. De jure naturali etiam dicitur, quod sit perpetuum, & immutabile, nulloque jure civili dirimi possit. §. *11. Inst. de J.N.G. & C. & l.8.ff.de R.J.* quod procedit, nisi postulante Reipubl. necessitate temperamentum à jure civili recipiatur, *l.6.ff. de J. & J.* ex qua colligitur, quod jus civile quandoque effectus juris naturalis & gent. impediat.

Porrò in *§. quod si naturali. 23. Inst. de R.D.* naturalis alveus pro pristino sumitur, & opponitur derelicto, qui sc. mutatus est, & quando flumen aliò delabitur, novumque alveum fecit.

Denique hîc notandum, quod naturaliter ad mortuum pertinere videatur locus, in quem infertur, *l. 4.ff. de religios.* Item, quod illud, quod naturaliter non potest fieri, etiam non possit fieri secundum legem positivam, ejusque ordinationem, *l. 14.ff. locat. l. 28. ff. de vulg. & pupillar. substit. l. 29. §.7. de liber. & posthum.* Et ideo paria sunt, aliquid esse impossibile naturaliter, vel de jure *l.1. ubi gloss. l. 15.ff. de condit. institut.*

2. Ne.

Est adverbium prohibendi, *Alb. de Perg. tr. de præpos. n.75. Döring. Bibliothec. JCtor. pag. 693. n.77.* & idem significat quod non: Junctum verbis, vereor, timeo, caveo, & si quæ sunt hujusmodi significationis alia: quin hæc idem, sine negatione & cum negatione polleant, non impedit, ut *ex Spieg.* tradit *Schardius in Lex. hic.* De hoc

adverbio

adverbio *Gloss. & Dyn. in l. 38. §. 1. ff. de acquir. poss.* dicunt, quod faciat modum, per *l. 77. §. 31. ff. de leg. 2.* & ibi *Gloss.* aliàs etiam conditionem facit, per *text. in l. 72. §. 3. ff. de condit. & demonstr. & Bart. in l. 40. §. fin. n. 8. ff. eod. tit.*

Plerumque etiam non vetandi, sed negandi vim habere, & pro, non, poni, *Donat. in Terent. Andr. & Eunuch.* notat, illoque Nævii versu confirmat: *Utinam ne in nemore Pelio.* Sic *in l. 62. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. ibi: si à liberis ne nupserit. & in l. 21. §. 1. ff. de action. rer. amot. ibi: Pedius putat, ne furtum eum facere &c. Calvin. in Lex. hic,* quem vide.

Ne, pro an, haut rarò apud JCtos occurrit, *l. 30. in pr. ff. de pact. l. 3. §. pen. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Nedum pro tamen, exponi *in §. 1. Inst. de vi bon. rapt.* ridiculum esse ait *Calvin. d. l.* Sunt enim ibi duæ eæque diversæ à se invicem particulæ. Porrò nedum, *teste eodem Calvino,* conjuncta particula, duobus tandum modis usurpatur: altero, cum utramque sententiam eodem claudimus verbo: altero cum suum utrique sententiæ verbum accommodamus. Sub hâc particulâ, ne non, assertionem esse Zasius exemplis è JCtis petitis planum facit *in scholiis ad l. 4. §. 1. ff. de V. O.* Ne passim verò significat, indistinctè, *l. ult. C. de jur. & fact. ignor.* Et inter hæc verba: ne, & quidem semper intervenire aliquid necessariò debere, traditum est. Cum tamen reperiatur & ap. *Cic.* & *Liv.* inter ne & quidem, nihil medium esse, ut iterum tradit *Calvin. d. l.* ubi plura de hoc adverbio habet.

3. Nec.

Particula hæc secund. *Calvin. in Lex. h.* ex vi suâ ver-

bi repetitionem inducit, ut: *nec me amas, nec Titium.* Subauditur enim, amas. *Vid. Alciat. in l. 237. ff. de V. S.* Et importat etiam copulam eorum, quæ ſequuntur, ideò ſi mandatur alicui, ut deponat eum, qui eſt Magiſter, ſi reperiat eum malæ vitæ nec ſufficientem in literis, requiruntur duo copulata, quod ſit malæ vitæ, & non ſufficiens in literis. *Bald. conſ. 482. Caſus talis eſt, lib. 5.* Et idem importat, quod, & non, ut per *Signorol. conſ. 208. Factum ſic ſe habet, ſtatuto cavetur, n. 3. ver. præterea nec reſolvitur. usque in fin.* ubi quod repetita cenſentur præcedentia in ſequentibus per dictionem, nec, copulatis. Et quod natura hujus dictionis ſit jungere ſeu continuare, & negare. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 312.* Adde. *Bertach. Repert. part. 3. lit. N. Anton. Fum. tr. de conjunct. n. 76.*

Duæ hæ particulæ: nec non, affirmant, ut etiam Grammatici fatentur. Quanquam *Alciat. in d. l. 237. ff. de V. S.* pulchrè declaret, in jure noſtro perpetuum non eſe, duas negationes inducere affirmativam: quin & tres negationes non plus efficere, quàm duas, ut cum lex dixit, in ſervo fugitivo locum non habere, nec uſucapionem, nec præſcriptionem, *l. 1. C. de ſerv. fugit.* Vid. Gædd. ad *d. l. ductus. 237.* ubi hanc pulchrè declarat, & tum demum procedere dicit: 1. ſi una negatio ad unum idemque verbum in eodem membro, unius rei intuitu referatur. Si verò copulativè vel disjunctivè ſubjiciatur, utramque retinere naturalem ſignificationem demonſtrat ex *l. 216. ff. de V. S. & l. 1. §. ſi quis ita. ff. de V. O.* Deinde limitat *d. l. 237.* procedere ſi abſurdus intellectus ſit ſecuturus. Præterea aliam *d. l. 237.* limitationem adducit,

cit, si sc. linguæ natura vel usus aliud ferat. Vid. Fulv. Pacian. *de probat. libr. 1. cap. 33.* Nec mirum, legitur in *l. 7. §. 1. ff. de supell. leg.* pro non novo, ut *ap. Cic.* vel citra rationem. Quemadmodum mirum in modum, quod infra rationem est. Nec raro, à Celso positum videtur pro, & raro, geminatâ negatione ex Græcorum consuetudine, pro simplici; *si tibi nupsero*, inquit, *decem dari spondes? causa cognita denegandam actionem puto: nec rarò probabilis causa hujusmodi stipulationis est, l. 97. §. 2. ff. de V. O.* Nec *in l. unic. §. 15. C. de rei uxor. act.* pro, nec quidem positum ex *August. lib. 2. emend. cap. 1.* scribit *Calvin. in Lex. hic.* ubi & plura de hoc adverbio vide.

4. Necessariò.

Ponitur pro eo, quod necessitatem quandam importat, ut *in l. 1. ff. de eo quod cert. loc. dar. oport.*

5. Nempe.

Pro certè, est adverbium affirmandi, *Alb. de Perg. d. tr. n. 80. l. 27. in pr. ff. de servit. præd. urban. Döring. Bibliothec. JCtor. pag. 693. n. 78.* Germanicè redditur nemlich/ & accipitur pro particulâ expositivâ: scilicet, videlicet &c. quæ vim præcisam habet, *l. 17. §. 1. ff. de usur. l. 6. §. 3. junct. gloss. ff. commun. prædior. l. 29. ubi Jason. ff. de re judic. Bart. in l. 1. ff. ad L. Aquil. Dec. cons. 47. n. 2. & cons. 423. n. 15. Cravett. cons. 227. n. 7. & cons. 273. n. 9.* Hæc dictio est etiam præcedentium restrictiva, declarativa & modificativa, *l. 26. ff. de pact. l. 29. ff. ex quib. caus. major. l. 6. §. 3. ff. commun. præd. C. novimus. extr. de V. S.*

Dictio autem nempe, scilicet, videlicet, non stat restrictivè, sed demonstrativè tantùm, quando omnium illorum

illorum nomina propria, qui ſub nominibus appellativis comprehenduntur, expreſſa fuere, *cap. ex literis, ibi Franc. Aretin. & Dec. extr. de probat. gloſſ. in clem. cauſam. v. videlicet. de elect. Ludolph. Schrader. conſ. 49. n. 13. vol. 2. Beſold. theſaur. pract. voce:* Nemlich.

6. Nequando:

Id eſt ullo tempore. *Calvin. in Lex. h.*

7. Nequaquam.

Ponitur pro, non, *l. 3. §. 1. verſ. partes autem. ff. de duob. reis conſtit. Calvin. d. l.*

8. Nequè.

Eſt dictio negativa, & idem eſt, ac non, *l. 21. §. 2. ff. de oper. nov. nunc.* & negat etiam utrumque copulatum, *Bald. in l. quidam teſtamento ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & in l. ſi is qui ducenta. §. 2. ff. de reb. dub. Joan. Bertachin. Repert. lit. N. voc. neque.* Noſtri igitur teſte *Alciato*, non admittunt, quod *divus Auguſtinus in Grammatica* ſcripſit; duas haſce voces: nec neque, eſſe disjunctivas. Conjunctim enim negant, & ideô quamvis alterum non fiat, committitur ſtipulatio, *l. 13. §. 1. ff. de reb. dub.* vid. *Calvin. in voce: nec.*

Neque enim modo, ſignificat, nullo modo, *l. 31. in fin. ff. locat.* Et, neque non, idem eſt, quod & non. *Nov. 7. cap. 1.*

9. Nequicquam.

Idem ſignificat, quod fruſtra, & hoc in ſignificatu legitur apud *Celſum in l. fin. in princ. ff. de reb. cred. ſi cert. pet. verb. alioquin nequicquam mihi cavetur.*

10. Ni.

10. Ni.

Hâc particulâ *teste Calvin. in Lex. h.* antiqui in responsionibus utebantur & judicio recuperatorio. Et *ni fallor*, affirmat eleganti ſpecie dubitationis. Importat enim apud prudentes Philoſophicum temperamentum, & deprecatur temeritatem. Proinde *Zaſius* exiſtimat non eſſe verum, quod *Bald.* & *Angel.* volunt, ſcilicet dictum teſtis valere, ſi affirmaret per verbum: ni fallor. Quia dictum teſtis debet eſſe certum, & neceſſariò concludere. Sed juris prudentes ſub ſpecie dubitationis poſſunt decidere. Nam ſub dubio forte dixerunt ſæpè periti, ut *ex Spieg.* tradit *Calvin. d. l.*

11. Nihil.

Hoc vocab. eſt quidem nomen neutr. gen. & ſignificat non quicquam, nihil quicquam. Aliquando adverbii vice pro non ponitur. Plaut. *trinum. 2. 1.* Amor non places, nihil te utor. Vid. Martin. *in Lexic. Philolog. ad h. voc: nihil.* De hac dictione notandum, quod ſit univerſalis negativa. Dom. Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 2. concluſ. 313. per l. ult. ff. de liber. & poſth.* Tiber. Decian. *conſil. 42. n. 13. vol. 1. conſil. 90. n. 2. vol. 2. conſil. 38. n. 2. vol. 3.* Pruckmann. *conſil. 1. n. 60. & ſeq.* ubi tradit, quod actum & potentiam removeat. Ut enim omne qui dicit, nihil, quodque conſequens eſt, nec actum nec potentiam excludit: Ita è contrario, qui nihil dicit, omnia, & conſequenter actum & potentiam ſimul ſeparat, argument. *l. Julianus. in pr. ff. de legat. 3. l. à Procuratore. 13. C. mand. & l. ult. ff. de penu legat.*

12. Nihilominus & Nihilomagis.

Sunt negandi, secund. *Alb. de Perg. d. l. n. 74. & seqq. Döring. l. c. n. 79.* & sumuntur pro, non minus & non eo magis, adeoque hoc infert negativam, illud affirmativam, juxta *gloss. in §. 1. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.* & probatur per *text. in l. 6. §. 3. ff. de negot. gest.* Adde *Calvin. in Lexic. hic.*

13. Nimirum.

Adverbium hoc eleganter in *l. 3. ff. de aur. argent. mund. leg.* ad responsionem adhibitum videri potest. Quanquam nihil moratur sensum, si ut alibi non rarò occurrit, pro, sine dubio, vel pro, certo acceperis. *Calvin.*

14. Nimis.

Est adverbium augescendi, & significat, plus satis. Alberico aliquando est nomen indeclinabile, & substantivum. Nimis large videtur loqui JC. cum nullam exceptionem facit à signo universali, *vid. Calvin.* Nimis properè, pro, perperam, legitur in *l. 1. C. de execut. rei judic.*

Ponitur & nimium nomen pro adverbio apud probatissimos autores, ut *post Spieg.* tradit *Calvin.* significat autem nimium & excessum & superantiam, ab eo quod est nimis: quamvis nonnunquam amplitudinem rei quoque significet, & idem sit quod valdè, ut: O nimium dilecte Deo.

15. Nisi.

Dictio hæc exceptionis nota est, & quandoque refertur ad omnia præcedentia, *l. 3. ff. de pact.* quandoque non ad omnia, sed ad partem tantum, *l. 1. §. 14. ubi Gothofred. in not. lit. 1. ff. depos.* & regulariter cœteris paribus

ponit

ponit contrarium ejus, quod præcedit, per *l. 2. §. fin. ff. de custod. & exhibit. reor.* ideò si præcedit negativa, dictio, nisi, subsequens importat affirmativam, & è contra si præcedit affirmativa, importat negativam, *Dyn. in cap. peccatum. de reg. Jur. in 6. Bart. in l. 2. ff. de adim. legat. Connan. lib. 4. cap. 3. n. 3. & copiosius Jas. in l. 4. C. de transact.* Et propterea inducit argumentum à contrario sensu, prout si statutum disponat, quod filius familias non possit obligari, nisi publicè faciat facta, & negotia domus; quia à contrario potest conveniri, si faciat negotia domus publicæ, *Castr. cons. 98. col. 2. in princ. &. n. 2. lib. 2.* Vid. Sichard. ad *l. 4. n. 10. C. de transact.* ubi habet, quod nostra particula exceptiva significet oppositum antecedentis, & ideò interdum affirmet, interdum neget.

Idem videtur dicendum de dictione: si non, paria enim sunt, & idem importat dictio, nisi, & dictio, si non, quia excipiunt ab iis, quæ præcedunt. Unde si oratio negativa præcedit, includunt, & affirmant in exceptis. *Gemin. cons. 15. n. 18. ver. super quinto.* Licet autem dictio, nisi, de sui naturâ inducat exceptionem, tamen aliquando importat dictionem, si, ad evitandum absurdum, *Alex. cons. 64. n. 4. verb. quia ad hoc respondeo, lib. 4.* Imò exponitur pro quamvis, quia menti deservire debent verba, *Alex. d. cons. 64. n. 4. lib. 4.* & in simili, quod disjunctiva pro conjunctiva accipiatur, vel è contra, quando constat de mente, *Alex. cons. 22. n. 5. l. 1. Cardin. Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. D. concl. 314.* ubi latè de hâc dictione differit. *Adde Calvin. in Lex. hic.*

16. Nominatim.

Id est, expresse & specialiter, Germ. außtrücklich/

 benent=

benentlich/ *l. 2. §. 2. ff. de his qui not. infam. l. 1. §. 1. ff. de pign. & passim.* Ita nominatim alteri, vel alicui ex Dominis stipulari communis servus dicitur, cum uni ex his proprio nomine adjecto stipulatur, *l. 23. §. fin. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. § 2. l. 5. l. 7. §. 1. l. 28. §. 3. l. 30. ff. de stipul. serv.* vel ubi nomen unius in stipulatione positum est, ut *l. 31. eod. tit.* Nominatim autem etiam expressus intelligitur, qui non nomine proprio, sed demonstratione corporis, aut opificii, officiique, necessitudinis atque affinitatis, aut alio modo designatur, *l. 2. ff. de legat. 2. & similibus, quæ Albericus citat. Bart. in l. 17. ff. de duob. reis ubi, quid nominatim dicatur, explicat,* quem refert *Calvin. in Lex. hic.*

Nominatim exhæredatus filius *secund. Calvin. d. l.* videtur nomine, vel prænomine, vel cognomine simul adscripto, vel altero ex his, *l. 1. ff. de liber. & posth.* Sed & illa nominatim videtur facta exhæredatio, quæ ita facta est: *Filius meus exhæres esto.* Licet nomen ejus expressum non sit, dummodo unicus sit. *l. 2. ff. eod. princ. Inst. de exheredat. liber.* quod & Servius quoque ad illa Virgilii verba *lib. 4. Æneid.*

Ac morientem nomine clamat,

tradit. Quin etiam si quis filium habens ita exhæredaverit: *cæteri omnes filii filiæque meæ exhæredes sunto.* nominatim exhæredasse videbitur. *l. 25. ff. eod. tit.* Posthumus quoque nominatim exhæredatur, sive ita dixerit testator: *quicunque mihi nascetur.* Sive ita: *quicunque ex Seja nascetur.* vel ita: *Venter exhæres esto. l. 3. §. 5. ff. de injust. rupt. irr. testam.* Et ita verbum nominatim accipiendum est *in l. 1. ff. de hæred. instit. l. 3. & l. 13. ff. de injust. rupt. irr.*
testam.

testam. l. 21. ff. de liber. & posthum. l. 20. §. 1. ff. de bonor. poss. contr. tab. l. 20. §. 4. in fin. ff. de bon. libert. l. 10. §. 2. in fin. ff. de testam. tut. l. 2. C. de lib. præterit. l. 2. C. de bonor. possess. contr. tab. quas prætor. liber. poll. Cui opponitur, inter cœteros, ab Ulpian. *in Instit. tit. 22. §. 17.* & à Justinian. *in §. nominatim. & §. posthumorum. Inst. de exheredat. liber. & ibi Theop. & l. fin. C. de lib. præterit.*

Nominatim legatum accipiendum est; quod à quo legatum sit, intelligitur, licet nomen pronunciatum non sit, *l. 90. ff. de legat. 3.* Sed de hoc, quomodo nominatim alicui legetur, & quomodo, nominatim, accipiatur, in L. Fusiâ Caniniâ, plura vide *ap. Calvin. loc. cit.* ubi etiam tradit, quod nominatim res obligari dicatur, quæ specialiter obligatur, non quæ traditur.

17. Non.

Est adverbium negandi & ponitur pro quam & aliis modis, *Albert. de Perg. d. l. n. 73. Döring. Bibliotb. JCtor. p. 693. n. 80.* Aliquando excludit; quandoque etiam difficultatem, non impossibilitatem, denotat cum aliquo temperamento. ut quando quis dicit: Ego non vidi, subintellige, quod ego sciam, *c. Artaldus. 8. qu. 3.* Ita dicimus, non utendo jus non omitti, & per non usum privilegium non tolli. Schrader. *ad l. rem non novam. 14. n. 7. & seqq. C. de judic.* Ita quoque non usus non tollit legem, sed contrarius usus. Obrecht. *Disp. 11. c. 2. th. 101.* Et non usus etiam per 100. annos non impedit, quo minus utar, veluti *in Collegio nostro mens. Nov. 1619. Georgio* Sellerman zu Arnstadt responsum fuit: Haben in euer Pflegfrauen-Hauß die vorige Besitzer eine offene Tabern und Gastung gehalten / welches ihr Haußwirth nach sei-

ner Eltern Tod/ weil er jung und mit Vormundschafften/ auch andern Aemptern beladen gewesen / eingestellet. Ob nun wohl etzliche/ die sich gleicher Nahrung gebrauchen/ ihr verwehren wollen / ein offen Schild auszuhangen/ und solche Gastung hindern : Dennoch dieweil aus den alten Rathsbüchern auch mit Zeugen zu beweisen/ daß berürtes Hauß ein offen Gastungs-Hauß gewesen/ und ein alter Schild noch vorhanden / so vor diesen hiezu gebraucht worden : So ist obgedachte Witbe ihr angezogens Vorhaben/ berürtes widersprechens ungeachtet/ ins Werck zu richten wohl befugt. Vid. Dn. Præses *decis. 86. n. 4. & seqq.* Confer *Calvin. in Lex. h.* ubi plurima de hâc particulâ invenies.

18. Non aliter.

Vid. *l. non aliter. 7. de usu. & habit.*

19. Non nominatim.

J. e. in genere. *l. heres. 58. ibique Gothof. in not. ff. de evictionib.*

20. Nonnunquam.

J. e. aliquando, interdum. Vid. Calvin. *Lexic. hic.*

21. Non nimis.

J. e. non tàm *l. jure gentium. 7. §. Pactor. 8. vers. utrum. ff. de pact.*

22. Non Omnimodo.

J. e. non semper præcisè, generaliter, indistinctè. *l. ubi autem 75. § ult. ff. de V. O.* Dn. D. Ungebaur. *exercit. Justin. 12 fol. 566.*

23. Non perinde.

J. e. non æquè, probè. *§. 1. Inst. quibus mod. jus patr. [...]t. solv. Calvin. in Lexic. hic.*

24. Non solum.

Vid. *l. non solum 6. ff. de usu & habit.*

25. Non temerè.

Vid. *l. ea quæ 64. ff. de R. J.* ibique Gothofred. *in not.*

26. Non utiliter.

Vid. *l. Sed an ultrò. §. fin. ff. de negot. gest.*

27. Uti-

27. Non utique.

J. e. non præcisè, non restrictè *l. cum mandatu. 21. ff. mandat. & l. ob id. 43. ff. ad l. Aquil.*

28. Novissime.

Adverbium est, quod, (ut post Spieg. testis est Calvin.) barbarè finaliter, postremô dicitur, rectius postremo seu novissimo loco. De hâc voce, novissimè, vid. *Cujac. lib. 3. Obs. 36. & l. jure gentium. 7. §. 12. ff. de pact.*

29. Nudè.

J. e. simpliciter. Vid. *latè Lexic. Calvin. hic.*

30. Nullatenus.

Id est, nullo modo, Germ: keines wegs/gar nicht/ à conditore legis probatum habet vim & effectus clausulæ annullativæ. *Crot. de testib. n. 62. Döring. d. l. n. 81.* vel est universale negativum, excludens omnem & quamcunque exceptionem in ordinatione non expressam, juxta doctrinam *gloss. in Clem. Ne Romani, verb. quovis modo. de Elect. & in Clem. fin. verb. quovis modo, de sent. excom.* cum plurimis aliis adductis *à Moller. ad Const. Sax. 19. p. 2. n. 61.* & importat actus nullitatem ipso jure. *gloss. sing. in Auth. si qua mulier. C. ad SCtum Vellejan. Gig. tr. de pension. Ecclesiast. qu. ult. n. 10.* Ideò excludit quamcunque minimam partem, & ideò revocatio privilegiorum concessorum nullatenus exemtis non revocat, nec comprehendit privilegia concessa aliquo modo exemptis, *Gemin. consil. 35. pro clariori, in pr. n. 2. verb. hoc præmisso. n. 3.* quem refert *Cardin. Tusch. tom. 2. lit. D. conclus. pract. concl. 315.*

Sic & dictio, ullatenus, postposita negatione, est universaliter exclusiva, ut & dicto, nullatenus, *cap. 1. de Cler. conjug. in 6. Dec. c. super literis. n. 13. de rescript. c. eam te. n. 33. de re judic. Gig. d. l. Jacob. Anton. Martha de jurisdict. inter Ecclesiast. & secul. exercend. centur. 2. cas. 152.* Habetque vim sententiæ & decreti irritantis, aufertque potestatem dispensandi in contrarium, *gloss. in d. Auth. si qua mulier. Bovius de statut. urb. præscript. gl. 17. n. 1. Tiraquel. ad l. 8. verb. revertatur, n. 92. C. de revoc. donat. Besold. thesaur. Pract. voce:* keines wegs.

31. Numerò,

J. e. nimium citò, *Decimat. in Thesaur. linguar. hic.*

32. Numerosè.

Vid. *Id. ibid.*

33. Nunc.

Eſt adverbium temporis, vel particula dilationis excluſiva, & denotat tempus præſens, reſpectumque nullum ad præteritum vel futurum habet, per *l. 36. § 1. ubi Alberic. C. de inoffic. teſtam. Bald. in Auth. contra cum rogatus. n. 1. C. ad SCtum. Trebell. Decian. conſil. 5. n. 13. vol. 2. Arum. lib. 2. deciſ. 7. n. 1.* Et denotat præſens eſſe initium obligationis, *Alex. in l. hujusmodi. n. 3. ff. de V. O. Felin. in cap. licet. cauſam, in 6. not. de probat. Zuccard. in l. 1. n. 123. C. de pact. Card. Tuſch. d. l. concluſ. 317.* Reperitur etiam dictio, nunc, ubi in futurum protenditur, ut in Decretis Pontif. exempla citat *Alberic.* Aliquando nullum tempus denotat, & pro, ſed, accipitur, *Vall. Elegant. l. 2.* quem citat *Calv. h.* Ponitur etiam pro, prout, extunc, de quâ clauſula vid. *Bart. in l. ſi ſtipulatus, de V. O.* item nunc pro, usque in futurum, *Calvin. l. c.*

34. Nunquam.

Eſt excluſivum loci & temporis, & cujusvis alterius ſubjecti, *Paul. Grilland. de haeret. qu. 5. n. 28. Döring. d. l. n. 83.* & habet tractum ſucceſſivum temporis, & ſignificat, non ullo vel nullo tempore. *l. 17. §. fin. ff. de uſufr. Calvin. d. l. l. 7. ubi gloſ. C. de poſtul. l. 1. C. de offic. milit. judic. l. 60. ff. de obl. & act. l. 31. ff. de A. R. D. Georg. Everhard. conſil. 45. n. 23. vol 1.* Præſertim cum dictio hæc, ſit adverbium temporis negativum & univerſale: Negativa autem talis univerſalis negat & excludit omne tempus, quod conſiderari poteſt, *l. fin. ff. de lib. & poſthum. cap. Deus omnipotens 2. q. 1. Everhard. d. l. n. 24. Beſold. Theſaur. Pract. lit. N. voce :* Nimmer.

35. Nuper.

Id eſt, non longo tempore. Neque vero ad horas refertur, ſed vel ad paucos dies, vel ad paucos menſes, *l. 85. ff. de legat. 3. §. fin. Inſt. de uſucap.*

36. Nusquam.

Idem ſignificat, quod nullo in loco, vel quod nusquam relatum eſt, nec usquam receptum, *l. 1. ff. de Senat.* & Nusquam eſt ſignificat, non eſt, *Calvin. in Lex. Jurid. hîc.*

Lit. O.

ADVERBIUM I.

O.

DE isto plura facere verba non attinet. Solùm annotâſſe juvabit in rem præſentem, particulam O, quæ alioquin ad Interjectionum pertinet claſſem, inter Adverbia quoque reperiri. Cum hoc diſcriminis charactere, ut quatenus interjectio, plerumque Exultandi, Indignandi, Deſiderandi, Exclamandi, Admirandi, Optandi, Dolendi, & Irridendi: quatenus verò Adverbium, Vocandi præſertim ſignificatum habeat. *Alb. de Pergamo, tractat. de Præpoſit. n. 82.* Quanquam diffiteri nolim, haud eſſe hunc characterem infallibilem, & non infrequenter commuues eſſe hujuscemodi ſignificationes Particulæ O. & tanquâm Adverbio & tanquam Interjectioni. Quo de Lexicographi, & imprimis *Matthias Martini in Lexic. Philologic. ſub Lit. O. verbis. O Adverbium.* conſulendi.

2. Obedienter.

Natales debet ſuos Adjectivo Obediens. Utrumque, æquê ac Subſtantivum Obedientia, ad inſtar derivatorum à primitivo Obedire deſcendit, paucis ſive adje-

ctis, sive immutatis literis. Obedire autem, ut ad fontem descendam, inferiores dicimur Superioris mandato. Mandato quà affirmativo, quà negativo, licet illi magis propriè, *Bald. in l. 11. C. de servitut. & Aquâ, & in l. 10. C. de Oper. libertor.* cum peræquè committendo prohibita quàm omittendo imperata delinquatur. Et quidem superioris, *arg. l. 53. §. 3. D. De Re Judicat. cap. 12. X. de Majorit. & Obed. can. 1. distinct. 25. §. Archypresbyter. Novell. 15. cap. 3. §. 1. circa fin.* quod par in parem, (multò minus inferior in superiorem) non habeat jurisdictionem, *per l. 14. D. De Jurisdict. l. 4. D. De Recept. qui arbitr. receper. l. 13. §. 4. D. Ad SCt. Trebell.* sicque par paris vel superior inferioris voluntati gratificari magis quàm obtemperare dicatur rectius. Addo in omnibus & per omnia, modò non egrediatur officii limites, imperando aut prohibendo placitis divinis diametraliter contrarium, *can. 92. can. 94. can. 98. can. 101. caus. 11. qu. 3. cap. 6. X. de Præbend.* Secus non irascetur minor, si præferatur major, aut feret iniquè, quod timendo potestatem contemnat potestatem ad obedientiam obstrictus, *can. 97. caus. 11. qu. 3.* non ignorans, præscriptum DEI præponderare præscriptis hominum, *can. 93. & 94. ibid.* Notanter, inquam, placitis divinis diametraliter contrarium, i. e. uno verbo impium. Quod si enim non quidem impium, iniquum tamen imperet, non puto impunè detrectari obedientiam. Hinc *Erasmus in Paraphras. Evangel. Matth. cap. 10.* Quando Magistratus præscribit iniqua, sed quæ non faciant impios, tolerandus est, ne provocatus sæviat, & facit *alleg. can. 97. caus. 11. qu. 3. Reinking.* in der Biblischen Policey *libr. 2. axiom. 25. Vallens. in Paratitl. Decretal. X. de Majorit. & obed.*

obed.n.3. Unde in propatulo positum, quod subditi obligentur Principi suo fortiùs longè quàm Vasalli suo domino Ihrem Lehns-Herren. Quippe sicuti multùm differunt juramentum Homagii subditorum & juramentum fidelitatis Vasallorum, ut illud subjectionem arguat, hoc non item: Ita non possunt non diversos operari effectus. Exemplo rem illustrat *Grotius libr. 2. de J.B. & P. cap. 16. n. 3.* dum quæstionem, quam ipse moverat: An, si edicatur Subditis, ut castra sequantur in bello injusto, obtemperandum edicenti Principi: ex iisdem fundamentis asserto roborat negativo, meritus eo nomine unanimem Publicistarum & Politicorum calculum. Quod vel ex eo firmatur, quia Vasalli, quos æquè ad reverentiam cum obedientiâ, licet non illi, quià subditis exigitur prorsus æquali, conjunctam, collatum obligat beneficium, *arg. l. 25. §. 11. D. de Petit. hæreditat. 2. Feud. 22. versic. Curiæ. pen. 2. Feud. 23. versic. Quomodo enim* ut ita se gerere debeant, uti ergà illos faciendum est, quorum persona sancta & honesta videri debet, *l. 9. D. de Obseqv. par. & patron. præstand. Schrad. de feud. part. 6. cap. 6. n. 101. & part. 10. sect. 5. n. 127.* nonnisi in causâ justâ, (excepto casu, quo se, licet injustè, defendit, *Gothofred. in not. ad alleg. text. feud. 28. princip. lit. t.*) servitiis militaribus mit den Lehn oder Ritter-Diensten Dominum juvare tenentur, *2. Feud. 28. princ. 2. Feud. 7. pr. circ. fin. Borcholt. de Feud. c. 7. n. 44. Vultej. de feud. lib. 1 c. 10. n. 25. Dn. Andr. Kobl. de servitut. feudalib. part. 2. n. 49.* Quæstio autem quæstionem peperit: Quid juris, si dubitent, justum ne an injustum bellum sit, an quiescendum, an parendum? Pleniori folio hâc de re *n. sequ. 4.* disceptat. Demùm post præmissa non levio-

ris armaturæ argumenta eorum, qui Edicto Principum favent, asseverat intrepidus *n. penult. 5.* quod si subditorum animis per causæ expositionem satis nequeat fieri, officium esse boni magistratus, tributa potius ipsis extraordinaria imperare, quàm operam militarem; præsertim, ubi non defuturi sunt alii qui militent. Rationem urget potissimùm hanc, quod qui dubitat contemplativè, debeat judicio activo eligere partem tutiorem, pars autem tutior sit, abstinere bello. Nititur sententia, largior pronus, summâ æquitate, inque terminis præsuppositis assensu omninò non indigna. Maximè, quoties, ut subnectit porrò *eod. n. 4. circ. fin.* non modò dubitant subditi, sed argumentis etiam probabilibus inducti, quæ solvere nequeunt, magis in id propendent, ut bellum injustum esse putent, & de aliis prætereà impetendis, non de propriis rebus tuendis agitur. Nihilominus, dixerim cum pace tanti Viri, dubitare licet non absque causâ, an ejus dubii decisio subditis, queis juxtà *Tacitum Annal. 3.* parendi relicta est gloria, generaliter committenda. Sanè si argumentum à minori ad majus desumendnm, ex *citat. text. 2. Feud. 28. in princ.* bona inferretur consequentiâ: Multò magis subditis quàm Vasallis, quibus talis lex in d. text. juris feudalis præscribitur, ob majus majoris subjectionis vinculum, debere esse satis, nosse causam belli non injustam esse, ac quando pro utrâque parte rationes habent probabiles, & per consequens dubium positivum, in superioris præcipientis favorem præsumere, ejusque se conformare rationibus, bonâ fide arma capessendo, certis, innocentes ostendere milites serviendi ordinem, *can. 4. caus. 23. qu. 1. in fin. Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feudal.*

dal. cap. 11. Aphorism. 7. n. 2. Dicam nunc in compendio, & tribus dicam: Obedientia à ſubditis erga Magiſtratus quâ Superiores quà Inferiores: Obedientia à Vaſallis erga Dominos: obedientia à liberis erga Parentes: Obedientia à ſervis ergà Heros: Obedientia à minoribus & junioribus erga propinquos ſeniores: *l. unic. C. de Emendat. propinquor.* In ſumma: Obedientia à quovis inferiore erga ſuum ſuperiorem requiritur, exigitur, & refractariè denegata impunè non fertur. Cum hoc additamento, alterum alteri fortius teneri devinctum, & ob eminentiam juſſum unius juſſui alterius præferri. Quâ ratione, mandatis Principum & Parentum concurrentibus, vel contrariantibus invicem, Magiſtratui cedere præcedentiam ejusque voluntatem dare effectui par eſt. *Vid. Dn. Reinking.* in der Bibliſchen Policey. *libr. 3. axiom. 32.* & conf. quæ in exegeſi Adverbii Obſequenter inferius ſunt annotata.

Sed quid ſi non memores officii ad obedientiam adigantur ad eam obſtricti, anne obedientia coacta eſt obedientia? Utique, modò ſit debita, *arg. l. 13. §. 2. D. de Injur.* Aliàs coactè obedienti in actibus, in quibus obedire non tenetur, jus contradicendi necquicquam perit. *Bald. in l. 21. C. De Jur. Deliber.* Quomodo liberi â parentibus metu, non reverentiali, *l. 22. D. de Rit. Nupt.* ſed vero, gravi, atroci, & præſenti, (quô excludatur ſuſpicio metus inferendi, *l. 9. D. Quod met. cauſ.*) qui in conſtantem virum cadit, *l. 4. l. 7. C. de his quæ vi metusve cauſ.* adacti, ut obedienter in matrimonium conſentiant, promiſſis ſtare minimè tenentur. Ut potius matrimonium ipſo jure nullum, citra reſciſſionem, *cap. 14. & 15. X. de ſponſalib. & l.*

14. C. de Nupt. Dn. Perez. in C. de his quæ vi metusve cauſ. n. 5. per quam aliàs contractus metu initus pro nullo declarandus, *l. 21. §. 5. D. Quod met. cauſ. Princip. Inſtit. de Except. Dn. Frantzk. libr. 2. Reſolut. 3. n. 17. & 18. ſeqq.* Eò quod coacta voluntas, licet ſit voluntas, *per l. 21. §. pen. D. Quod met. cauſ.* ex ratione Ethicâ à *Dn. Frantzk. Comm. in D. eod. tit. n. 3.* explicatâ, non tamen libera voluntas, non integra voluntas, in contrahendo matrimonio neceſſaria, *cap. 14. X. D. Sponſalib. l. 12. l. 14. C. de Nupt.* Niſi poſteà ultrò cohabitent, *cap. 23. X. de ſponſalib. Magnif. Dn. Struv. Patronus maximè deveneran dus, Exerc. 29. th. 25.* & ita ex geminatione actus propter novum conſenſum & ratihabitionem metus excludatur. *arg. l. 2. C. de his quæ vi metusve.*

Quemadmodum igitur in puncto matrimonii parentibus coactè obedivisse liberis non eſt nocumento: Sic in puncto delicti præſtitiſſe obedientiam injuſtè, quibus debetur, vix erit emolumento. Habet res aliquid difficultatis, eoque uberioris explicationis videtur indiga. Illud certiſſimè ſacræ produnt Pandectæ, in omni obſequio eſſe nos oportere, ſed intra diſciplinæ limites, filiis obeediendum eſſe parentibus, ſed in Domino, *Epheſ. c. 6. v. 1.* nec parendum ſervis, cum dominus carnis à Domino ſpiritus diverſum imperat. *Dn. Reinking. d. libr. 3. axiom. 30.* Et ſuffragatur jus noſtrum civile in *l. 21. §. 1. D. Rer. amot. l. 20. pr. D. de obligat. & Actionib. l. 17. §. 7. D. de Injur.* ſervos non in omnibus domino debere eſſe dicto audientes dictitans. Ex hoc principio, quod quæ lædunt pietatem, exiſtimationem, & verecundiam noſtram, & generaliter contrà bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum, *l. 15. D. de condit. Inſtitut. ibique Gothofr.*

in

in not. lit. r. cap. 58. X. de Reg. Jur. in 6to. Ut rectissimè *Seneca:* Aut non possumus jubere omnia, aut non coguntur servi parere in omnia: *libr. 3. De benefic. cap. 20. Gothofred. in not. ad l. 167. D. de Reg. Jur. lit. q.* Modò controversum, an morigeras præbentes aures turpia injungentibus veniam sibi habeant polliceri, aut an culpam pœna premat comes? Prius primâ videbitur fronte, quasi ejus nulla culpa, cui parere necesse, per *l. 167. & l. 169. §. 1. D. de Reg. Jur. l. 2. §. 1. D. de Noxal. Act. l. 14. princ. D. de Fals. l. 13. D. Ad leg. Falcid. l. 37. D. Ad leg. Aquil. & cap. 72. X. de Reg. Jur. in 6to. l. 4. D. eod.* Verùm cum grano salis hoc accipiendum, & de levioribus tantùm delictis exaudiendum. In quibus filiofamilias, servo, & hodiè liberis personis, quibus loco servorum utuntur Patresfamilias, veluti famulis, mercenariis, uxori etiam, & aliis personis domesticis, (ad quas congruè illud extendit *Decius in l. 157. D. de reg. Jur.*) propter necessitatem obediendi ignoscitur, pœnam dante patre vel domino, *l. 17. §. 7. D. de Injur. l. 1. pr. D. Quod jussu.* Atque eò refero *dd. text.* & ex eis *l. 37. D. Ad Leg. Aquil.* ubi, damno injuriâ dato jussu patris vel domini à filio aut servo, actio legis Aquiliæ datur in eum qui jussit, non qui patris vel Domini Imperio obtemperavit. *Bronchorst. in Comm. ad l. 157. D. de Reg. Jur.* Add. *l. 11. §. 4. circ. fin. D. de his qui not. infam. & l. 12. eod.* Ex adverso jussus Domini vel Parentis in atrocioribus criminibus non excusat, *Gothofred. ad l. 8. C. Ad L. Jul. de vi. lit. q.* sed ex mandato delinquentes delicto condigna exspectabunt supplicia, *d. l. 8. C. Ad L. Jul. de Vi. l. 157. D. de Reg. Jur. l. 20. pr. D. de Oblig. & Actionib. Gothofred. ad d. l. 11. §. 4. D. de his qui not. infam. Lit. d. l. 33. C. De*

Decu-

Decurionib. l. 5. C. de Jur. Fisci. Undè scitè *Grotius libr. 2. de J. B. & P. cap. 26. n. 3.* Ipsa jura civilia, quæ peccatis excusabilibus facilè veniam præbent, favent quidem his, qui parere necesse habent, sed non in omnibus. Excipiunt enim ea, quæ atrocitatem habent facinoris, vel sceleris, quæ suâ sponte scelerata ac nefaria sunt, maleficia, quæ spontè & naturali interpretatione fugienda sunt. Hæc ille! Interim pœna mitigatur plerumque, *l. 157. D. de Reg. Jur. l. 11. §. 7. D. Quod vi aut clam. l. 17. §. 7. D. De injur. l. 8. C. Ad leg. Jul. de vi. l. 4. C. de Noxal. Act.* exasperatur rarius pro re natâ & circumstantiarum varietate. Sicuti *Magnif. Dn. Carpz.* memorat in *Practic. Criminal. part. 1. qu. 4. n. 8.* gladii pœnam dictatam cuidam fuisse, qui soceri exstimulatus mandato truculentas manus in alicujus internecionem commodaverat. Adi & audi *Menoch. de Arbitr. Judic. Qu. libr. 2. Centur. 4. cas. 354. n. 150. & seqq. & Gomez. tom. 3. Variar. Resolut. cap. 3. n. 42. Petr. Peck. in comm. ad cap. 24. X. de Reg. Jur. in 6to. Magnif. Dn. Brunnemann. in C. Ad L. 8. Ad L. Jul. de Vi. in princ.* Patitur hîc itaque aliquatenus exceptionem regula Juris, quæ traditur in *l. 7. §. 5. D. de Jurisdict. l. 11. §. 3. D. de Injur. l. 15. §. 1. D. Ad Leg. Cornel. de Sicar. & l. 5. C. de Accusat.* Mandanti & mandatario eandem irrogari pœnam. Quippe de jubente sumendum indistinctè est supplicium, *arg. d. l. 11. §. 4. in fin. & l. sequ. 12. D. de His qui not. infam.* Nec aliter est comparatum, ubi judex injustè quid jusserit. Cujus aliàs voluntati exactam præstitisse obedientiam ad excusandum sufficit. *Magnific. Dn. Præses, Doctor & Promotor summo honore suspiciendus, Centur. Regular. Jur. Regul. 9. per tot. pag. m. 103. & 104. Bronchorst. ad l. 167. §. fin. D.*

De Reg.

de Reg. Jur. & Gail. lib. 2. Obs. 102. n. 13. & lib. 1. Obs. 58. n. 4. & 5. Secus quam quando Procurator à Domino jussus legum violavit præcepta, veniâ, in atrocioribus præsertim, indignus, *l. 1. §. 13. D. de vi & vi armat. arg. l. 5. C. de Accusat. Bronchorst. in comm. ad l. 157. D. de Reg. Jur. princip.* Adeò obedientia ultra aram minimè extendenda! Adeò obedientia facinus quodvis promiscuè autorizare minimè potis! Jungantur observata ad Adverbium Obscœnè.

Tandem si effectus obedientiæ sciscitari animus, non postremus est, quod præsumtiva obedientia elidat præsumtionem contumaciæ, *l. 7. pr. D. de in Integr. restitut. Bald. in l. 16. C. de probat.* rebellionis atque hæreseos, *cap. 14. X. de Præsumpt. Bald. d. l.* & quòd præscribatur obedientia non activè, sed tantùm passivè, *cap. 12. X. de præscript. cap. 7. X. de Majorit. & Obed.* i. e. ex parte Magistratus contra subditos, non vice versâ. *Vallens. in paratitl. Decretal. tit. de Præscript. §. 8. n. 2.* Ut interim actus, in quo quis tenetur obedire, non præjudicet in alio actu, in quo tenetur neutiquam, *arg. l. 53. §. 3. D. de Re Judicat. Bald. in d. l. 21. C. de Jur. Deliber. cap. 8. X. de Majorit. & Obedient. cap. 8. X. de Religios. domib. Vid. de Obedientiâ. can. 10. caus. 8. qu. 1. can. 99. caus. 11. qu. 3. cap. 10. X. de Majorit. & obedient. cap. seq. 11. eod. cap. 43. X. de Simoniâ. cap. 12. X. d. tit. de Majorit. & obed. Vallens. in paratitl. decretal. eod. n. 3. can. 1. distinct. 93. De juramento obedientiæ, an & quatenus Clericus Episcopo præstare teneatur, vid. c. 5. X. de jurejur.*

3. Obiter.

Quasi ob iter, idem significat, quod Gallorum *en*

paſſant, in tranſitu, in transcurſu, inter viam, perfunctoriè, interim, incidenter, germanico idiomate exprimi ſolitum, **Obenhin / Obenüberhin** / quaſi per ſummam progrediendo, item, **beyfälliger Weiſe / nebenhin** / quaſi juxta prætereundo. In jure civili coincidit cum particulis: Conſequenter, per conſequentiam, *l. 1. in fin. D. De Reſcind. Vendit.* Ubi disquiritur: An ab emptione contractâ cum ſolo filio in re peculiari posſit recedi per pactum cum ſolo patre initum? Videbitur quod non. Quia emptio & venditio perinde mutuo contrahentium diſſenſu reſcinditur, quàm mutuo eorum conſenſu contrahitur, *d. l. 1. §. fin. J. Quib. mod. tollit. Oblig. l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced. l. 58. D. de pact.* ex principio juris, nihil tàm naturale eſſe dictantis, quàm eo genere quidve disſolvi, quo colligatum eſt, *l. 35. D. de Reg. Jur. cap. 1. X. eod.* Sed enim affirmativè quæſtio in textu deciditur. Ratio diverſitatis dubio omni procul ponitur in re venditâ, quæ peculiaris, ad profectitium pertinens peculium. Veluti inde hariolamur, quod illud ipſum poſt introductam peculiorum filiifamilias differentiam propriè illo nomine veniat, ſibique in titulo Pandectarum DE PECULIO diſpoſita vindicet. Hujus intuitu quoties contrahit filius, unà tacitâ patris voluntate contractum cenſetur, ex factâ conceſſione vel adminiſtratione pecuniæ, *§. 10. J. de Act. l. 44. §. 8. D. De Pecul.* licet expreſsè prohibuerit cum filio contrahi, *l. 47. D. eod.* Conſequenter, cum omne inde lucretur commodum pater, ſalvo inſuper jure, debitum ſuum tanquàm prius deducendi, *l. 9. §. 2. D. eod.* non incongruè etiam, ne commoda ſequantur alium, alium incommoda, contra *l. 10. D. de Reg. Jur. l. 22. §. 3. C. de Furt.*

Furt. l. unic. §. 4. *in fin. C. de caduc. tollend.* ad debita solvenda, exclusis penitus ab hâc actione filii delictis, *l. 58. D. de Reg. Jur. l. 1. §. 7. D. de his, qui dej. vel eff.* nisi quatenus inde auctum est peculium, *l. 3. §. pen. D. de Pecul.* aut in casu §. *ult. d. l. 3. & l. 57. D. de Judic. Excell. Dn. Struve, Exerc. 20. th. 71.* obligatur peculiotenus, *l. 1. l. 3. D. de pecul.* §. 4. *J. Quod cum eo qui in alien. potest.* §. 10. *J. de Actionib.* Quid igitur prohiberet, quod consensu contractum est, contrariæ voluntatis adminiculo dissolvere contrahentem, quem maximè res tangit? Et quidni, liberato patre principaliter obligato, *obiter*, ut habet *alleg. l. 1. in fin. D. de Rescind. vendit.* i. e. per consequentiam statim liberaretur filius, cui non nisi administratio rerum in peculium concessarum competit? Ne dicam, patrem & filium haberi pro unâ eâdemque persona, *l. 11. C. de impub. & al. subst. in fin.* atque unâ carne, *can. 21. §. Hâc auctoritate. Caus. 35. qu. 3.* ita, ut vox patris tanquàm filii sit, & vox filii tanquàm patris intelligatur, §. 4. *J. De Inutil. stipulat. in fin.*

Cœterùm exactiorem addituri limam isti Adverbio OBITER occasione significationis prioris quærimus:

I. Num fœmina prægnans civitatem aliquam, ubi nec commorandi nec habitandi habet animum, cum marito OBITER transiens, & in transitu partum enixa filio inibi acquirat domicilium originis? Quæstio hæc in utramque disceptatur partem à Dd. neutris plausibili ratione destitutis. Nobis argumenta pro & contra examinare non sedet, sed breviter sententia negans placet, comprobata *Dn. Frantzk. in D. de Judic. & Christin. Vol. 5. decis. 33.* Ratio non potest esse obscura. Etenim, ut ta-

citus prætercam, quod ea, quæ fiunt *obiter* & in transcurſu non attendantur, apertus eſt textus in *l.3. C. de Municip. & Originar.* ubi negatur filium in loco originis maternæ natum eſſe originarium. *Magnif. Dn. Brunnem. Promotor ſummè ſuſpiciendus, in Comm. C. ad d. l.3.* Accedit, quod patriam ſpecialem ſeu locum originis filius habeat in illo loco, ubi pater civis eſt vel municeps, & ubi filius fuiſſet natus, ſi mater tempore partus alio loco non fuiſſet, *l.1. pr. §.1. & 2. l.6. pr. l.15. §.3. D. Ad Municipal. d. l.3. Magn. Dn. Struv. Exerc.9. th.17.* Quoniam domicilium prius conſtitutum eſſe oportet, quàm quis civis propriè dici queat. *Bartol. & Caſtrenſ. in cit. l.3.* Ergo cùm naſcitur filius, reverſis nondum à peregrinatione parentibus fortuitò alicubi, indigena & naturalis non evadit, utpote qui naſcitur parentibus peregrinantibus, *l.7. C. de Incol. in fin.* alibi quàm ubi pater civis eſt, degit, & domicilium ſibi conſtituit. Quod habere nequit in illâ urbe, in quâ manſurus ad tempus, animo negotiis fortê expeditis, in patriam revertendi, *d. l. 7.* Licet alioquin filii alibi nati non incolatum vel domicilium, ſed originem patris, ſcilicet locum, unde pater oriundus, ſequantur, *l. 6. §. 1. l. 17. §. 11. l. 4. D. Ad Municip. Dn. Struve. citat. th. 17. in fin.* ratione munerum, puta, ne, patre crebrò habitationem mutante, mutetur ſemper origo filii. *Dn. Brunnem. d. l.* Idem ſentiunt *Afflict. deciſ.384. n.4. & Sanchetz. de Matrimon. libr.3. Diſputat. 23. n.3.* Diſſentit operosè *Dn. Peretz. in Com. C. de Munic. & Origin. n. 4.* per rationes, quas ibi vide.

II. An is, qui inſtrumentum obligationis ab alio ſcriptum ſubſcripſit, poſſit excipere, ſe obligari pluris, quàm intendiſſet, nec teneri ad omnia ibi expreſſa, ſub

præ-

prætextu, quasi OBITER saltèm instrumentum legerit, nescius, tàm arctè se obstringi? Præsupposito hîc, subscribentem instrumentum voluntate suâ scriptum esse agnoscere, puto, quod de stricto jure non procedat. Quoniam semper præsumitur subscribens contenta approbare, & se obligare, etiam non lecto ejus tenore. *l. 26. §. 1. D. de Pignorib. l. 26. §. 2. D. de Verbor. Obligat. Tuschus in singularib. lit. A. n. 76.* reputatus, quòd habuerit notitiam contentorum, intellexerit omnia, & illis consenserit. Ut vix possit conqueri, subscripsisse se ignoranter, & nescivisse, quænam scripturæ essent argumenta. Cùm subscriptio idem operetur, quod scriptura propria. *Mascard. de Probat. Concl. 1347. num. 19. cum seqq. & Menoch. de Præsumt. libr. 3. præsumpt. 66. per tot. Farinac. decis. 321. num. 2.* Neque debet cuiquam propria patrocinari negligentia. Sed vigilantibus jura scripta sunt, non dormientibus. *Conf. Passer. in tr. de privat. scriptur. libr. 2. cap. de Apoch. man. creditor. conscript. pag. m. 300. n. 9. & seqq.* Attamen ex æquitate, si absque magnâ culpâ in probabili, quam ipse probabit ex argumentis & conjecturis, *Mascard. d. l.* versetur ignorantiâ, fortè negotiorum distentus multitudine, aut dissimulanter deceptus, subveniendum omninò ipsi foret per *l. 18. C. de probat. l. 5. C. Plus val. quod agit. & l. 1. C. de reb. alien. non alien.* Ne subscriptio ultra scientiam & intentionem agentium extendatur. *Dn. Brunneman. in C. ad tit. alleg. Plus val. quod agit. Passer. & Mascard. all. loc. Coler. de Process. Execut. part. 3. cap. 1. n. 130.*

4. Obliquè.

Contradistinguitur Adverbio Rectè, uti libertas obli-

obliqua directæ, verba obliqua directis opponuntur. Habebat hoc usum olim præcipuum in favorabili libertatis materiâ. Quæ relinquebatur à testatore vel directò vel obliquè. Directò rude donabantur servi, quando rectà & immediatè à testatore, nullâ alterius operà interpositâ, vi solius testamenti servili conditione eximebantur. Ex opposito obliquè per anfractum quasi & obliquam fidei commissi viam obveniebat ipsis libertas, dum ab alio, cujus id commissum erat fidei, manumittebantur, i. e. de alicujus tertii manu dimittebantur. Prior directa, posterior obliqua, frequentius fideicommissaria dicebatur libertas. Prior ex testatoris testamento competebat. Posterior à testatore ad hæredem & ab hoc iterum ad libertum deflectebat, qui inde non defuncti sed hæredis habebatur libertus. Vestigia deprehendimus in *l. 16. D. de Fideicomm. libertat. l. 1. §. 12. D. Si cui plus quàm per Leg. Falcid. licuer. §. 2. J. de singul. reb. per fideicomm. relict. l. 2. C. De Codicill. l. 12. pr. D. si quis omissâ caus. testam. l. unic. C. de Leg. Fus. Can. toll.* Quâ ratione, ut ex multis pauca dicam, controvertebatur: Qualem servus tutor testamento datus adipisceretur libertatem, directamne, an obliquam, vel fideicommissariam? Quod evaderet liber, incerto putabant procul, tametsi esset simpliciter datus, ex tacitâ & præsumptâ testatoris voluntate, quod, quia servus tutor esse nequit, uno concesso, id omne intelligatur concessum, sine quo illud explicari nequit, *l. 2. D. de Jurisdict.* At circa speciem mirum in modum variabant. Pro directâ ponunt calculum per *§. 1. J. Qui testam. tutor. dar. poss. & l. 32. §. 1. D. de testam. tutel. Donell. libr. 3. cap. 4. ibiq; Hilliger. lit. P. & seqq. Dn. Ungep. Exercit.*

Just.

Justin. 4. qu. 14. & Dn. LudVVell. in comm. J. qui testam. tutor. §. 1. in exeg. nisi verbis precariis aut in codicillis tutela ad eum devoluta fuerit, *per l. 9. C. de Fideicom. libert. Dn. LudVVell. Exercit. 4. ad Instit. th. 3. lit. C.* Alii pro obliquâ seu fideicommissariâ concludunt. *Vid. Harprecht. Comm. J. tit. Qui testam. tutor. §. 1. Guttieretz. de tutel. part. 1. cap. 10. num. 2.* Sed tutius fortassis mediâ incedere viâ cum *Dn. Frantzk. Exerc. Jur. 3. qu. 2.* fœdere distinctionis inter jus vetus & novum dissentientes conciliante, & illo jure obliquam seu fideicommissariam, per *l. 10. §. fin. D. de Testam. Tutel. & l. 9. C. de Fideicomm. libertat.* hoc directam servo tutori libertatem tribuente, *per d. §. 1. J. Qui testam. tutor.* junctâ. *l. pen. C. de Necessar. serv. hered. instit.* Quæ omnia nunc temporis, sublatis servitutibus, desuetudine adumbrata simul sunt. Verborum verò obliquorum in fideicommissis residuus remansit usus, & apparet hodienum affatim perspicuus. Non tantùm, quatenus etiam verbis & modo relinquendi integra hæreditas recta vel directa & obliqua seu fideicommissaria differunt. Sed etiam quatenus in eodem ipso inter fideicommissa singularia aut particularia & legata superest differentia, penè in cæteris plenè & planè exæquata, virtualiter intellige, non formaliter, *l. 2. C. Commun. de Legat. §. 3. J. de Legat.* ubi *Ludvv. in Com. Dn. Hahn. in Obs. ad Paratitl. Wesenb. tit. de Legat. 1. num. 9. Bachov. in Treutl. Vol. 2. Disput. 13. thes. 1. lit. H.* Siquidem legata civilibus, imperativis, & directis; fideicommissa verò obliquis & precariis verbis in hunc usque diem semper relinqvuntur, *§. fin. J. de singul. reb. per fideicom. relict. Donell. libr. 8. Comm. cap. Pac. in not. ad §. 3. J. De Legat.* Sin autem

autem utrorumque verborum expetis formalia, en obliqua precativè non imperativè, concepta ſubminiſtrat ſequentia : Peto, Rogo, Volo, Fidei tuæ committo, *§.fin. J.De ſing. reb. per fideicom. relict.* ſingula perinde eſſe firma inſinuans, atque ſi omnia in unum congeſta eſſent. Quibus ſubjungit plura *Gothofred. in not. ibid. lit. H.* Et directa proſtant *in l.10. C. de Manum. teſtam. l.2. C. Comun. de legat.* Qualia hæc : Liber eſto, Hæres eſto, Relinquo, Hæredem facio, Inſtituo, Do, Lego, &c. Quorum virtus & efficacia diverſa patet aliquatenus ex illis, quæ de libertate rectâ & obliquâ ſuperius expoſita.

Proporrò uſitata etiam eſt phraſeologia. Obliquè aliquem perſtringere, Einen heimlich anſtechen. Quo ſenſu non præpoſterè quæritur : An qui in genere injurioſa evomit verba, conſcius benè, quem in ſpecie feriri velit, injuriarum poſſit conveniri ab aliquo, qui ſe laceſſitum perſuaſus? Pono caſum : Inter Mœvium & Titium capitalis gliſcit inimicitia. Mœvius in plurium præſentiâ, ſuppreſſo nomine, vehementiſſimè in aliquem invehitur, quem dicit aliam ex aliâ ſibi creare moleſtiam: Titiusne, nil niſi peſſimum de adverſario ſuſpicatus potis dicam ſcribere Mœvio, ut accerſitus in judicium exponat ſenſa animi, an in contumeliam Titii dicta ſint quæ dicta ſunt? Vulgi erit deciſio : In genere dicta quem tangent in ſpecie? Ich habe es ins gemein hingeredet/ Ich habe den Knüttel unter die Hunde geworffen/ es iſt keiner inſonderheit gemeinet/ wer es ihme wil zuziehen/ der thue es. Enim verò in affirmativam propendere nullus dubito, ratus, militare fortiter contra Mœvium præſumptionem, quod Titii ceu inimici ſuggillaverit famam.

mam. Inde tenebitur omninò ad instantiam Titii protestari coram judice, sibi non fuisse animum, ejus famam elevare in vulgus, aut diminuere autoritatem. Quò suspicione liberetur, licet non necessum habeat exprimere, cui ergò dixerit malè. Nec debet de hoc alicui videri mirum. Nam tralatitium est in jure nostro, si verba indifferenter prolata sint, suique naturâ minus injuriosa, ex parte actoris per conjecturas probari infamandi animum, *arg. l. 5. §. 6. D. De Re militar.* & in contrapondium, si sint sui naturâ injuriosa, ob præsumptam ex ipso dicto vel facto injurioso maledicendi mentem, eam abfuisse firmari ex parte rei, *l. 5. C. De Injur.* Cui in casu ex circumstantiis vel aliâ contrariâ insufficienti probatione probabiliter dubio juramentum innocentiæ probatorium, quod purgationis invenit nomen, defertur, *l. 5. §. 8. D. de Injur. Dn. Peretz. in Com. Cod. tit. de Injur. n. 2.* Non video itaque, quid injiciat remoram, quò minus actor in nostro casu ex conjecturâ, cujus fungitur vice hostilis inimici animus, se contumeliâ ominetur affectum, & reus edoceat contrarium, utpote suspicione gravatus, & præsumptione juris oneratus, quæ talem quemq; qualis apparet, præsumit, & dolum arguit, quoties quid naturâ turpe & legibus prohibitum profertur. Possent etiam ad probandam sententiam affirmantem conferre Symbolum *l. 18. §. 3. l. 3. §. 2. in fin. l. 15. §. 45. D. De Injur.* ubi ignorantia & error in personâ actione injuriarum infamantem non sublevant. Sed brevitatis ergò illationis consequentiam & applicationem lecturi judicio relinquimus, & in ipso conflictu nacti occasionem illustrabimus, adjecturi, necquicquam facessere nego-

tium, *l.7. in princ.* & §.4. *D. De injur.* Conferantur *Damhoud. Practic. Criminal. cap. 125. n. 7.* & *cap. 138. n. 3. Farinac. in Practic. crim. p. 3. qv. 105. n. 474. seqq.* Mantissæ loco esto quæstio: Num liceat obliquè, cogita, per stratagemata, insidias, & id genus alia, quæ consilia belli obliqua, rectis opposita, audiunt *Lipsio libr. 5. Politic. cap. 16. §. 12.* debellare atque prosternere hostem? Reponit *can. 2. caus. 23. qv. 2.* Cum justum bellum susceperit belligerandi jure gaudens, utrum apertâ pugnâ, utrum insidiis vincat, nihil ad justitiam interest. Ex trito illo *Virgilii*: Dolus an virtus, quis in hoste requirit? Cùm parum referat, vi quis an fallaciâ potestatem hostium evadat, *l. 26. D. de Captiv. & postlim. revers. l. 1. §. 3. D. De Dolo.* Commendo *Thomam Heinrici de Bello cap. 13. per tot. Grot. in admirando opere de J. B. & P. libr. 3. cap. 1. n. 16. 17.* & *20. Reinking.* in der Biblischen Policey *libr. 2. axiom. 162. Lips. lib. 4. Polit. cap. 3.* & *Dn. Böckler. in Dissert. ad Polit. Lipsii.* Nec juri naturæ hoc inconveniens, per ea, quæ habet *Grot. d. lib. 3. cap. 4. n. 15.* Postquam ejusdem sententiâ, licet generosius sit ita occidere, ut, qui occiditur, sui defendendi habeat copiam, id non debetur cuiquam, qui mori meruit. Veneno tamen hostes extinctos tollere è medio, â saniorum gentium placitis alienissimum pronunciat sapientissimus *Seneca 4. Controv. 7.* & probat exemplo Romanorum *Gothofred. in l. 1. §. 3. D. De Dolo. lit. m.* Id quod ex respectu communis utilitatis derivat *Grot. all. loc.* ne pericula in bellis, quæ crebra, intendantur nimiùm, & quò vita Principum ab armis ante alios defendenda juris aliquâ religione & metu infamiæ â veneno tuta sit, alias æquè periclitaturâ. Quare insimul

n. 16.

v.16. fontes ac ſpicula veneno inficere, & ita geminare mortis cauſas, gentium Europæarum, & ſi quæ ad Europæ melioris cultum accedunt, juri contrariari, atq; contra morem majorum eſſe, egregiè pro more ſuo inculcat. Adſtipulatur *l. 1. C. De Malefic. & Mathematic.* plus eſſe judicans, hominem exſtinguere veneno, quàm occidere gladio. *Vid. Dn. Philipp. in uſu pract. Inſtit. Juſtin. lib. 4. tit. 18. §. 4. Eclog. 87.*

5. Obnixè.

In genuina acceptione uſurpatur pro inſtanter, vehementer, cum totis viribus, cum conatu, **mit gantzer Krafft und Gewalt** / v. g. obnixè contendere, i. e. vehementer, & inſtanter rogare, manibus pedibusque omnia obnixè facere, i. e. cum totis viribus. Originem traxit à verbo Obnitor. Hoc verbi ſimplicis Nitor compoſitum eſt. Niti denotat cum magno opere conari. Inde Obniti ſummam agentis innuit induſtriam, ſive, ut aliquid efficiatur, & dicitur eniti, anniti, operari & cooperire, ſive ut aliquid impediatur, & dicitur contra niti, obluctari, & impedire, **ſich gegen etwas ſteuren / auflehnen / aufhalten.** Sic phraſin hanc: Excepit obnixus impetum hoſtium, **Er ermahnete ſich / trat gegen die Feinde / und fieng ihren Nachdruck auf** / refert ex *Livio meus quondam Præceptor & Mœcenas, Celeberrimus Buchnerus, & poſt fata famigeratiſſimus, in Theſaur. Fabr. locupletat. ſub lit. N. verbo Nitor.*

6. Obnoxiè.

Ab Adjectivo Obnoxius derivatum, & ex præpoſitione Ob & nomine ſubſtantivo Noxia compoſitum eſt.

Obnoxius ſignificatus admittit varios, prout modò ab hoc, modò ab alio deſcendit primitivo. Quando à noxâ venit vel noxiâ, obnoxius propriè eſt ob noxam datus, & ſic obnoxius, reus, ſons, nocens, ſunt ſynonyma, *l. unic. C. De Crimin. pecul. can. 58. Cauſ. XI. qv. 3. cap. 1. X. De Crimin. falſ. l. 2. in princ. C. De his, qui latron. vel al. crimin. reos occult.* At quoniam qui noxæ datur, in ejus poteſtate eſt, cui datur, obtingit, ut obnoxius vel devinctum, ad pœnam ob delictum obligatum, ſeu eum, qui aliquid debet, denotet, *Novell. 87. cap. 1. in med.* & libero opponatur, vel obedientem & morigerum. Quemadmodum quoque in eâdem derivatione ponitur pro expoſitus, **unterworffen** / e. g. obnoxium eſſe morbis, ærumnis, periculis, ludibriis &c. Cum verò non à noxâ, ſed à noxius iſtud vocabulum deducitur, idem valet ac ſuum ſimplex, atque obnoxius & innoxius ſunt contraria. Denique à nomine ſubſtantivo Nox ortũ pro obſcuro accipitur. Asſentitur omnia *Matth. Martin. in Lexic. Philol. voc. Obnoxius*, niſi quod ſuccinctè & in compendio tradat, ſingulas attribuens ſignificationes Adjectivo Obnoxius, tanquam derivato à ſubſtantivo Noxia. Cujus verba merentur hîc adſcribi: Ne voces, inquit, ſine necesſitate multiplicemus, ab unâ noxiæ origine ſic diſtinguamus ſignificationes. Obnoxius eſt I. qui noxiam admiſit, debens noxiam ſarcire. II. Ex eâ culpa reus & obligatus ad pœnam, ſeu dignus pœnâ, quique inde noxius eſt & habetur. III. Re ipsâ ſubjectus & expoſitus pœnæ. IV. Obligatus, ſubjectus & addictus in genere. V. Subjectus ſervituti, ut cum obnoxium ingenium ponitur pro illiberali, & obnoxium corpus pro valetudinario, quod morbis

morbis eſt ſubjectum. Itaque in tribus primis ſignificationibus eſt gradatio à cauſis ad effecta, in quartâ incipit Synecdoche ſpeciei pro genere, in quintâ eſt Synecdoche contraria. Germanicè obnoxius eſt, Er iſt ſchuldig/ à Schuld/ debitum, culpa, vel eſt pflichtig und verpflichtet / à Pflicht / Obligatio. Hactenus *Martini!* Et exinde originem invenit Adverbium noſtrum Obnoxiè, tres faciens acceptiones diverſas ſub eâdem voce, imò ſub iisdem ſyllabis & literis. Raro obnoxius pro obſcurus, à Nox, apud *Plautum* facit Adverbium Obnoxiè, i.e. obſcurè, ut planè & obnoxiè contraria ſint, teſte *Martini d. l.* Rariùs æquipollet Adverbio Trepidè, veluti verba *Liv. Bud.* Sententiam dicere obnoxiè, interpretari *Spieg.* ſententiam dicere trepidè, teſtatur *Calvin. in Lexic. Jurid. verbo Obnoxiè.* Aliter quàm obnoxiè perire apud *Plautum. Epid. 3. 2.* exponunt. Quod alii vertunt per proximè, ἰχομένως, ut ſit, non obſtrictum tantùm eſſe periculo, ſed perire. Alii clementer, ut agimus cum iis, quibus obnoxii ſumus. *Martini ibid.* Sin uſum ultimò in jure noſtro frequentiorem ſuperaddere malumus, erit idem ipſe, quo obnoxius ſumitur pro devincto vel obligato. Quomodo iterum transfertur ad benè multa. Sic obnoxius dicitur, qui crimine vel pœnâ tenetur, & qui vinculo aliquo obligationis, ſive ex contractu, ſive ex delicto & maleficio obſtringitur. Exempla ſunt, quando obnoxiatio in vet. LL. idem atque oppigneratio, obnoxia in *l. 1. C. De Precario.* pignori obligata, & obnoxii in *l. 9. C. De Præſcript. 30. vel 40. annor.* nuncupantur debitores, *Gothofred. ibid. in not. lit. s.* Sic obnoxios dici Vaſallos, teſtis eſt *Albert. Krantz. in Dan. libr. 6. cap 42.* referente

Calvin. in Lexic. Jurid. voc. Obnoxii. & in appendic. verbor. feudal. eod. verb.

7. Obreptitiè.

Diſtinguere ab Adverbio Subreptitiè Doctorum nonnullis eſt ſolemne. Quaſi per ſubreptionem impetretur reſcriptum, cum veritas occultatur, & confuſè, perplexè, atq; obſcurè factum narratur. Per obreptionem verò, quando pro vero falſum ponitur, prætenditur & defenditur. *Umm. in proc. Diſp. 8. n. 48. Weſenb. in Paratitl. Cod. tit. Si contra jus vel utilitat. public. circ. fin.* At res eodem recidit. Conjungi hæc duo Adverbia praxi, & tanquàm ſolo vocis ſono differentia ſæpiùs confundi, textibus juris civilis edocemur evidentiſſimis. Vid. *l. 1. in pr. & circ. med. & l. 2. in fin. C. Si nupt. ex Reſcript. petant. l. 1. §. 2. D. Si quis à par. manumiſs. l. 49. D. De Bon. Libertor. l. 29. in pr. D. ad Leg. Cornel. de Falſ. l. 2. C. de LL. l. 55. §. 4. circ. fin. D. De Adm. tut. l. 1. §. 2. l. 5. §. 15. D. De Reb. eor. qui ſub tutel. Novell. 152. cap. 1. cap. 23. X. de Præbend. in 6to. Clementin. ſi dignitatem. 1. X. De Præbend. & Dignitat. Gothofred. in not. ad l. 29. D. Ad Leg. Cornel. de falſ. lit. b. & l. 1. C. Si Nupt. ex Reſcript. lit. r. Petr. Frider. Mindan. De Proceſſib. lib. 1. cap. 15. n. 6. Menoch. de Arbitr. Judic. Quæſtionib. caſ. 102. num. 10.* Ob- & Subreptionis igitur exceptio dilatoria in foro ſatis celebris inter alias benè multas decretis, Mandatis & Reſcriptis Principum opponitur, quæ, ſive per taciturnitatem & reticentiam veri, ſive per mendacium petentis circumventi conceſſerunt, non conceſſuri, ſi fuiſſent expreſſa, quæ ab impetrante conſultò, dolo, & malitioſè, non per ſimplicitatem & ignorantiam, ſuppreſſa, *cap. 20. X. de Reſcript.* Etenim ob- & ſubrepere

pere idem, quod latenter & tacitè advenire, fallere, falsisque dictis decipere: Et ob- & subreptio idem quod mendacium fraudulosum, *cap. 11. X. De Celebrat. Missar. Clement. Ne in agro. 1. X. de Stat. Monachor. cap. 2. X. De Fil. Presbyter. in fin. l. 3. §. 3. D. De Carbon. Edict. l. 8. §. 1. D. De Negot. gest. l. 10. §. 2. D. De in jus vocand. l. 29. §. 2. D. Mandat.* Et cum citius præsumatur astutia, quoties quid præter dispositionem juris ex gratiâ conceditur vel remittitur, quàm ubi de jure causæ secundum jus commune respondetur, vel ad cognitionem & decisionem litis judex datur, frequentius vitii Ob- & Subreptionis insimulantur rescripta gratiæ quàm justitiæ, *l. 1. l. 2. l. 5. C. Si contra jus vel util. public. l. 7. C. De Divers. Rescript. l. alleg. 29. D. De Leg. Cornel. De Fals. Clementin. Si dignitatem. 1. X. de Præbend. cap. 1. & 3. X. de Rescript. cap. 20. eod. cap. 23. X. De Præbend. in 6to. cap. 27. X. de Rescript.* Quibus haud obviat mendacium judicis delegati jurisdictionem non directò impugnans. Fortè, si reticuerit aliquid supplicans, vel falsum recensuerit circa causam principalem ejusque merita. Ne extrahendi lites & impugnandi sæpius delegationem judicis ansa arripiatur & occasio. Ut fallat hoc, si circa processum tale quid commiserit, tacendo, litem alibi pendere, aut sententiam transiisse in rem judicatam. Quo sive celato, sive expresso, postulata assecuturus minimè fuisset, *c. 20. X. de Rescr. Magnif. Dn. Brunnem. in C. ad l. 2. 3. & ad l. 5. Si contra jus vel util. public.* Quanquam utrobique parum referat, an cum an sine clausulis mandatum atque rescriptum emissum fuerit, *Gail. lib. 1. Obser. 14. n. 1. Dn. D. Hulderic. Eyben. in not. & Observat. practic. ad Dn. Peretz. Com. in Cod. alleg. tit. Si*

contra

contra jus vel utilit. publ. n. 2. lit. a. verb. Sive obreptum. Attamen, posteaquam pro impetrante & rescripto præsumitur, quod in eo contenta sint vero conformia, *Castrens. in l. 3. C. all. tit. Si contra jus vel util. publ. Cravett. Consil. 172. Vivius 1. decis. 60.* obreptio etiam delictum sapit, atque proinde regulariter non præsumitur, sed legitimè probanda venit, *Dn. Eyben. all. loc. ad n. 4. lit. C. verb. quia præsumitur.* putaverim, reo de ob- & subreptione excipienti indistinctè injungendam esse probationem. Non attento, an falsum assertum, an verum suppressum. Quandoquidem excipiendo actoris subiens partes probandi onus declinare nequit. *Rütger. Ruland. De Commissar. & Commissionib. part. 1. libr. 2. n. 14. Gail. d. l. num. 2. Zanger. De Except. part. 1. cap. 16. n. 10. Dn. Peretz. in C. alleg. tit. n. 4. Mascard. de Probat. Conclus. 1128. Cardin. Tusch. tom. 2. Practicar. jur. conclus. 34. n. 44.* Qui, si succubuerit in probatione, punietur arbitrariè, quod principalibus obviare beneficiis sustinuerit, contra *l. 5. C. De Divers. Rescript.* Sin obtinuerit, juris est forensis, ut, qui in precibus mentitus fuerit, non illi prosit, quod impetravit; Sed mendax precator carebit penitus impetratis, & si nimia inveniatur mentientis improbitas, etiam severitati judicantis, falsi plectendus pœnâ, *l. 29. D. De Leg. Cornel. de Falsi. cap. 31. X. de Rescript.* subjacebit. Ipsissima verba sunt *l. 5. C. Si contra jus vel utilit. public.* Jung. *cap. 20. X. de Rescript. Dn. Brunnem. in C. Ad leg. unic. De Senatus Consult. Bald. in l. 2. C. Si contra jus vel utilitat. public.* & in *cap. 1. circ. fin. X. Ut lit. pendent. Bartol. in l. 29. D. De Leg. Cornel. de fals. Klock. Vol. 2. Consil. 6. n. 45.* Quod limitat *Peretz. in C. Si contra jus. n. 3.* si leve sit mendacium, quo

etiam

etiam tacito, non eò minus nec difficilius idem Princeps fuisset rescripturus. Unde colligere simul licet, istiusmodi furtivum rescriptum, ut appellat Imp. *in l. 1. C. de fund. limitroph. lib. 11.* explicante *Gothofred. ibid. in not. lit. C.* non esse ipso jure nullum, prout videtur *Barbos. locupletat. lib. 16. cap. 41. axiom. 2. in limitat.* sed enervari demum per ob- & subreptionis exceptionem, *l. 2. C. si contra jus vel utilit. public. Recess. Imper. de Anno 1594. §.* **Darnach zum dritten.** *76. & Recess. Imper. noviss. de Ann. 1654. §.* **Belangend die** *mandata sine clausulâ. 76. l. 29. D. de Leg. Corn. de fals.* ibique *Gothofred. lit. K.* Adde illustrationis ergò *Clementin. Si dignitat. 1. X. de Prabend. & dignitat. cap. 2. X. de Fil. Presbyter. in fin. Sprenger. in Jurispr. publ. pag. 70. Dn. Eyben. in not. & observ. practic. ad Dn. Peretz. Comm. in Cod. tit. de Precib. Imp. offer. n. 4. lit. A. verb. Nihil operatur.* & allegati eidem *Gail. lib. 1. Obs. 14. & lib. 2. Observ. 58. num. 3. Schvvaneman. in proc. Cameral. libr. 2. cap. 15. & Cothman. Vol. 4. Consil. 12. num. 83. & seqq.* Add. *Thesaur. quaest. forens. libr. 1. qu. 4.* Ambiguum tamen admodum, an infirmetur in totum, an in tantum, in quantum commissum mendacium? Sanè, uti prius promiscuè non placet, ne vitietur utile per inutile, in rebus diversis & dividuis, contra *l. 1. §. 5. D. de Verbor. Oblig. l. 7. §. 1. D. de Recept. qui arbitr. receper. cap. 37. cap. 73. X. de Reg. Jur. in 6to. Magnif. Dn. Carpzov. in Jurispr. for. part. 2. Constit. 14. def. 21. n. 3. & seqq. Cardin. Tusch. Practicar. Conclus. Jur. tom. 8. Concl. 373. lit. I.* Ita diffiteri nolim, certè non ausim, quando capitula connexa sunt & individua, & vitium circa integrum rescriptum, aut partem ejus principalem, separata etiam corruere capitula, *arg. cap. 9. X. de Rescript. in 6to. Gail. d. libr. 1. Obs. 14. num. 4.*

Zœs. in Comm. Decretal. tit. de Rescript. n. 30. Siquidem in connexis & individuis utile vitiari per inutile non infrequens. *Gothofr. in l. all. 1. §. 5. D. de Verbor. Oblig. lit. I.* Neque dedecori cedit Principibus Viris, sed gloriæ potius & honori summo, cassare edicta atque decreta ob- & subreptitiè emissa, per exposita à *Dn. Reinking.* in der Biblischen Policey. *libr. 2. axiom. 26. Dn. Brunnem. in C. ad l. 6. Si contra jus vel util. publ. Klock. Vol. 1. Consil. 7. num. 7.* Exemplo Antiochi Asiæ Regis, cui summæ ducitur laudi, quod omnibus Regni sui urbibus scripserit, ut si quid in literis, quæ nomine ejus scriberentur, esset, quod legibus videretur adversari, crederent, ignaro se, ejusmodi literas scriptas fuisse, & propterea eis non parerent, *Gail. lib. 2. Obs. 58. n. 10. & seqq.* Hinc protestatus solennissimè Alexander III. Pontifex Maximus Archiepiscopo Ravennati rescripsit. Patienter se laturum, si non fecerit, quod pravâ ipsi insinuatione fuerit suggestum, *cap. 5. X. de Rescript.* Confer *cap. 13. X. de offic. & potest. judic. deleg. cap. 11. & 31. X. d. tit. de Rescript. c. 23. X. de Præbend. & dignitat. in 6to.* Et gloriosissimi Impp. Legum Nostrarum compilatores noluerunt inesse pondus decretis suis, nisi quatenus preces veritate niterentur, *l. 3. & 7. C. de Precib. Imp. offer. l. 3. 6. & tot. tit. C. Si contra jus vel utilit. public. l. 1. C. de Petit. bonor. sublat. libr. 10. l. 7. C. de divers. Rescript. Novell. 152. cap. 1.* (Quod de Jure Canonico & consuetudine tacitè subintelligitur, eoq; necessariò non exprimendum, *cap. 2. X. de Rescript. Schotan. in Exam. Juridic. pag. m. 34. in fin.*) Vel, si ita esset, uti legitur in *cap. 20. X. de Rescript. l. 3. l. 13. C. de Transactionib.* Quo ipso ad omnia ante enarrata habetur respectus. *Christin. 2. decis. 76.*

cis.76. Nam adverterunt benè, in verecundâ ſupplicantium inhiatione & importunitate ſeſe ſæpiuſculè flecti ac adeò conſtringi, ut etiam non concedenda tribuant, *d. l. 1. C. de Petit. bonor. ſublat.* iniqua, vel contra jura, quæ judex debet reſpuere, *cap. fin. 15. X. de Reſcr. in 6to.* Add. *l. 5. C. de Locat. prædior. lib. 11. l. 6. C. de diverſ. præd. l. 7. C. de Fund. rei privat. eod. lib. 11.* & apparebit, ob- & ſubreptionem à Principe non eſſe inſolitam, conſentit *Dn. Reinking. de Reg. ſecular. & Eccleſ. libr. 2. cl. 2. cap. 8. n. 11.* Minus multò igitur judex, exceptione hâc pili & vili habita, in irreparabile excipientis præjudicium, ſecundum reſcriptum maturare poterit reſtitutionem, *l. 3. & 4. C. Si contra jus vel utilitat. public.* ſub pœnâ decem librarum auri, Conſ. *Dn. Peretz. in C. tit. de Diverſ. Reſcript. n. 11. final.* Nihilo ſecius intereà tacitè præcludit fores huic exceptioni Princeps, per adjectam clauſulam: Ex plenitudine poteſtatis, ex motu proprio, item, benè cognovimus, & conſimiles plures, *cap. 23. X. de Præbend. in 6to. Faber. in Cod. libr. 1. tit. 2. definit. 22. Grammat. Deciſ. 103. n. 242. & deciſ. 65. n. 80.* Modò non vergat reſcriptum in utilitatis publicæ detrimentum, aut auferat cuipiam jus quæſitum. Cum in præjudicium tertii nihil operentur iſtæ clauſulæ, *arg. l. 5. final. C. de Locat. Prædior. l. 7. C. de Precib. Imp. offer. l. 6. C. ſi contra jus vel util. public. Dn. Peretz. in C. tit. de Precib. Imp. offerend. n. 4. ibiq; in not. & obſervat. practic. Dn. Eyben. lit. b. & c. Gail. lib. 2. obſ. 58. num. 5. & 12. contra Mynſing. Centur. 4. obſ. 8. n. 4. & alios.* Vid. de clauſulâ, ex plenitudine poteſtatis, *Dn. Peretz. & Dn. Eyben. cit. loc. Alex. Conſil. 16. n. 28. Dn. Struv. Syntag. Jur. Feudal. cap. 5. Aphoriſm. 6. n. 4.* de clauſulâ. Non obſtante lege contra-

riâ, *Dn. Brunneman. in C. ad l. 6. Si contra jus velutilit. public.* & *Cravett. Consil. 296.* & de clausulâ, Ex certâ scientiâ, *Trentacinq. lib. 1. Resolut. tit. de Rescript. Resolut. 6. num. 9.* An verò, sublatis per rescriptum Principis omnibus exceptionibus, etiam ob- & subreptionis exceptio sublata censeatur, & an exceptio ob- & subreptionis dilatoria in vim peremptoriæ possit opponi, quære apud *Cravettam Consil. 68.* & *Consil. 259.* Jung. *Nicol. Reusner. Vol. 2. Consil. 25. Gilhaus. in Arbor. judic. civil. de exceptionib. n. 73. fol. 210. Oldendorp. c. 14. de except.* & *Christin. 2. decis. 80.* ubi, intra quod tempus ob- & subreptio possit opponi, indagat. Ego illis hîc in fine veluti in decursu lampada trado, hoc brevissimis addens, ob- & subreptionis exceptionem vitiare tantùm circa decisiva, non circa narrativa & accidentalia. *Bald. in l. 4. & 5. C. Quomodo & quando judex. Alex. in l. 29. D. de Leg. Cornel. de falsis. Felin. in cap. 20. X. de Rescript.* Qui postremus *in cap. 27. X. eod.* & *in cap. 10. X. de Jurejur.* sentit, obreptionem non reddere inutilem legitimationem, si ea celata sint, quæ à concedendà gratiâ vel legitimatione Principem deterruissent. Nisi ea sint, quibus non expressis, gratiam vel legitimationem inutilem esse, jure cautum est. *Curt. Jun. Vol. 1. Consil. 32. n. 11.* Id quod forsitan hîc est speciale, ob favorem legitimorum natalium.

8. Obscœnè.

Genuit Adjectivum obscœnus, nomen sortitum ab obs & cœno, vel Græco κοινῶν, quasi circum circa κοινὸς, i. e. pollutus scœno, vel cœno obnoxius. Apud Antiquos dicebantur obscœna, vel quæ mali ominis causâ habebantur, & obscœnare alicui omen vituperare: Vel quæ

ob tur-

ob turpitudinem nisi in scenâ palàm dicere fas non erat. Generalius audiunt obscœna, verba vel facta quælibet turpia, spurca, sordida, & dictu detestabilia, quæ radunt vel offendunt honestas aures & animos. Hinc in Amplisſ. Collegio Juridico hujus Academiæ *M. Octobr. Ann. 1607.* cuidam subdito, qui obscœna verba protulit adversus viduam nobilem, dictata est pœna carceris octiduani, vel mulcta 10. floren. In Jure nostro civili, nimirum *in l. 1. §. 8. D. de Off. Præf. Urb.* specificè non genericè Ulpiano accipitur Obscœnitatis vocabulum, pro scelere ob turpitudinem non nominando. Cujus explicatoria est *l. 12. cum l. 14. & 33. C. de Episcop. Audient.* Et his iterum præferunt facem *l. 6. & 7. final. C. de Spectac. l. 9. D. de Manum. tot. tit. C. si mancip. ita venier. ne prostituat. l. 5. D. Si quis à parent. manum. l. 24. §. 3. D. de Pignerat. act. Novell. 14. l. 29. C. de Nupt. l. 4. §. 2. D. de his qui not. infam. l. 8. D. Ad Leg. Jul. de Adult.* Collimant eò omnes, filium vel filiam, servum vel ancillam, peccandi necessitate à patre vel domino impositâ, re apud judicem expositâ, ejusque implorato officio, omni miseriarum necessitate absolvi, ut *textus all. l. 12. C. de Episcop. Audient.* habet ad literam. Nimirùm, si quis aut patri aut domino turpia aut iniqua factu imperanti non obtemperet, is nec inobediens est, nec injuriam facit, nec peccat. Nam media sententia optima atque tutissima visa est, quædam esse parendum, quædam non obsequendum. *Grot. lib. 2. de J. B. & P. cap. 26. n. 3.* Conf. exposita superius circa Adverbium Obedienter.

Ast quam quæso luunt pœnam Domini vel Parentes, si liberos aut servos in obscœnitate, ut cum *d. l. 1. §. 8.*

D. de Offic.Praef. Urb. loquar, compellant aut compulerint, vel juxta *Novell. 14.* §. *1.* pro eò melius perpetrando ſcelere ædes ſuas aperuerint & conceſſerint? Satisfacient deſiderio *alleg. text.* non obſcurè teſtatum facientes, ob enormem abuſum patriâ & dominicâ poteſtate, nec non acquiſitionis, & reſpectivè in adventitiis uſusfructus emolumento, excidere eosdem citra recuperandi ſpem, *arg. l. 35. in fin. D. de Excuſat. Tutor.* Neque hoc ſolùm, ſed notari inſuper infamiâ, periclitari de habitatione, *arg. l. 1. §. Domus verò. C. de falſ. monet. Conſtitut. criminal. Carol. V. artic. III.* mulctari decem libris auri, damnari in metallum, atque exilii plecti pœnâ, ex ratione §. *fin. I. de his qui ſui vel alien. jur. Menoch. lib. 2. Arb. Jud. Qv. caſ. 534. n. 6. & ſeqq. Molin. tr. de Juſtit. & Jur. libr. 2. diſputat. 229. n. 14. Dn. Peretz. in C. de Epiſcopal. Audient. n. 6. in fin. & de Spectacul. n. 7. Salic. ad l. 12. C. de Epiſcop. audient.* Id quod ad ancillas etiam conductitias & mercenarias, item ad filiam naturalem & viduam extendit, & vel in extremo extremæ necesſitatis caſu procedere aſſerit *Magnif. Dn. Brunneman. in C. ad l. 12. de Epiſcop. Audient. & ad l. ult. de Spectacul.* ſatius eſſe judicans, perire fame, Deo propitio, quod vix veniet uſu, quàm aliis ad peccatum ſubdere calcaria, tale quidem, quo duo polluuntur & involvuntur, per *l. 43. §. 5. D. de Rit. Nupt. cap. 4. X. de Divort.* Et quia de jure noviſſimo capitali mulctantur pœnâ lenones, per *Novell. 14.* §. *1. ibi : Noviſſima ſupplicia.* ad quam conſ. *Matth. Stephan. in Comment. & Gothofred. in not. ad d. §. 1. lit. a. per Novell. 60. cap. 2.* qui corporali tantùm plectebantur olim, *l. 12. D, ad Leg. Jul. de Adulter. l. 37. §. ult. verſic. aut domum præbuerit. D. de Minorib. Novell.*

134.

134. cap. 10. Dambouder. in practic. criminal. cap. 89. & seqq. Marta. Tom. 2. tit. Lenocinium, Christin. ad Consuetud. Mechlinienſ. tit. 2. artic. 14. Farinac. Pract. criminal. qv. 144. n. 9. 17. & seqq. non obſtante *l. 8. D. ad L. Jul. de Adulter.* & ſimilibus, uti pro cathedrâ cum bono Deo dicturi, & eſt maleficium enormius, in filias, quàm in extraneas tentatum, in parentes ejusmodi malè feriatos hodiè ultimo ſæviri ſupplicio non incongruè quis conjecerit, *arg. Conſt. crimin. Carol. V. Artic. 122. & d. Novell. 14. §. 1.* cum *Farinac. d. l. n. 56. cum ſeqq. Magnif. Dn. Brunnem. in repet. Paratitl. Weſenb. tit. ad L. Jul. de Adulter. qu. 16. Dambouder. d. tr. cap. 91. n. 4. verſ. aut filiarum.* & *Matth. Stephan. in Obſerv. practic. ad Conſtit. Crim. Carol. V. artic. 122. & Dd. ab eodem ibid. alleg.* Etiamſi de Jure Carolino per *Conſtit. Criminal. ejusd. artic. 123.* Lenones alii, (patres penè excepero, *arg. artic. præced. 122.* & *Novell. 14. §. 1*) juxta delicti circumſtantias, vel exilii aut famoſæ catamidiationis animadverſione, aut aurium abſciſſione, fuſtigatione, relegatione, aliâve ſimili mulctâ coerceantur nonnunquam. Pro cujus pleniori intellectu vid. *Dn. Bernhard.* Zieritz / *JCt. Conſ. Brandeburg. Dicaſterii Ejusdem Senior, & Marchiæ Electoralis Ephorus, Avus meus paternus, inter beatos nunc agens, in Obſervat. Nomico-Polit. & Matth. Stephan. in Obſervat. Pract. ad d. Artic. Conſtitut. Crim. Caroln.* Jung. *Colleg. Juridic. Argentorat. in expoſitione tit. D. ad L. Jul. de Adulter. §. 20.* Hodiè ſuper pœnâ patris ad libidinem explendam proprias filias turpiter proſtituentis moderna diſpenſat obſervantiâ, & in quibusdam locis conſuetudine peculiari aliam pœnam

indu-

inductam.probant *Berlich. part. 4. Concl. 40. n. 27. & seqq.* cum *Dd. alleg. Clar. Receptar. sentent. §. final. qv. 68. vers. Lenones. 23.* Præterea, ne fraus fiat legis beneficio, judices implorati personis, quibus peccandi ingeritur necessitas, auxiliatrices debent porrigere manus, sub pœnâ corporis & viginti librarum auri, *d. l. fin. C. de Spectacul.* junctâ *l. 33. C. de Hæretic. in princip.* Jungito hîc in fin. *Can. 1. distinct. 14.* ubi de Lothi facto, volentis prostituere filias, ne hospites ipsius à Sodomitis tale quid paterentur, *Genes. 19. v. 8.* reperies aliqua huc facientia.

Obscœni etiam ludi apud Romanos olim erant frequentiores. Quas inter Majuma fuit, *tit. C. de Majumâ, libr. XI.* & referuntur plures *tit. C. de spectac. & scenic. eod. libr. XI.* Impræsentiarum tanquàm castitati nostrorum temporum inconvenientissimi exstirpati radicitus & ad Antipodes relegati sunt, postquâm repurgata ab Ethnicorum quisquiliis veritatis Evangelicæ doctrina. Quin suo jam tempore suarum duxit partium venturæ serò posteritati in omne ævum celebrandus Justinianus illicitis remederi ludis, vel eradicando funditus, vel reformando in melius, quò, sublato abusu, usus legitimus remaneret salvus. Loqvuntur *tit. 40. 41. 43. 45. C. libr. XI. alleg.* & attestantur *Dn. Peretz. & Dn. Brunnem. ibid.*

Obscœnis quoque verbis & cantilenis attentatur alicujus fama. Eructari hæc in contumeliam opificis cujusdam si contigerit, nunquid rectè ipsi opificii interdicitur exercitium? Wird ihme mit Fug und Recht von den andern Meistern das Handwerck geleget / biß er sich gerechtfertiget / und seine Sache ausgeführet? Ad negativam inclinat *Magnif. Dn. Præs. Centur. Regul. Jur. Reg. 2. n. 102.*

n.102.p. m.65. *eamque* Ordinem JCtorum in Salanâ hâc Amplisſimum unanimi firmâſſe ſuffragio Anno 1630. Menſ. Jun. aſſeverat, inculpatum, lite adhuc pendente; in Collegio Opificum eſſe tolerandum, es ſey der geſchmähete wieder einzunehmen/ und im Handwerck zu leiden/ biß der jenige/ ſo ihn mit Ehrenrührigen Worten angegriffen/ das jenige/ was er ihme ſchuld gegeben/ über ihn ausgeführet. Poteſt conferri *Conſtit. Crimin. Carol. V. artic.215. circ.fin.* & ibi *Dn. Avus Paternus, Dn. Bernhard.* Zieritz. *b.m. & Matth. Stephan. in Obſervat.*

9. Obſcurè.

Criticam omninò deſiderat manum tanquàm unum ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων. Obſcurè adverbium ab obſcurus Adjectivo eſt. Hoc ut compoſitum in duas particulas ſimplices, Præpoſitionem obs & nomen ſubſtantivum cura, ex quibus compactum, reſolvitur. Quaſi obſcurum nobis injiciat curam, aut in cognoſcendo obſcuro curâ ſingulari opus, in planis & evidentibus non neceſſariâ. *Scalig. cap. 34. de cauſ.1.* Indigitatur hoc nomine 1. Quod luminis expers. 2. Parùm luminatum, ut adhibenda cura, ſi cernere velis. 3. Parùm luminans ſeu parùm videre faciens. 4. Parum perſpicax, ſeu parùm valens viſu ad res Objectas diſcernendas. 5. Homo tectus & minimè apertus, i. e. obſcurus, ignobilis non celebris, der keines ſonderlichen Nahmens oder Beruffes iſt/ obſcuro loco vel genere natus, der von keinen berühmten Geſchlechte herkommt/ Majoribus obſcuris natus, des Vorfahren unberuffene und ſchlechte Leute geweſen ſeynd/ *l.3. pr. D. de Concubin. Novell. 15. in præfat. poſt princip. Novell. 74.*

cap. 4 §. 3. 6. Homo fictus & astutus **ein Dockmäuser der hinter den Berge hält.** *August. Buchner. b. m. in Thesaur. Fabr. locupletat. vocab. obscurus.* 7. Metaphoricè transfertur ad res intellectus, indicans abstrusum, absconditum, absconsum, abditum, secretum. Ita sermo obscurus vocatur, qui res propositas non efficit facilè intelligere: Facultas intelligendi obscura, quæ non facilè percipit sermonem & res eo explicatas: Res denique obscura, intellectu difficilis, obscurè seu difficulter intelligibilis, oratio obscurè explicans seu intelligere docens, & mens obscurè intelligere potis aut intelligens, *arg. Novell. 107. in præfat. circ. fin. l. 50. D. de Fidei comm. libert. circ. fin.* Quæ cognitionis difficultas vel est à rebus ipsis cognoscendis, quia ab intellectu vel sensu sunt remotiores, vel à personis cognoscentibus, quia in earum ingenio est infirmitas & defectus, vel à mediis, quæ inter cognoscenda & cognoscentes intercurrunt. *Matth. Martini. in Lexic. Philolog. verb. Obscurus. Joan. And. in c. fin. de Constit.* Harum acceptio postrema hujus præprimis est loci. Et licet ambiguum etiam referatur ad intellectum, utrumque simul ad literam; differunt tamen eatenus, quatenus obscurum, vertitur circà dictionem, ambiguum circà orationem. *Calvin. in Lexic. Jurid. vocab. Obscuritas.* Add. *Gothofred. de discrimine Obscuri & ambigui in l. 39. d. de Pact. lit. b. & c.* Jura nostra, ad institutum accedo propius, uti verborum atque sermonis claritatem extollunt & sectantur assiduè: *Novell. 107. in fin. princip. & cap. 1. in init. l. 6. pr. & §. 1. D. de Confessis. l. 3. D. eod.* Ita detestantur perqnàm obscuritatem tàm in judicialibus, quàm in extrajudicialibus, *arg. d. Novell. 107. & l. 22. §. fin. 2. circ. fin.*

fin. D. de fideicomm. libertat. In judicialibus, si præparatoria intuearis, & litis atque judicii principium, obscuritas citationem vitiat, *Bald. in l. 8. C. Qui testam. fac. poss. col. 11.* libellum etiam annullat, parte vitium obscuritatis opponente, *DD. in Auth. Offeratur. C. de Lit. Contestat. Zanger. de Except. part. 2. cap. 13. n. 5. Wesenbec. in Paratitl. D. de Edendo. n. 4. Gail. libr. 1. Obs. 62. n. 11. Obs. 64. n. 7. Obs. 66. n. 6. & Obs. 69. n. 3.* nisi corrigatur ab Actore ante sententiam, *l. 66. D. de Judic. l. 46. d. de Re Judicat.* Si pergas ad litis progressum, probationes obscuræ non probant quod probare debebant, *l. 25. C. de Probat.* Maximè in criminalibus, ubi probationes debent esse luce meridianâ clariores, *d. l. 25. cap. 1. X. de Testib. in 6to Constit. Crim. Carol. V. artic. 66. & 67.* Cautius enim agendum est, ubi agitur de salute hominis, *l. 29. C. de Appellat. Matth. Steph. & Beatus Dn. Avus paternus ad d. artic. 66. Magnific. Dn. Carpzov. in Practic. Criminal. qu. 114. n. 2.* Qua propter obscura testis responsio non admittitur, obscurum etiam ad positiones responsum rejicitur, quod paria in jure: Nihil respondere & obscurè respondere, *l. 11. §. 7. D. de Interrog. Actionib. Gothofred. in ibi lit. e.* & quoniam fides testis perhibetur vacillare propter nimiam obscuritatem ut in disputatione attestationum inter alia dictis testium & obscuritas rectè objiciatur, *d. l. 11. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 28. th. 48.* Ita Articuli probatoriales minùs perspicui & obscuri improbantur. *Gail. libr. 1. Obs. 82. n. 11.* Non secus atque ad positiones obscuras responsio denegari svevit. *Scacc. de Judic. libr. 2. cap. 7. qu. 2. Umm. in process. disputat. 13.* Si tandem ad litis devenias exitum, in sententiâ obscuritas est intolerabilis. Quam ne pariat copula-

tiva, non intermiscenda, *l.16.final. C. de Sentent. & inter-locut. omn.judic.* Certa enim esse debet, *l.3. l. ult. C.de Sentent. quæ sin. cert. quantit. §.32. J. de Actionib. l.59. §.2. D.de Re Judicat. Zœs. in Comm.D. de Re Judic. n.60.* At obscurum non est certum. In extrajudicialibus obscuritas odiosa est (1) in legibus, statutis, consuetudinibus, & Rescriptis, tàm quoad verba, quàm quoad intellectum, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineant, *can. 2. distinct. 4.* & quia ex difficultate intellectus Legis quis incidit in promptum periculum. Quippe cum Leges institutæ sunt, non erit liberum judicare de ipsis, sed oportebit judicari secundum ipsas. Facit *c.8. X. de Confirmat. Util. & Inutil. & l.final. C. de Legib.* Unde eleganter *Bald. in c.fin. X. de Constitut.* Statutum obscurum & ambiguum non mereri, quod allegetur in causis, scriptum reliquit, & sententiam contrà statutum, de quo probabiliter dubitatur, latam, non continere expressum errorem *Bartol. in l.32. D.de Re Judicat. in l.9.D .de Jur. & fact. ignor. & in l. unic. C. de Emendand. Cod. Justin.* sentit. (2) In Instrumentis. Quâ ex causâ non valet instrumentum à Notario obscurè formatum, per verba obscura, & non intelligibilia, per textum expressum *in l. 99. D.de Verbor. Obligat.* (3) In ultimis voluntatibus, *l. 40. pr. D.de Jur. Fisc. l.3. pr. D. eod. l.50. D. de Fideicomm. libertat. l. 40. pr. in fin. D. de Jur. fisci.* & aliis pluribus, quas coacervare supersedeo. (4) Generaliter obscurè respondens habetur pro non respondente, & cogitur clarè respondere, *Joan.Bertachin. in Repertor. Part. 3. verbo: Obscuritas.* Maneat propterea vitiare obscuritatem, non vitiari! *Salomonius in l.9. D. de Justit. & Jur.* Enimverò confragosa

gosa incidit controversia: Quomodo interpretanda obscuritas, & contra quem? Hîc circà posterius quæstionis bimembris membrum generalis firmatur regula: Obscuritatem sermonis contra proferentem esse interpretandam. *l. 39. D. de pact. l. 21. l. 33. l. 34. pr. D. de Contrah. empt. l. 172. pr. D. de Reg. Jur. l. 17. in fin. D. de Servitut. Urban. præd. l. 99. pr. D. de Verbor Obligat.* Quod imputare sibi meritò habeat, quod non locutus sit apertius.

Nolim tamen generaliter eam intelligi. Sed distinctione opus ad rem expediendam. Siquidem invenit locum maximè in contractibus & conventionibus, si talium ferat natura, proferens in obscuro fundet intentionem, & obscuritas in verbis vel oratione, non in essentialibus est, *dd. text. Bartol. in l. 39. D. de Pactis.* Fallit in contrapondium in legibus, statutis, testamentis, & libellis judicialibus, ubi interpretatio fit secundum eum, qui locutus est, *l. 1. l. fin. C. de Legib. l. 50. in fin. D. de Legat. 1. l. cardinali 66. D. de Judic. Socin. Regul. 237.* Quod intelligit *Gothofred. in not. ad d. l. 66. lit. J.* si actus perituri subsit periculum, arbitratus, extra ejusmodi metum intelligi in actoris præjudicium, per *l. 38. §. 18. D. de Verbor. Obligat. & l. 178. D. de Reg. Jur. Schotan. in Exam. Juridic. pag. m. 3. Bartol. in l. 83. §. 7. D. de Verbor. Obligat. & l. 4. D. de Appellat.* Modum interpretandi succinctè primis quasi depingit lineis *can. 2. in fin. distinct. 14.* svadens in obscuris sequi, quod nec Præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum. *l. 114. D. de Reg. Jur.* in obscuris secundum magis verisimilia judicandum esse admonens, *l. 9. D. eod.* semper in obscuris, quod minimum est, sequi præcipiens, & *l.*

 34.

34. D. eod. Priorem illuſtravit Scholiis *Magnif. Dn. Præſ. Centur. Regular. Jur. Regul. 47. per tot. p. m. 204. & ſeqv.* Poſteriores *Bronchorſt. in Comm. ad Reg. Jur. ibid.* Summa eò teddit. Quando non apparet, quid actum inter contrahentes *l. 3. D. de Reb. Credit. l. 168. §. 1. D. de Reg. Jur.* neque conſtat, quid vero ſimilius, *d. l. 114. D. de Reg. Jur. l. ult. D. Quod met. cauſ. fortè* ex naturâ cõtractꝰ, rei qualitate, perſonæ conditione, aut ex aliis indiciis & circumſtantiis, ad quotidianum uſum reſpiciendum, *arg. l. 6. §. 4. in fin. D. de Precar. l. 9. D. 8. D. de Reb. Credit. in fin. ibiq; Gothofred. lit. a.* atque ad conſvetudinem loci & regionis, in quo actus celebratus, tanquam optimam uti Legum, *l. 37. D. de LL. cap. 8. X. De Conſvetud.* ita & aliorum quorumcunque contractuum & negociorum interpretem, per *l. 32. pr. D. eod.* confugiendum. Quò ultimò in ſubſidium, remediis aliis deficientibus omnibus, eligatur quod minimũ eſt, *l. 9. D. de Reg. Jur. cap. in Obſcuris. 30. X. de Reg. Jur. in 6to. Conf. Ferrar. & Rævard. in l. 114. D. de Reg. Jur. Dyn. in l. 30. & Decius. in l. 9. D. eod. tit.* Et add. *l. 179. D. de Reg. Jur.* Concluſivè obſervo ad Adverbiũ noſtrum OBSCURE, reſpondentem obſcurè haberi nõnunquàm pro confeſſo, & conceſſionem obſcurã intelligi de modicis & minimis factam. *Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. Vocab. Obſcuritas. circ. fin.* Dehinc aliam non prorſus alienam ab uſitatiori importat acceptionem Adverbium Noſtrum in iſtâ *Ciceronis pro Cluent.* loquendi formulâ : Obſcurè aliquid ferre, eines Dinges keine Scheu tragen. Cujus meminit *Eloquentiſſimus Buchnerus p. m. in Theſaur. Fabr. locupletat. vocab. Obſcurus.*

Nunc in calce poſſem, ſi mallem, adjicere uſum

Verbi

Verbi affinis Obſcurare juridicum, in ſervitutibus realibus præſertim conſpicuum. Sed ne in nimiam excreſcat longitudinem exegeſis remiſſum me cupio ad *l. 10. in fin. D. de ſervitut. urban. præd. & l. 30. d. de Uſufr. l. 11. §. 4. D. de Inſtit. Act.*

10. Obſequenter Obſequentisſimè.

Quaſi duos dealbaturi parietes unâ fideliâ maximam partem ſufficienti enodavimus explicatione, quando in præcedentibus Adverbium Obedienter revocavimus ſub cenſuram & incudem. Ultima tamen non deerit lima. Ipſisſimæ particulæ ſimplices, ex quibus duo hæc conflata ſunt Adverbia, innuunt, argui iisdem obediendi promptitudinem. Nam obſequi, quaſi obnoxiè ſequi, prædicatur propriè de ſervis. Poſtmodùm generaliter idem eſt atque parere, locum alicui dare, vel generalius annuendo aut faciendo cupita, vel ſpecialiter, in re turpi & flagitioſâ. Cum obſequamur officio, conſequamur ſtudio, perſequamur injurias proſequamur ordine, aſſequamur voto. Et hinc venit Obſequioſus, Obſequentia, Obſequium. Obſequiorum exhibent ſpecies *l. 12. C. Qui pot. in pign. §. 1. in med. Tit. C. Ne Ruſticani ad ullum obſequium devocentur. 54. lib. 11. l. 3. C. De. Muner. & Honor. 10. C. De Muner. Patrimon. libr. 10. l. 1. in princip. l. 2. l. 3. l. 5. l. 9. & ſeqq. D. de Obſeqv. parent. & patron. præſtand. tot. tit. C. de Obſeqv. Patron. præſtand. tot. tit. C. De In jus vocandv. l. 4. d. eod. tit. §. 1. 2. & 3. l. 1. C. De Oper. libertor. l. 5. §. 2. 18. & 20. l. 6. §. 1. D. de Agnoſcend. & alend. liber. l. 9. §. 3. D. de Offic. Proconſ. l. 6. D. Si ingen. eſſe dicat. l. 84. D. de Condict. & demonſtrat.* cum conſimilibus. Potisſimas, intellige, adjunctâ unâ formæ & modi obſequendi delineatione.

Et dividuntur bipartitò, in obsequium liberorum erga parentes, & libertorum erga Patronos. Posteriorum obsequium nihil habet negotii commune cum operis, ad quas ex officii devinciuntur lege, *per integrum titulum D. & C. de Oper. libertor. ibique Dn. Peretz. n. 1.* Obsequia quippe in honoris exhibitione & in reverenti verecundiâ consistunt, quæ tempore metiuntur neutiquam, *l. 9. D. de Obsequ. par. & patr. præst.* Operæ verò ipsum operarii laboris tractum certo tempore durantem significant. *l. 2. §. 1. l. 1. D. de Oper. libertor.* in officiales & artificiales seu fabriles distributæ, per *l. 26. §. 12. d. de Condict. indebit. Magnific. Dn. Struve. Exercit. 37. th. 61. & Dn. Habn. in Observat. ad Paratitl. Wesenbec. tit. de Oper. libertor. n. 3.* Et evincunt insuper, operas non esse obsequia, & obsequia non esse operas, titulorum allegata distinctio, & separata rerum conditio *l. 41. D. de Oper. libertor. l. 2. l. 6. C. de Obsequ. Patron. præstand. l. 26. §. 12. D. de Condict. indebit.* Nec minus discriminantur obsequium & pietas & aliis hæc exhibetur, aliis illud præstatur, *gloss. in l. 1. §. final. D. Mandat.* Meminit etiam obsequii judici debiti *l. 2. D. de Re Judicat. & l. 53. §. D. 3. eod. l. 4. §. 1. in fin. C. de Recept. Arbitr.* Et ejus, quod exhibetur marito ab uxore, injicit mentionem *l. 12. §. 1. in med. C. Qui pot. in pign.* Quanquam malint alii metaphoricôs ibidem obsequium usurpari, pro comitate, placabilitate, & modestiâ.

II. Observanter. Obtemperanter.

Fraternizant cum Adverbio præcedaneo. Observo, à quo observanter, idem i. quod circum circa servo, oculis animoque custodio, in modum speculatoris, ne me

me silentio tacitoque prætereat, seu diligenter adverto, **ich sehe auff/ich mercke auf**/ *l. 19. D. de Offic. Præsid. in princip. l. unic. C. Qui pro suâ jurisdict. judic. dar. l. 3. in fin. D. de pœn. l. 47. D. de Judic. l. 4. pr. D. de offic. Proconf. & legat. l. 6. D. de Curat. furiof. l. 11. §. 3. D. de Instit. Act. Can. 29. Cauf. 2. Qu. 6. l. 23. D. de Admin. tut. l. 49. D. de Rit. Nupt. in princ. cap. 12. X. de Majorit. & Obed. cap. 11. eod. can. 1. distinct. 93. cap. 8. X. de Consvetud. cap. 3. X. de consangvinit. cap. 33. in fin. X. de Elect. in 6to. l. 23. §. 3. in fin. C. Mandati. cap. 17. & 24. X. de Accusat. cap. 20. X. de Convers. Conjugat. l. 37. pr. D. de Legat. 1. l. 6. §. 3. C. de Appellat. l. 29. C. de Testam.* 2. Quovis modo custodio. 3. Revereor, & ne offendam caveo. 4. Colo & honoro. 5. Memor sum & ad ulciscendum retineo. *Martin. in Lexic. Philologic. verbo Observo.* 6. Observo judicium apud Jurisperitos idem quod causæ adsum, *Calvin. in Lexic. Juridic. Verbo. Observare.* In significatu quarto Adverbium Observanter inveniri sæpissimè, observantia Substantivum nomen facit planum, quod tam usus & usurpationis, *l. 10. pr. C. de diverf. offic. l. 3. in fin. C. de Legib. l. 29. C. de Testament. in fin. cap. 14. X. de Elect. in 6to. cap. 1. X. de Postulat. Prælato. l. 38. §. 2. D. Ad L. Jul. de Adult.* quàm venerationis, **der Ehrerbietung/der Ehrn**/ Obsequii, & reverentiæ, significativum est, probante *l. 1. pr. D. de Testament. milit.* Perinde ut observatio interdum quasi adnotatio quædam & animadversio, interdum idem quod observantia honor & reverentia est. Pariformiter Obtemperare, unde Obtemperantia & Obtemperanter, quasi temperanti seu moderanti & jubenti obsecundare, in jure nostro frequentissimè idem involvit, quod morem gerere, parere, obedire, *l. 41. D. de Pœn. l. 31. §. 3. D. de Reb. autor.*

judic. possid. l. 8. D. Qui sin. manum. Sic *tit. 3. libr. 2. D.* Rubrica inscripta: *Si quis jus dicenti non obtemperavit*, exponitur congruè: Si quis jus dicenti non morem gesserit. Et *tit. XI. d. libr. 2.* Inscriptio: *Si quis cautionibus in judicio sistendi causâ factis non obtemperaverit*, explicatur rectè. Si etc. non paruerit. Sic ex opposito non obtemperare jus dicenti, est non facere, quod extremum in jurisdictione est, hoc est, sententiæ definitivæ non parere. *Zasius in l. 1. D. d. tit. Si quis jus dicenti non obtemperav.* Exemplum est in *l. 4. D. de pœn. l. 41. D. eod. l. 3. §. 3. D. de Reb. autorit. judic. possidend.* Nec recedit à nativâ significatione verbum obtemperare, quando in *l. 2. in fin. D. de Condit. & demonstrat.* æquivalet verbo Implere, adimplere, aut secundum *Gothofred. in not. ibid. lit. m.* consentire, & *in not. ad l. unic. C. Qui pro suâ jurisdict. lit. c.* patientiam accommodare & obtemperare Συνωνύμως accipiuntur. Singula prosequi prolixius, instituti non fert ratio.

Appendicis loco unicè ventilamus quæstionem juris publici, tactam *in l. 7. §. 1. D. de Captiv. & postlim. reversf.* An qui in æquali fœdere juncti alterius populi Majestatem observanter, (alii exprimunt comiter, per *d. text.* vel reverenter,) habere & conservare jussi sunt, suam ipsorum Majestatem salvam retineant? Affirmanti opinioni subscribere videtur *Proculus JCtus in d. l. 7. §. 1. D. de Captiv. & Postlim. reversf.* Cui premunt pollicem *Gothofred. in not. ibid. Magnific. Dn. Ziegler. Collegii Juridici in Academiâ Leucoreâ Ordinarius, Præceptor quondam, & etiamnum Patronus summo opere suspiciendus, disput. 1. de Jurib. Majestat. th. 33. & 34. & Grot. lib. 1. de J. B. & P. cap. 3. nu. 21.* putans, superiorem esse populum alterum,

non

non poteſtate, ſed tantum autoritate atque dignitate. Arctius igitur reddi & penitus deleri diſtincta ſunt. Et fœdera præſumptionem inducunt, quod fœderatus ſubditus non ſit, *d. l. 7.* Siquidem fœdera non concluduntur inter Dominum & ſubditos, ſed inter extraneos. Mea hîc facio verba *Dn. Sprenger. in Jurisprud. public. pag. m. 115. in princip.*

12. Obſoletè. Obſoletius.

Genuit verbum Obſoleſco ex obs & oleo compoſitum. Unde obſolere & obſoleſcere dicuntur propriè res, quæ ob vetuſtatem inquinatæ, ſordes contraxerunt, & malè olent, figuratè, quæ ab uſu receſſerunt, in desvetudinem abeuntes. Quo ſenſu Leges, Edicta, Decreta, mores, conſvetudines, & ſtatuta, quæ non tenent amplius, obſoleta dicuntur. Accommodatur prætereà iſtud vocabulum delictis, & obſoleta crimina appellantur vetuſta & antiqua.

Quibus de ſub manibus naſcitur quæſtio non inconcinna: Mereantur ne veniam, aut ad minimum mitiorem pœnam, obſoleta crimina? Certè contrariis illis, per quæ pœna tollitur, & reus liberatur, longâ recenſitis ſerie à *Petr. Theodor. p. m. Colleg. Crimin. diſputat. 10. th. final.* non poſſum non annumerare præſcriptionem, idque præter *textus infrà allegatos,* per ſatis perſpicuam *l. 25. pr. D. de pœn.* Cujus tenor hic: Pœnam ejus aliquatenus eſſe ſublevandam, qui diutino tempore in reatu fuit, nec eo puniendos eſſe modo, qui longo tempore in reatu agunt, quàm eos, qui in recenti ſententiam excipiunt. Ergò, ut compendiosè dicam, alia impunita manent, alia puniuntur

tur mitius. Attamen nec de omnibus criminibus peræquè illud verificare ausim, nec omnia eodem expiari & exspirare tempore dixerim. Prius dispallescit in Parricidio, Apostasiâ, Crimine partus suppositi, & incestu cum adulterio conjuncto. Quibus nulla potest obviare præscriptio, quò minus severissimè vindicentur, pœnâ statutâ ordinariâ executioni datâ, *l. 10. D. Ad. Leg. Pompej. De Parricid. l. 2. & 4. pr. C. De Apostat. l. 19. §. 1. D. Ad L. Cornel. De Fals. l. 13. D. de SCt. Silanian. l. 39. §. 5. D. Ad L. Jul. de Adulter. Farinac. Practic. Crimial. part. 1. qv. 10. nu. 29. Molina. de Justit. & Jur. Disput. 701 num. 4. Ægid. Boss. in tit. de partu supposito. num. 2. Tiraquell. de pœn. caus. 29. Dn. Brunnem. in process. Criminal. inquisitor. cap. 10. n. 7.* Posterius probatu non difficile. Etenim injuriæ verbales & actio vi bonorum raptorum in duplum annali, *l. 5. C. de Injur. ibique Gothofred. lit. d. l. 17. §. 6. D. eod. pr. J. de vi bon. raptor.* Actio doli bienni, *l. 8. C. de dolo Dn. Brunnem. in Com. Cod. ad l. 12. C. Ad L. Cornel. de fals.* quædam alius furfuris crimina leviora decenni, *Clar. receptar. sententiar. libr. 5. §. final. qv. 60. vers. præterea. Gothofred. in not. ad d. l. 25. pr. D. de pœnis lit. n.* per eandem, & adulterium, etiam duplicatum, (quod de jure Saxonico per *decis. Electoral. Saxon. 84. & Part. 4. Constitut. Div. Augusti. 19. Dn. Carpzov. ibid. definit. 13.* fallere docet,) *l. 5. l. 28. C. Ad L. Jul. de Adulter. l. 11. §. 4. l. 19. §. 7. l. 31. pr. D. eod.* Peculatus crimen, *l. 7. D. Ad L. Jul. Peculat.* ibique *Gothofred. lit. a.* Stuprum non violentum, *l. 29. §. 9. D. Ad L. Jul. de Adulter.* lenocinium, *d. l. 29. §. 6.* & generaliter omnia delicta carnis, quæ lege Juliâ prohibentur, (quò & pertinet, si domus ad stuprum præbita, *Wesenbec.*

in

in Paratitl. Ad Leg. Jul. de Adulter. n, 18.) quinquenni tolluntur præſcriptione. *Anton. Matthai in Criminalib. ad libr. D. 48. tit. 19. cap. 4. Dn. Peretz. in Com. C. Ad. L. Jul. de Adulter. n. 46. Dn. Brunnem. in C. ad l. 5. eod.* item *ad l. 12. C. Ad L. Cornel. de falſ. & in Proceſſ. Criminal. Inquiſitor. dict. cap. 10. n. 7.* Ni prævaricatio aut impedimentum aliquod accuſationem eluſerit, *l. 11. §. 5. D. Ad L. Jul. de Adulter.* ibique *Gothofred. lit. x. Dn. Peretz. citat. loc.* Reliquorum criminum, quæ non comprehendit iſte catalogus, e. g. Homicidii, *Teſſaur. deciſ. 280.* Criminis falſi, *Farinac. d. qv. 10. n. 4. Gothofred. in l. 12. C. Ad. L. Cornel. de falſ. lit. c.* ſtupri violenti, *l. 29. §. 9. D. ſæpè alleg. tit. Ad L. Jul. de Adulter.* propter concurrentem vim publicam, & inceſtus ſimplicis, *Berlich. part. 4. Concluſ. 35. n. 48. & Thoming. deciſ. 39. n. 9.* vicennio finita arcetur indago, *l. 12. C. Ad L. Cornel. de falſ. l. 2. & 3. D. de Requir. re. vel abſentib. damn.* Temporis autem continui, *l. 31. D. Ad L. Jul. de Adulter. in princ.* computatio utrobique ſimili fit ratione, à die commiſſi delicti, *d. l. 29. §. 5. & 7. D. eod. l. 5. C. eod. l. 11. §. 4. D. eod.* ultimi, ſi reiterabile, *Dn. Brunneman. in proc. crim. inquiſitor. cap. 10. n. 5.* non ſcientiæ judicis, ſi per diligentem inquiſitionem erui poterit delicti notitia. *Farinac. d. qv. 10. n. 12. & 13. Dn. Carpz. in Practic. Criminal. part. 3. qv. 141. n. 24.* Dummodò intereà temporis maleficus non accuſatus, aut proceſſus inquiſitorius contra eum inſtitutus, *Dn. Struve. Exercit. 49. th. 92. Dn. Carpzov. d. l.* Secus obtinebit canon juridicus in *l. 139. princ. D. de Reg. Jur.* Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ judicio ſalvæ permanent: accipiendus regulariter de omnibus actionibus, quæ quocunque temporis cur-

curriculo extingvuntur, *Broncborst. in Com. ad l. 38. D. de Reg. Jur.* Jung. *l. 3. C. de Annal. Except.* Ulterius idem utrobique effectus. Quippe elapsâ tacitè præfiniti temporis metâ, sublata pœna, sublatum crimen, sublatus criminalis processus, sublata, ad summam, criminis persecutio, tâm per viam accusationis, quàm per viam inquisitionis, *d. l. 12. C. Ad L. Cornel. de fals. Clar. Recept. sentent. libr. 5. §. final. qv. 51. n. 2. Dn. Carpzov. cit. qv. 141. n 6. & 19. Dn. Hahn. iu Observat. ad Paratitl. Wesenbec. Ad Leg. Jul. de Adulter. n. 18. in princip.* Quandoquidem illâ præscriptionis exceptione tutus reus & adversus accusatorem & adversus judicem, ne procedat ex officio, *Boër. decis. 26. n. 12. Ricc. Coll. decis. 108. Farinac. d. qv. 10. n. 3. Thoming. decis. 39. n. 7. & seqq.* Sive opposuerit, sive opponere neglexerit. Quo casu quæ juris atque ex actis sibi obvia sunt, supplebit judicandi munere defungens, ab institutâ accusatione absolvendo delatum, non nescius, præscriptionem ipso jure tollere obligationem. *Dn. Carpzov. d. l. n. 29.* Ut ex hâc causâ juxtim & generali axiomate *l. 4. C. de Emancipat. & l. 3. C. Unde Vi.* conjiciant aliqui, neque per Principem hoc beneficium intercipi in omnem ætatem facinoroso, per, *l. 5. in fin. C. Ad. L. Jul. de Adulter.* ibique annotata à *Gothofredo lit. p.* Quod dubio non caret. Tametsi alicujus est ponderis argumẽtum, quod posset urgeri, Principem vix præsumere, nec præsumi, facere locum clementiæ, ubi rigorem exposcit lex, aut præferre rigorem, ubi clementiam exercere præcipit. De foro soli & exteriori hactenus! De foro Poli & interiori pro coronide adverto, nec à cruciatibus conscientiæ, nec à divinâ ultione immunitatem sibi habere promitte-

mittere quotusquisque præscriptionis beneficio ab obsoleto crimine per sententiam judicis absolutoriam pronunciatus liber est. Nisi verâ & seriâ ductus pœnitentiâ culpam Deo Καρδιογνώςῃ fuerit deprecatus. Quin aliquando judici, superiori cumprimis, non dissvaserim, ut obsoleti criminis summè enormis plenam facere gratiam religioni sibi ducat, inque terrorem aliorum per *l.16. §.10.final. D.de pœn.* pœnæ, non ordinariæ, vel graviori, sed extraordinariæ & mitiori subjuget accusatum. Sin circumstantiæ jubeant, admittant, aut non impediant. Patrocinium sententiæ quæro in *l. superius adductâ 25. pr. D. de pœn.* Quæ alioquin, ut ominor, de reo, cujus scelus per decursum spatii alicujus temporis haud exigui latuit in occulto, & demùm, nondum adultis legitimæ præscriptioni destinatis annis, percrebuit, aut, qui diu in reatu fuit, postulatus, condemnatus, & in vinculis detentus, juxtà *Gothofred. in not. ibid. lit. n. & DD. ab eo allegatos*, disponit. Quod ipsum in foro Ecclesiæ pœnitentiali practicari, ὡς ἐν παρόδῳ commemorat *Dn. Brunneman. in C. ad l.5. Ad L. Jul. de Adulter. in fin.* Et prætereà in puncto homicidii præscriptioni non favere Theologos commemini. Imò nihil prohiberi, quin etiam intrà tricennium excipiatur de falso civiliter, licet non criminaliter, eoque ad actionem civilem non posse extendi præscriptionem, *Gothofred. in not. ad l. 12. C. Ad L. Cornel. de fals. lit. c. ex Paponio. 2. Not. 7. c. du Parricide* per *l.5. §.6. D. de Dol. Mal. & Met. except.* it astructum. Ex quibus affatim ita expositis facillimum judicare, quando & quatenus vel remittatur vel mitigetur pœna in criminibus obsoletis.

13. Ob-

13. Obstinatè.

Ut contraria juxta se posita magis elucescant, appositè, postquam nihil, ut speramus, à nobis prætermissum, quod ad Adverbiorum Obedienter & Obsequenter cognitionem magnoperè faciat, subnectimus Adverbium obstinatè. Quod immorigeri & inobedientis nota est. Nihil enim aliud, obstinatè facere aliquid, quâm pertinaciter & refractariè reluctari, in alterius perniciem cum conatu & perseveranter aliquid facere, beständiglich und fürsätzlich/mit steiffen und halßstarrigen Sinn/etwas treiben und zu Wercke richten. Quò fit, ut obstinati insigniantur nomine, quotquot in errore, quem imbiberunt, in malitiâ, cui se nuncuparunt, & in inobedientiâ, cujus viam ingressi semel, pertinaciter perseverant incorrigibiles, omnes, sive exhortationes, sivè comminationes, susque deque habentes, *l. 2. princ. C. de Summ Trinit. can. 3. distinct. 8.* Et quando eò progressi audaciæ, ferè conclamatum cum ipsis. Juxta illud *Prateji à Calvin. in Lexic. Jurid. verb. Obstinatè*, adscriptum: Obstinato ad malum ingenio nihil est pestilentius. Quippe quod sola obstinatio producat hæresin, & quicquid est majorum. Et ferè omnium æmulatorum una est sordes, ut cum semel insanire cœperint, non resipiscant, nisi Deus aut Magistratus eos perdat. Concordant in *all. l. 2. princip. Impp. Gratian. Valentin. & Theodos.* hæresin animi obstinatioris demen tiæ acceptam ferentes. Nimirum obstinare animum i dem est, ac si dicerem, firmare ut obstet, in malo durare facere atque intendere, & obstinatus, in malo induratus, obfirmatus, vel intentus, der sich auf einen bösen Sinn stracks gesetzet/ verstockt ist/ und sich darvon

nicht

nicht lencken lässt. *Martini. in Lexic. Philologic. verb. Obstino*; Ubi videsis Etymologiam & rationem appellationis. *Conf. Beatus Buchn. in Thesaur. Fabr. locupletat. vocab. Obstinatus*. Verùm, ſicuti Obſtinatus appellatur ad malè agendum promptus & aſſvetus: Ita invenitur iſtud prædicatum etiam in bonâ parte, pro eo, qui in bono propoſito firmus, conſtans, ſtabilis, uno verbo, πετράγωνος. Hinc obſtinatio, obfirmatio, ein steiffer und fest gefaster Sinn und Wille/ ſive tendat ad bonum, ſive ad malum ſcopum. Nos memores, à potiori fieri denominationem, à frequentiori incepimus tractationem, pergentes eo, quo cœpimus, modo, ultrà expiſcaturi:

Qualis contra liberos extremè obſtinatos proceſſus? Si ex præſcripto juris divini ferendum judicium, novisſima capitis irroganda veniet pœna, propter textum *Exod. c. 21. v. 17. Levit. c. 20. v. 9. Deuteron. c. 21. v. 18. 19. 20. 21. & cap. 27. v. 16. Proverb. c. 20. v. 20. & 21. & cap. 30. v. 17.* Et quidem in frontiſpicio videtur inde petenda deciſio. Cum ſententia hæc divina repetita fuerit in novo etiam fœdere, *Matth. 15. v. 4. & Marc. 7. v. 10.* repetitio autem iſta indubitatum legis Moſaicæ moralis γνώρισμα & indicium. Quâ teneri, & poſt deletam Remp. Judaicam, omnes, dubitat nemo. Veruntamen, poſtquàm non nuda legis veteris commemoratio id arguit, ſi non præcepti nomine facta, *Dn. Reinking. de Reg. Sec. & Eccl. libr. 2. cl. 2. cap. 2. n. 3. & 4.* & allegatus eidem *Chemnitius. part. 2. Locor. commun. p. 69.* loca hæc Veteris Teſtamenti in Novo reiterata non ad morales, ſed ad forenſes Politiæ Moſaicæ leges debent referri. Utpote quæ in refutationem ſaltem adverſariorum repetitâ allega-

vit vice communis omnium ſervator & ſalvator Christus, non ut ad earum obſtringeret obſervantiam Magiſtratum Chriſtianum. Loquor cum *Venerandâ Facultate Theologicâ Noſtræ Salanæ.* Cum enim *Menſe Martio Anno recuperatæ ſalutis 1640.* collegiale ab eâdem deſideraretur reſponſum ſuper quæſtione propoſitâ, re altius ponderatâ, reſponderunt, minimè eſſe neceſſum, ut conſtitutioni huic Moſaicæ, cujus, ceu forenſis, Republicâ Judæorum funditùs everſâ, non eſſet amplius uſus, in ſententionando ſe conformaret ad amuſſim judicaturus, ſed ſubjiciendum eſſe filium extremè obſtinatum pœnis tenore Conſtitutionum Criminalium Caroli V. & aliarum Magiſtratui Chriſtiano receptarum ſanctionum malitiæ iſtiusmodi decretis. Quod exhibet integrum *Magnif. Dn. Struve. Exercit. 49. th. 90. pag. 983. & 984.* ad hunc caſum apprimè appoſitum & lectu dignisſimum. Quod ſi jam ex principiis juris noſtri definitivè decidenda quæſtio, tentanda primitùs immorigeri emendatio per caſtigationem magiſtri vel præceptoris, *l. 5. §. ult. D. Ad Leg. Aquil.* propinquorum ſeniorum, *l. unic. C. de Emendat. propinquor.* cumprimis autem & ante omnia per maternam & paternam, *l. 3. C. de Patr. poteſt.* Quæ patri jure patriæ poteſtatis cum poteſtate controverſias intra lares domeſticos ſubortas terminandi remanſit illibata, *Tuſchus Concluſ. 487. lit. ſ. Dikius Oeconom. judic. tit. Judices qui eſſe posſint. p. 46. Grot. de J. B. & P. libr. 2. cap. 5. n. 4. aliquot præced. & ſeqv. & Dn. Bœckler. in Commentat. ibid. pag. 149. & ſeqq. canon. 1. Cauſ. 23. qv. 5. circ. fin.* eliminato vitæ necisque jure, in liberos olim *l. 11. D. de Liber. & Poſth. l. 10. C. de Patr. poteſt.* conceſſo. Quò quos

dome-

domesticæ laudis exempla ad vitæ decora non provocant, saltem correctionis medicina compellat, *l. unic. C. de Emendat Propinquor.* Modica tamen esto, & ad emendationem unicè, non ad vindictam, tendito. Ne plus acerbitatis quàm pietatis habeat, contra *l. 5. D. Ad L. Pompej. de Parricid. Molin. de Justit. & Jur. disput. 228. n. 25. Menoch. Arbitr. Jud. Qv. cas. 138. libr. 2. Mynsing. Centur. 5. Obs. 8. & Gail. libr. 1. de Pac. public. cap. 2. n. 22. & lib. 1. Obs. 17.* Nec incidit pater in pœnam privati carceris, de quâ *tot. tit. C. de privat. carcerib. inhibend.* si filium correctionis causâ per aliquod tempus certo conclavi includat. *Farinac prax. Criminal. lib. 1. tit. 4. qv. 27. n. 25. Bartol. in l. 35. in fin. D. de hæred. instituend. Magnif. Dn. Struv. Eleg. tr. de Vind. privat. cap. 7. aphor. 1. n. 6. p. 72. & 71. præced. Christian. Krembergk. de necessar. defens. qv. 3. n. 28. & Dn. D.* Graken. *tr. de Autoritat. privat. cap. 8. n. 1. cl. 1.* Dehinc, si surdis narratur fabula; in ergastula immorigeros emendatoria, in die Zuchthäuser/ (de quibus *Speidel. in Notabil. historic. jurid. politic. verb.* Zuchthauß *libr. 2. n. 10. & Besold. in Thesaur. Practic. lit. Z. n. 11. vocab.* Zuchthauß/) detruduntur. Ut labores perosi perpetuos serò cum Phrygibus sapere incipiant. E sacris etiam paternis in contumeliam exire jubentur inviti, quasi indigni familiâ Patris, *Dn. Ludvvell. Comm. J. tit. de Adoptionib. ad §. 3.* Vel emancipati revocantur in potestatem patriam, *l. unic. C. de Ingrat. liber.* ibique *Dn. Perez. & Dn. Brunneman.* Et cum spes vitæ emendatioris collapsa in cineres, scribuntur Exhæredes, *Novell. 115. cap. 3. &* ad eam *in Comm. Joachim. & Matth. Stephan.* exclusi à bonorum, ad quam naturæ simul & communi Parentum

voto admitterentur, *l. 7. §. 1. in fin. D. Si tabb. testam. null. extab. l. 7. pr. D. de bon. Damnat. l. 50. §. 2. in fin. D. de bon. libertor.* successione, etiam legitimâ, naturali alioquin debito, *l. 5. C. de Inoffic. Donat. & Auth. Hoc amplius. C. de Fideicomm.* Eò quod naturalis ratio tanquàm lex quædam tacita hæreditatem parentum, ad debitam successionem eos vocando, liberis addicat, per *d. l. 7. pr. D. de bon. Damnat.* non nisi sub tacitè reservatâ debiti obsequii conditione. Hoc pacto auctoritate propriâ liberorum pertinaciæ obicem ponunt & repagula parentes! Sed quando nequeunt privatim demutari ad meliorem frugem, sive atrocitas facti jus disciplinæ domesticæ excedit, enormis delicti reos judicum dedi notioni consentaneum est *l. unic. C. de Emendat. Propinquor.* olim Præfecti Urbi, *l. 1. §. 2. D. de Obsequ. Parent. & Patron. præstand.* aut Præsidis Provinciæ, *l. 3. & 4. C. de Patr. potest.* hodiè Magistratus cujuslibet in genere, *Cujac. libr. 4. Observ. cap. 12. & libr. 6. cap. 17. Menoch. libr. 5. de Præsumpt. præsumpt. 14. per tot.* Ast quoniam nullus affectus vincit paternum, *Donell. Commentar. libr. 2. cap. 25.* judex feret sententiam ex præscripto patris, *d. l. 3. C. de Patr. pot.* ibique *Gothofred. in not. lit. p. Donell d. l.* ibique *Hilliger. lit. a. b. c. & d.* Unde consectarium est, ne videatur pater filium obtulisse ad supplicium, plecti eum pro modo delicti pœnâ arbitrariâ, *l. 13. §. ult. D. de Re militar. l. 1. pr. & §. 2. D. de Obsequ. par. & patron. præstand. d. l. 3. & 4. C. de Patr. potestat. l. 2. D. ad L. Cornel. de Sicar. Tiraqu. de pœn. temperand. caus. 19. & 20.* regulariter mitiori, *Magnific. Dn. Brunnem. in C. ad l. 3. de Patr. potest. & Dn. Habn. in Observat. ad Parat Wesenb. tit. de Obsequ. parentib. & patron. præstand. pag. 539.*

Vol. 2. Ut tamen posiit vindicari severius læsa pietas acriori remedio, si ita exigant circumstantiæ, *dd. LL.* capitis etiam pœnâ, Mosaicâ Lege dictatâ, *Bachov. in Animad. vers. ad Parat. Wesenb. d. tit. de Obsequ. par. & patron. præstand. ad verba : Capitis pœna. contra Wesenb. ibid.* propter *allegat. Deuteron. cap. 21. v. 18. 19. 20. 21.* ubi idem describitur & præscribitur processus. Quam in aliam commutare pœnam corporalem, custodiam perpetuam, fustigationem, relegationem, vel similem, nihil alioquin impedit. Loquor iterum ex ore *Dn. Theologorum Jenensium in alleg. responso.* Scilicet Leges forenses quoad substantiam seu universalem æquitatem, quæ juris naturalis est, aut quoad finem generalem nullatenus censuerim abrogatas. *Conrad. Dieteric. Institut. Catechetic. De Decalogo seu Lege. p. m. 70. Dn. Ziegler. JCt. Wittebergens. Exerc. 3. de Jurib. Majestat.* prolixè. Non dicam in præsenti, liberos pristinis temporibus fuisse abdicatos, atque ut mancipia, demptâ libertate, venditos, more Legibus nostris exoso, *l. 6. C. d. tit. de Patr. potest. l. 10. C. eod. l. 1. §. 1. D. de Rei Vind. l. 1. C. de Patrib. qui fil. distrax. ibique Dn. Brunneman. & Sichard. n. 8. & 9. Bernhard. Suthold. disputat. ad Inst. 9. th. 42.* & ad eum locum *Dn. Hahn. & Dn. Schröter. in annotat. Dn. Eichel. de jur. natur. par. & liberor. part. poster. §. 22. & seqq. Covarruv. Variar. Resol. lib. 3. cap. 14. tom. 1. Dn. D. Grak. tr. de Autor. privat. cl. 1. cap. 8. n. 2. 3. 4. & 5. Grot. de J. B. & P. libr. 2. cap. 5. n. 5. & Dn. Boecler. ibid. in Comment. p. 152. in fin.* Saltem subjungo, quia æquè matris persona sancta liberis videri debet & haberi, *Dn. Frantzk. in D. de his qui sui vel alien. jur. n. 12. Grot. libr. 2. de J. B. & P. cap. 5. n. 1. & Dn. Boecler. in*

Comment. ibid. pag. 151. Christian. Liebenthal. *Colleg. Politic. exercit. 4. qu. 2.* ſi contra reverentiam matri debitam quid agatur, judicem ex officio id graviter vindicare, *l. 4. C. d. tit. de Patr. pot. Dn. Peretz. in C. ibid. n. 2.*

14. Obviam.

Dicitur quaſi ob viam, contra viam, è regione. Ut ſenſus ſit, obviàm alicui procedere, obviam alicui properare, einem begegnen/einem entgegen gehen/ alicui occurrere. Cum verò alicui eamus obviam, vel honorificè eum excepturi, vel obſtaculum ejus propoſito poſituri, uti præceptionibus ſui Magiſtratus dicuntur venire obviam ſubditi inobedientes, in *l. final. 3. C. de Fund. limitraph. circ. fin.* bifariam & Philologis & JCtis accipitur. Et quidem diverſimodè in uno eodemque ſignificatu. Ut ex merito liberetur ante omnia ab æquivocatione. Quando in ſenſu priori adventanti cuipiam prodimus obviam, ſatagimus inſerviendi promptitudinem & exoptatam propter exoptatum adventum lætitiam ipſi declarare, quò poſteà comitatus obviam venientis acceſſu introitus reddatur eò ſplendidior atque auguſtior. Sic Electores & Reliqui Imperii Status in conventu comitiali *Anno 1471.* Friderico III. Imperatori, glorioſisſimæ memoriæ venerunt in occurſum, Advenientem tali introducentes pompâ, qualem nec illa ſecula viderant. Et Imperator vicisſim Electoris Saxoniæ tardius tùm venientis ingreſſum reddidit ſplendidiorem, condocente *Sprenger. in Juriſprud. public. pag. 97.* cui jung. *Arum. in eleg. tract. de Comitiis, cap. 5. n. 74.* Sic Princeps Principi alteri viſitatum venienti honoris & ſplendoris causâ etiamnum

iamnum vel Ipſe proficiſcitur, vel Miniſtros in magnâ frequentiâ mittit obviam. Ita obviare debet populus, item Clerus & Monachi, Epiſcopo primâ vice civitatem ſuæ dioeceſis introeunti. *Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. verbo. Obviare.* Sic denique Subditi Principi ſuo civitatem ingredienti ſubmisſæ devotionis ergò armati exeunt obviam, Salve conſvetum, ſclopetis & bombardis exoneratis, acclamaturi. Sed quando in ſenſu poſteriori conatibus alicujus obviam obſiſtimus, in tempore & primâ veluti herbâ auſus ejusdem ſuffocare cupimus, ne de iisdem periculoſisſima quæque enaſcantur, *l. 13. §. 1. D. de Offic. Præſid.* Quod melius, occurrere in tempore, quâm poſt exitum vindicare, *l. 1. C. Quando lic. cuique ſin. judic. l. 2. 3. & 4. C. Ad. L. Cornel. de Sicar.* & intacta ſervare jura, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere, *l. 5. in fin. C. In quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. l. 2. in fin. C. eod. tit.* Hàc ratione *in l. 6. princip. D. de Extraord. Criminib.* Dardanariorum avaritiæ mandatis & conſtitutionibus obviam itum eſſe legitur, i. e. præventum, **man ſey ihr fürgekommen / man habe ihr fürgebeuget /** & in *all. l. 1. in fin. C. Quand. lic. unicuique ſin. judic.* militi nocturno populatori ceu latroni telo obviare conceditur, i.e. omni meliori modo & armatâ quoque manu reſiſtere permittitur. Quibus præmiſſis, indagamus nunc.

I. An, cum Principi adventuro eundum obviam Conſiliarii, Profeſſores & Doctores ædes proprias habentes è domeſticorum numero teneantur mittere aliquem, qui appareat in introitu & diſceſſu Principis armatus, & excubias agat? Memini aliquando à civibus

cœte-

cœteris expostulatum hoc. Sed præponderavit negativa, quod ab oneribus personalibus, quale quid præsens, essent immunes, *l.4. C. de dignit. l. 6. C. de Professorib. & Medic. l. 18. final.* §. *10. D. de Munerib. & Honorib. Petr. Heig. qv. 17. n. 24. & 27. Klock. de Contribut. Conclus. 57.* Facient huc ex parte, quæ habent *Idem Klock. de Contribut. cap. 15. n. 6. & 25. & cap. 17. n. 239. & Faber. in Cod. libr. 9. tit. 29. definit. 26. n. 5.*

II. An sævitiæ Parentum vel Magistratus vel Mariti, ex quâ certissimus imminet interitus, obviam ire licitum? Negat *Celebratissimus Theologus Baldwin. in Casib. Conscient. libr. 4. cap. 1. casu. 14. in princip. Bodin. de Republ. libr. 1. cap. 4. & Obrecht. tract. de necessar. defens. cap. 6. n. 19.* quoad patrem, quoad Magistratum supremum, Principem intellige, *Grotius libr. 2. de J. B. ac P. cap. 1. n. 9. & Dn. Boecler. in Commentat. ibid. pag. 11. circ. fin.* Affirmativam quæstionis decisionem amplectitur indistinctè, *D. Christian Krembergk. in tr. de Necessar. defension. qv. 3. &* 4. per aliquot integras paginas rationibus hinc & inde discussis. Cum quo faciunt, si defensionem contrà patrem spectes, *Schrader de feud. part. 9. cap. 3. n. 37. in princip. Grot. d. l. n. 8. & Dn. D. Grake. de Autoritat. privat. d. 1. cap. 8. n. 2.* si contrà Magistratum, *Bachov. in Treutl. Vol. 2. disputat. 32. th. 6. lit. f. Vasqu. libr. 1. Illustr. Controversiar. 18. Obrecht. d. l. n. 1. & seqq.* Quorum nolim compilare scrinia. Mihi, si in re perplexâ aliquid dicendum, instar multorum esto unicum illud argumentum ex *l. 35. D. de Religios. & sumptib. funer,* ut credam facilius, quod, postquàm pater personam patris exuit, & latronis induit, filius aggressorem interficiat, non patrem, eoque naturalis

defen-

defenſionis ratio naturale rumpat vinculum. Quando filius neque fugâ ſibi conſulere, neque etiam amplius ictus avertere poteſt, & res eò pervenit, ut aut filio moriendum, aut occidendus pater. Nam nolunt leges injuriam deferre aut defendere intolerabilem ſub reverentiæ prætextu. *Oldendorp. Claſſ. 1. Action. 4. in practic. n. 3.* Ut inde neque contra maritum vel magiſtratum inferiorem ademerim inculpatæ tutelæ moderamen. *Magnif. Dn. Struv. loc. infr. alleg. n. 2. Weſenbec. in C. ad tit. Quando lic. unicuique ſine jud. n. 33. Dn. Krembergk. d. qv. 3. n. 88. 89. 90. pag. m. 198. in princip.* Sola Principis Perſona inviolabilis videbatur. Et certè eſt. Cui, quantum fieri poteſt, parcendum. Sed, ubi nulla prorſus alia ratio eſt expediendæ ſalutis, naturalis ratio defenſionis reſpectum iſtum ſubjectionis excludit, & contra Principem latronis perſonam induentem juſtam & neceſſariam defenſionem permittit. Verba ſunt *Magnific. Dn. Struv. in all. tr. de Vindict. privat. cap. 4. Aphoriſm. 4. n. 1. pag. m. 41.* Quæ omnia ſubmiſsè veneror & amplector. Sicuti autem non facilè de Principe ejusmodi præſumitur crudelitas: Ita ſin inter malleum verſans & incudem in hâc extremâ neceſſitate ex pio quodam horrore malit occidi quàm occidere, (ut de defenſione contra Parentes loquitur *Grot. d. n. 8.*) ipſi non interdicitur. Modò eò redeunt verba, poſſe eum per juſtam defenſionem omni ratione meliori omnique conatu ictus avertere & declinare, & debere, quoad fieri poteſt, parcere ſaluti Principis. Interim de moribus ſeveriſſimam non effugeret animadverſionem, quicunque ob tutelam corporis ſui intuliſſet manus principi.

15. Occultè.

Quod qualitatis, (1) prædicatur nonnunquam in jure nostro de iis, quæ fiunt sine authoritate Principis. aut sine decreto judicis in illis summè necessario. *Alb. de Pergam. tr. de Præposit. n. 80.* & *Bartol. in l. 1. in fin. C. de Præd. decurion. sin. decret. non alien. libr. 10.* Exemplum suppeditat *l. 2. C. de his, qui ex public. rationib. mut. pec. libr. 10.* Ubi deciditur, capitali subjugandum esse sententiæ, qui crediderit, commodaverit, aut tradiderit, &, ablatis bonis omnibus, perpetuæ deportationis subdendum esse exilio, qui *occultè*, i. e. ut è vestigio textus ipse explicat, sine Imperatoris autoritate & consensu, acceperit mutuò ex ærario publico, privatis profuturum commodis, aurum fiscale, unde sacræ, seu largitiones Imperatoriæ fieri debent, aut cautionis aut sponsionis fide, ut debitor redditurus. Enormis videbitur pœna. Pœna videbitur delicto non conformis. Maximè in credente seu mutuò dante. Eò quod administratio inducat pœnæ mitigationem. Verùm res erit salva, si petieris diversitatis rationem ex *Magnif. Dn. Brunnem. in C. ad l. hanc. 2.* enodante istum nodum ex *Besold part. 3. Consil. 141. n. 9.* textum ad illos restringendo, qui ex repositis Reipublicæ thesauris, quorum solùm custodiam, non verò administrationem habent, pecuniam mutuam concedunt. Conf. *Dn. Peretz. in Comm. ad d. tit. n. 1. 2. 3. & 4. & Gothofred. in not. ad all. l. 2.* Alioquin (2) magè frequenter & propriè occultè geri perhibetur, quod clam, in obscuro, & aliis insciis, eorumque ingratiis geritur, *l. 23. pr. §. 1. &* §. *2. C. Mandat. cap. 12. X. de hæretic.* atque occultum nuncupatur, quod latens, tectum, clausum, & absconditum est,

inde-

indeque prorſus ignoratur, probari nequit, atque vindictæ in hoc ſeculo expers eſt, *cap. unic. X. Ut benefic. Eccleſiaſt. ſin. diminut. confer.* Quo ſenſu occultum & ſecretum ſunt ſynonyma, *all. cap. unic. X. ut beneſic. Eccl. ſin. dimin. confer. can. Erubeſcant. 11. diſt. 32. can. 23. Cauſ. 32. qv. 5.* manifeſto & cognito contradiſtincta, *can. fin. 7. diſt. 33. cap. 34. X. de Simon. arg. cap. 7. X. de ſentent. excommunic.* Tametſi ſecreti quoque nomine veniat interdum, quod ſciunt quinque, inque eo ſenſu conveniat cum penè occulto, quod poteſt probari per quinque aut pauciores. *Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. Verbo. Occultans.* Jungito *Martin. in Lexic. Philologic. verbo. Occulo.* Ubi rationem Etymologiæ exponit. Ita occultum abſconditi & ſecreti vocabulo ac æſtimatione induitur, quando in Jure Canonico occulta ſolius Dei cognitioni reſervari dicuntur, qui ſolus novit corda filiorum hominum, tanquam cordium ſcrutator, & ſecretorum cognitor eſt atque judex diſtrictus, *all. Can. Erubeſcant. 11. diſtinct. 32. can. fin. 7. diſt. 33. can. 20. Cauſ. 2. Qu. 5. can. 7. cauſ. 6. qv. 1. can. 23. cauſ. 32. qv. 5. cap. 34. X. de Simon.* ut inde, de occultis non judicare Eccleſiam, non tàm proverbium quàm veriverbium fuerit ſubortum, *cap. 17. X. de Accuſat. cap. unic. X. Ut Eccleſ. benef. ſin. dimin. confer.* Nec non eadem ſubeſt acceptio, ſignificatus idem, quando interdum occultè factum præſumitur verum, & palàm ac apertè factum ſimulatum, juxta *Bald. in l. 23. C. Mandat. & Felin. in cap. 12. X. de Hæretic. & in cap. 24. X. de Offic. & pot. judic. deleg.* & vice verſâ. Vid. infrà Adverbium Palam. Aut quando occulta vocantur crimina in jure noſtro civili, quæ clam facta, *arg. l. 2. §. 23. D. Vi bonor. raptor.* Quibus de per

transennam veluti duplex annoto notabile. Primum est, in crimine perquàm occulto, quod etiam per diligentissimam inquisitionem non potuit erui, vicenariam præscriptionem currere non â tempore commissi delicti, uti aliàs regulariter, sed scientiæ judicis. Quoniam agere non valenti non currit præscriptio. *Clar. Receptar. sentent. lib. 5. §. final. qv. 51. n. 5. Dn. Brunnem. in proc. Criminal. inquisitor. cap. 10: n. 4.* & tetigimus suprà in explanatione Adverbii Obsoletè. Alterum, in delictis occultis & facti transeuntis ex præsumptionibus & indiciis certis atque indubitatis deveniri ad torturam, licet de corpore delicti non constet. *Magnif. Dn. Carpz. in pract. Crim. part. 1. qv. 119. n. 69. & qu. 108. n. 18. part. 3. qu. 108. n. 25. & qu. 180. num 8.* Quod necessariò & certius certo apparere debet in delictis facti permanentis, quæ facti post se relinquunt vestigia. *Beatus Dn. Avus Paternus. Dn. Bernhard.* Ziritz. *in Observ. Nomico-Politic. ad Constit. Criminal. Carol. V. artic. 6. pag. m. 21. Farinac. Pract. Crim. libr. 1. tit. 1. qu. 2. num. 26.* Deinceps hoc etiam planum facit modò *all. l. 23. in pr.* §. *1. & 2. C. Mandat.* æquè incurrere pœnam Legis Anastasianæ, qui eam evitaturus donationem simulat in totum, *& occultè* partem pecuniæ recipit, aut clam atque *occultè* aliud quippiam agere conatur, quo usurariam atque Anti Anastasianam palli & pravitatem, nomen & notam redemptoris litium effugiens. Fortassis per interpositionem alicujus tertii, cui pro parte dicatur nomen cessum: Aut per instrumentum pro parte venditum & pro parte donatum nomen edocens. Aut per fictitiam: & dicis causâ factam æquivalentis pretii cessionario post restituendi solutionem. Et meritò vindicatur in usurario

ejus-

ejusmodi fraudulenta astutia & calliditas. Ne suus cuiquam dolus patrocinetur, de malitiâ sibi lucrosâ pravus fœnerator glorietur, contrà *l. 1. pr. D. de Dolo. cap. 10. in fin. X. de Majorit. & Obed.* & tandem saluberrima *Anastasii in l. 22. & Justiniani in l. 23. & l. 24. C. cit. tit. Mandati.* constitutio, illi nequitiæ ad instar freni & pessuli posita, impunè pessundetur. Vid. *Magnific. Dn. Carpz. libr. 5. Responf. 33. n. 5. & 6. Johann. à Sande. in tr. de Cession. Action. cap. 11. n. 28. Berlich. part. 1. decis. 32. n. 3. 4. 5. 6. 7. & 14.* Residuum itaque in casibus recensitis, quod unanimi fatentur ore Interpretes, debitoris cedit lucro, non inquietandi, per cedentem sive, sive per cessionarium. Salvâ insuper fisco competenti actione, ad partem sortis quartam pœnæ loco inferendam, ex *Recessu Imper. de Anno 1500. tit.* von wucherlichen contracten. & *Ordinat. Polit. Francofurt. de Anno 1577. tit. 17.* von wucherlichen Contracten. §. dieweil aber solche und dergleichen Conträct. *Dn. Mœv. in discuss. levam. inop. debitor. cap. 7. n. 23.* Cui aliàs indistinctè perinde ut cedenti de residuo debetur nihil, nisi jure provinciali aliud receptum, per alleg. textum *in l. 23. C. Mandati.* Quod vix cogitare liceat casum prohibitæ cessionis, ubi non gravetur debitor, ægrè ferens, nomen suum, quo alii obstrictus, quasi per mercantiam transferri in alium. *Magnif. Dn. Brunnem. in eleg. tr. de Cession. Action. & versur. cap. 1. n. 85. cum mult. seqq.* & in *C. ad l. 22. 23. & 24. Mandat. p. 340. col. 2. Licet in diversa omnia abeant Sande. d. l. n. 10. Finekelt. Obs. 17. Anton. Gabr. comm. concl. l. 2. tit. de Actionib. concl. 5. n. 1. & Cujac. lr. 10. Obs. 3. & l. 16. Obs. 6.* Sicuti econtra à debitore cesso præsente, & vel ab initio tacitè aut expressè, vel ex postfacto, exce-

ptionem hanc non opponendo, ſed ceſſionem ſilentio approbando, conſentiente, non excluditur, quin petat mulctam. *Dn. Brunnem. d. cap. 1. n. 46.* Quid videatur hâc de re Nominatisſimo JCto *Dn. Frantzkio*, quære *libr. 1. Reſolut. 9.* Add. *Reſolut. 8.*

Sed neque alienum eſt ab hoc loco indagare indolem & ortum verbi in jure noſtro uſitatisſimi *Occultare*. Frequentativum hoc eſt, ratione ortus, ab occulto, idem quod celo & abſcondo ſignificans, *l. 36. in pr. D. de Reb. Aut. judic. poſſid. l. 7. §. 13. D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* Ratione indolis odioſum admodùm, & in rebus alienis ſemper punibile, in propriis aliquando veniale. Exemplis rem firmare ſi collubitum, generaliter res occultans alienas reus eſt criminis ſtellionatus, *arg. l. 3. §. 3. fin. D. de Crimin. Stellionat.* teſtamentum, non uni, parti fortè adverſæ, ſed omnibus, occultaſſe, falſi habet ſpeciem & ſpecimen, *l. 1. & l. 3. §. 6. D. de Tabb. exhibend. & Bartol. inibi. l. 14. C. Ad Leg. Cornel. de Falſ.* Add. *l. unic. C. de his qui ſe deferunt.* Quo de quoque tenetur inſtrumenta & ſcripturas publicas atque privatas ſcienter & fraudulenter occultans, *dd. LL. Bartol. all. loc. & in l. 32. D. de Leg. Cornel. de Falſ.* Quin pœnâ deportationis animadverſum in eum fuiſſe, qui hoſtem fugientem ſciens ſuſceperat, & relegationis in eum, qui hunc occultari non ignorans diu diſſimulaverat, refert *Paulus JCtus in l. 40. D. de Pœn.* Confer. *l. 4. D. Ad Leg. Jul. Majeſt. Bartol. in l. final. C. de Oper. libertor. & Joan. Faber. in §. Rurſus ex diverſo. 5. J. de Actionib.* ubi diſquirunt, quomodo teneatur occultans debitorem alicujus. Similiter occultans venditoris nomen, & ſe emisſe dicens, ac, à quo emerit, interrogatus, venditorem

torem nominare nolens, suspectus est, *Bald. in l. 30. D. de LL. & in l. final. 68. D. de Rit. Nupt.* Nam peccatum, occultare verum, & occultans aliquid, ne appareat veritas, in falsi incidit crimen *cap. 1. X. de Crimin. fals. cap. 25. X. de Rescript.* Idem, quando quis instrumentum occultat, & abscondit, atque testibus, quod intendit, probare contendit, *Franc. Curt. Jun. Vol. 1. Consil. 64.* Qui, si edere illud jussus, se non habere regerat, juramento id obtinere debebit. *Magnif. Dn. Carpz. in Jurispr. for. part. 1. Const. 17. def. 28. & in Processf. tit. 14. artic. 4. n. 10. & Consultiss. Dn. Brunnem. in proc. civil. cap. 19. n. 22. 23. & 24. & ibidem in Observat. MSC. in prælect. public. in calamum dictat.* Quanquam non committat dolum, nec falsum, qui proprium occultat instrumentum, si non tertii alicujus interesse insimul versetur. *Bald. in l. 4. in pr. & in l. final. 8. C. de Edendo.* item *in l. 14. C. Ad Leg. Cornel. de fals. Bartol. in l. 3. §. 6. D. de Tabb. exhibend.* Præprimis severè vindicant Leges Nostræ istiusmodi ausus in eis, qui facinorosos occultando pœnæ subtrahere moliuntur, parùm memores, Reipublicæ interesse, ne delicta maneant impunita, quò nemo ad maleficia temerè prosiliat, *l. 51. §. 2. D. Ad Leg. Aquil. l. 14. C. de pœn.* Quandoquidem naturâ simile est, facere scelus, & id probare celando, *l. 48. §. 1. D. de Furt.* Eò fit, ut pari puniantur supplicio, qui deliquit, & qui delicti conscius & particeps delinquenti præbendo receptaculum facinora promovit, *l. unic. C. de Crim. Peculat. l. 3. §. 12. D. de SCt. Silan. l. 1. in pr. C. de his qui latron. vel al. crimin. reos occultav. l. 1. D. de Receptat.* arbitrariè autem, qui post delictum perpetratum simpliciter recepit, occultavit, & abscondit, *l. 3. §. 3. D. de Abigeis. l. 40. D. de Pœn.*

suprà

ſuprà alleg. l. 13. princ. D. de Offic. Præſid. l. 1. in fin. l. 2. C. all. tit. de his qui latron. vel al. crim. reos occultav. Magnif. Dn. Carpzov. in prax. Criminal. part. 2. qv. 87. & part. 3. qv. 134. n. 37. 42. & 52. Menoch. libr. 2. Arb. Jud. Qv. caſ. 349. n. 21. Farinac. Prax. Crim. qv. 133. n. 1, 2. 3. 4. Berlich. part. 5. Concl. 55. Niſi ſit uxor, aut è numero cognatorum unus, & criminis inſuper haud particeps, *arg. l. 39. §. 4. D. Ad leg. Jul. de Adulter.* Ubi pœna vel planè remittenda, vel mitiganda, *l. 2. D. de Receptat. Menoch. d. l. & caſ. 348. n. 7. & 10. Dn. Peretz. in C. de his qui latron. n. 3. Dn. Brunnem. ibid. Dn. Struv. Exerc. 48. th. 101. 102. & ſeqq.* Subjung. *Hartman. Piſtor. Obſ. 129.* disquirens: Quæ ſit pœna hæredis & legatarii res hereditarias occultantium: Et an uxor res hereditarias occultans privetur portione ex ſtatuto in rebus ſubtractis ipſi debitâ. Poſtremò, qualem Carolus V. in Conſtit. Criminal. decreverit pœnam ei, qui libellum famoſum, vel pasquillum, uti vocant, ſcripſit, nomenque ſuum occultavit, ex *Articulo 110.* palàm eſt. Non autem putandum ideò, exprimentibus ſua nomina veniam concedi debere. Cum nullam inducant reſtrictionem, quæ gratiâ frequentioris uſus exprimuntur, *Dn. Bernhard.* Zieriß/ *Avus Meus Paternus, p. m. in Obſervat. Nomico-Politic. ad d. Artic. pag. m. 113. verb. Nomen ſuum occultaverit.* aliud etiam ſvadeat præter textum expreſſum in *l. 5. §. 9. D. de Injur. Receſſ. Imper. Francofurt. de Anno. 1577. tit.* Von Buchdruckern/ Schmähschrifften/ 35. §. und ſetzen/ ordnen/ *&c. in verbis:* Es habe der Author ſeinen Nahmen darunter geſetzet oder nicht. *Matth. Stephan. ad d. artic. 110. n. 2. & 3. Petr. Heig. 2. Qu. 31. n. 23. & ſeqv. 27. Weſenbec. Conſil. 22. n. 5. pag. 1.*

16. Odi-

16. Odiosè.

Fons est & scaturigo Adjectivum Odiosum. Odiosum autem Juri Nostro audit, quodcunque à jure communi & justitiâ æquitatis recedit & exorbitat, *cap. 1. X. de Fil. Presbyt. l. 3. pr. C. de Plus Pet. Bald. in l. 5. C. de Bon. quæ lib.* Quomodo pacta, quæ inæqualitatē inducunt habētur odiosa, *arg. cap. 5. X. de Except. l. 7. §. 1. in fin. D. de Rescind. Vendit. l. 29. §. 2. D. Pro Socio. l. 29. §. 1. in fin. C. de Collationib.* Odiosæ item sunt actiones pœnales, *Calvin. in Lexic. Jurid. Vocab. Odiosa.* Odiosa exheredatio, *Bald. in l. 10. C. de Oper. libertor.* Odiosa fisci succesſio. *Dn. Præses de jure success. intest. in proœm. n. 13.* Odiosa denique dispositio est, quæ liberam testamenti faciendi facultatem coarctat, *l. 52. §. 9. D. pro Socio. l. 61. D. de Verbor. Oblig. l. 3. C. de Collat.* Non subit ergô mirari, odiosum aliquid voluisse testatorem in dubio non præsumi, *arg. l. 22. D. de Legat. 2. l. 3. §. final. 11. l. 4. D. de Adim. vel transfer. legat.* odia etiam & odiosa coarctari, &, quoad fieri potest, restringi, *l. 42. D. de Pœn. l. 99. D. de Verbor. Obligat. l. 19. & ibi Bartol. D. de Liber. & posth. hæred. l. 47. D. de Obl. & Act. cap. 25. X. de Reg. Jur. in 6to.* Postquàm, quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias, *l. 14. l. 16. D. de LL. cap. 8. X. de Consvet. cap. 1. & 2. X. de Fil. Presbyter. in 6to. cap. 3. X. de Consanguin. cap. 28. X. de Reg. Jur. in 6to. Dyn. ad cap. 25. X. de Reg. Jur. in 6to.* Obtingit eò, ut strictissimæ sint interpretationis odiosa, nec possit alter alterius odio prægravari, *l. 33. §. 1. in med. C. de Inoff. testam. cap. 22. X. de Reg. Jur. in 6to.* ubi *Dyn. in Comm. can. 1. 2. 3. & seqq. caus. 1. qv. 4.* Et quemadmodum, ea quæ sunt in favorem constituta, non licet in-

terpretari in odium: Ita nec in converso casu, quæ in odium dureque sunt constituta, ad favorem applicare, *l. 6. C. de LL. l. 25. D. eod. cap. 17. cap. 61. X. de Reg. Jur. in 6to.* ubi *Dyn. in Comm. l. 9. §. 8. D. de Hæred. instit.* Res suâ luce radiat, ut deducere eam pluribus facili supersedeam negotio. Unicum hoc subjungo, ex eâdem causâ, quoties in jure assimilantur quodammodò dispares, comparationem restringi ad favorabilia, neutiquam verò extendi ad odiosa. Veluti sponsa de præsenti ἐν πλάτει & latâ quâdam interpretatione habetur & verè est uxoris loco, in favorabilibus, non in strictis, pœnalibus, & odiosis, *arg. l. 17. §. 1. D. de Reb. aut. jud. possid. l. 74. D. de Jur. dot. l. 4. D. de Fund. dotal. l. 5. in fin. C. de Bon. quæ liber. l. 15. §. 24. D. de Injur. l. 16. D. de sponsalib. l. 4. D. de Leg. Pompej. de parricid. Wesenbec. in Paratitl. D. de sponsalib. n. 7. in pr. ibique Dn. Hahn. ad verba: Quare neque in pœnalibus. Dn. Peretz. in C. de sponsalib. n. 9.* Add. tamen *Magnif. Dn. Carpzov. in Jurispr. Consistor. libr. 2. tit. 4. def. 63. n. 7.* Atque maritus non transiens ad secunda vota censetur in eodem permansisse matrimonio, in favorabilibus, non in odiosis, *Magnific. Dn. Brunnem. in C. ad l. 4. de Bon. Matern.* Eodem modo Licentiati Juris ritè & solenniter promoti dignitate & immunitate Doctorali de consuetudine generali fruuntur, & Doctoribus æquiparantur, in favorabilibus, non in odiosis. *Dn. Limn. libr. 8. Jur. publ. cap. 8. n. 41. & seqq. Jos. Nolden. de Stat. Nobil. Civil. eorumque privileg. cap. 5. concl. 37. & 38.* Quod stabilire satagit *Wurmser. Exerc. Jur. publ. 5. th. 11. ex Ordinationis Cameræ part. 1. tit. 3. §. 2.* des gleichen. ibi: der Rechtgelehrte und Gewürdigte / *circ. fin.* per quam peræquè Licentiati atque

atque Doctores in illustri totius Germaniæ tribunali, Camerâ Spirensi Assessoris explent spartam. *Dan. Otto. de Jur. publ. cap. 19. pag. 469.* Simile prorsus exemplum deprehendo in hypothecâ & pignore. Quæ quamvis in tantum adæquentur, ut statutum de hoc disponens locum etiam in illâ inveniat; Fallit tamen, si statutum sit odiosum, & utriusque naturæ haud queat accommodari. Quale restringendum, non extendendum, juxta principia ab odio deducta. *Bachov. in Treutl. Vol. 2. disp. 1. th. 1. lit. E. verb. unde attento. & in Animadv. ad Parat. Wesenb. tit. de pignorib. n. 3. Negusant. de pignorib. part. 1. n. 8. & 9.* Vid. de Odio *can. 2. distinct. 86. cap. 24. X. de Accusat. can. 35. Caus. 23. qv. 4. l. 1. § 10 D. Ad SCt. Turpill.*

17. Officiosè. Officiosissimè.

Ad literam legitur in *l. 21. in fin. D. de His quæ ut indign.* exponendum per verba æquivalentia, Diligenter, seu ex animo. Ut *officiosè* agere circà defuncti vindictam inibi idem sit ac diligenter & ex animo ulcisci injuriam & internecionem defuncti. Et quidem congruè substituitur ibidem istud Adverbium. Siquidem officiosi, unde officiosè, quod in vernaculâ lingvâ **dienstlich mit Erbietung seines Dienstes**/ effertur, indigitatur nomine, qui officii reddendi studiosus, ab officio, quod aliquando gratificandi & benè merendi studium significat, *l. 7. D. Quemadm. testam. aper.* Quale omninò exhibet & præstat defuncto, quicunque mortem ejus vindicat. *Gothofred. in not. ad d. l. 21. lit. f.* Alioquin cum non ab efficiendo, sed ab officiendo dicitur officiosus, nocentem denotat. Eoque tunc contrariam involveret significatio-

nem Adverbium Nostrum, interpretandum per nocenter, ſchädlich/ hinderlich. Faciunt textus in *l. 2. pr. D. de Servitut. rusticor. prædior. l. 2. l. 4. l. 15. l. 17. pr. D. de Servitut. Urban. præd.*

18. Olim.

Non aliter ac jamdudum & quondam duo adverbia temporis affinia, de omnibus tribus temporibus, præterito, præſenti, & futuro, verificatur, regulandum ſecundum naturam verbi, cui adjicitur. *Anton. Bard. tr. de tempor. util. cap. 29. n. 8. in fin. Bartol. in l. 1. §. 1. D. de Oper. Nov. Nuntiat. in l. 56. D. de Acquir. rer. dom. in l. 35. D. de Negot. geſt. & in l. 16. §. 1. D. de Servit. prædior. urban. Tyndar. tr. de Teſtib. cap. 6. n. 7. Fulgoſ. Conſil. 22. n 3.* Præteritum reſpicit ſui naturâ, in textibus Juris tàm Civilis quàm Canonici innumeris. Quorum omnium loco impræſentiarum ſunto *cap. 34. X. de Elect. in 6to. cap. 24. X. de Accuſat. cap. 32. & 33. X. de offic. & pot. judic. deleg. cap. 25. X. de Reſcript. cap. 6. & 8. X. de Conſuetud. l. 8. §. 10. D. de Excuſat. §. 1. J. de Verbor. Oblig.* Add. *l. 16. §. 1. D. de Servitut. Urban. prædior. l. 8. C. de Impub. & al. ſubſtitut. l. 8. §. 1. D. de Contrah. empt* Et tunc aliquando ſignificat idem quod dudum, retrò. Hinc olim caſtus adhuc talis præſumitur. Et olim locuples adhuc in dubio locuples præſumitur. Non minus tamen præſenti etiam & futuro tempori aptatur. Cujus nedum faciunt fidem allegati Autores, ſed etiam ſuffragatur *gloſſ. in d. l. 8. §. 1. D. de Contrah. Empt. Cardinal. in Clementin. 1. §. 2. de Jurejur. Cardinal. Tuſch. Practicar. Jur. Concluſ. tom. 2. concluſ. 319.* Nonnunquam, ſi deficit, ſubauditur. *Bartol. in l. 41. D. de Reb. Credit.*

19. O-

19. Omnifariam.

In l. 4. §. 1. in fin. C. de Recept. Arbitr. & in l. 14. C. de Contrah. & commit. stipul. idem est ac omnibus modis.

20. Omnimodo.

Affirmandi Adverbium multifariam accipitur. (1) Est dictio universalis, omnia comprehendens *l. 14. §. 10. D. Quod met. caus. l. 30. pr. C. de Inoff. testam. Clement. 1. X. de For. compet. ubi Glossa. l. 6. §. 10. D. Quæ in fraud. Creditor. Ubi Gothofred. lit. c. l. 8. C. de Impub. & al. substitut.* & rem purè atque disertè explicans. *Decian. lib. 2. Consil. 35. n. 47. Döring. in Bibl. JCtor. Theoric. Pract. tom. 1. lit. A. Vocab. Adverb. n. 87.* Quomodo omnimoda dispositio cōplectitur quamlibet speciē generis, omnimoda jurisdictio merum & mixtum Imperium, gloss. in *Clem. 1. X. de For. compet.* Et quando ex formâ statuti libro alicui omnimoda habetur fides, excluditur probatio contrarii. *Alex. in l. 2. §. 1. D. Si ex noxal. caus.* Estque ratio, quia, qui omne dicit, nihil, quod sub eo potest contineri, excludit, *l. 68. pr. D. de Legat. 3. l. 13. C. Mandati.* Restringitur tamen secundum naturam actus & contractus, *Alex. libr. 3. Consil. 37.* & juxta normam æquitatis. (2) Junctum cum negativâ exponitur nullo modo, *l. 24. §. 4. D. de Minorib. in fin. l. 31. in fin. D. Locat. Conduct.* ubi notat *glossa. l. 9. §. 4. D. de Recept. qui arbitr. l. 17. §. 2. in init. D. Ad SCt. Vellejan.* (3) Importat idem quod promiscuè, indistinctè, sine distinctione, *l. 75. §. 10. in fin. D. de Verbor. Obligat. l. 49. D. de Jur. Dot. l. 14. §. 9. in fin. D. quod met. caus. l. 4. in pr. D. Pro suo. l. 3. §. 1. D. Naut. Caup. Stabular. l. 24. §. 2. D. de Minorib. l. 32. §. 4. D. de Recept. qui arbitr. recep. l. 9. D. Rem. Rat. haber. §.*

Item actio. 27. & §. praced. Sed furti. 26. J. de Actionib. l. 18. D. de Adimend. legat. l. 8. D. Qui sin. manum. in fin. l. 7. §. 1. D. de Except. l. 14. §. 2. D de Condict. furtiv. Novell. 8. cap. 10. §. 2. l. 8. C. de Impub. & al. substitut. (4) Valet quod sine interpellatione & sine inquisitione, *l. 38. §. 15. D. de Usur.* (5) Significat quod sine metu exceptionis, *l. 23. in pr. C. Ad SCt. Vellejan. l. 7. §. 1. D. de Except. l. 39. §. 3. D. de Damn. infect. l. 1. §. 1. D. de Usur.* (6) Idem est quod in omnem eventum, planè, quicunque inciderit casus, *l. 18. D. Quod met. caus.* Tandem (7) præcisam habet significationem, *l. 14. C. de Contrah. & committ. stipulat. l. 10. §. 6. D. de Vulg. & pupill. substitut. l. 29. C. de Testament. l. 30. in pr. C. de Inoff. testam. l. 26. C. de Nupt. l. 4. §. 1. C. de Recept. Arbitr. Novell. 8. cap. 10. §. 2. l. 6. §. 10. D. Quæ in fraud. Creditor. l. 15. final. C. de Contrab. Emption. §. Sed & certum. 1. Inst. de Empt. & vendit. Magnif. Dn. Ungep. p. m. Exercit. Justin. 12. qv. 5. in Ajo. pag. 566. Mendoza. tr. de beneficior. incompatibilitat. part. 2. cap. 1. n. 4. Calvin. in Lexic. Jurid. verb. Omninò & Omnimodò.* præcisam denotat voluntatem, & habet vim decreti irritantis. *Tiraquell. in l. 8. C. de Revocand. donat. in verbo. Revertatur. n. 88.* Quod declarat ex *Rotâ in noviss. decis. part. 2. decis. 28. num. 3. & seqq. Cardinal. Tusch. Practicar. Jur. Concl. tom. 2. conclus. 320. & Conclus. 485.* quando stat per se, nec habet secum adjunctam conditionem vel voluntatem.

Sistimus hic gradum, quæsituri: Quid videatur concessum, concessâ jurisdictione omnimodâ? Esto Exemplum: Princeps literis investituræ inseruit, se cum feudo concessisse omnimodam jurisdictionem, Alle Gerichte und Gerechtigkeiten: Quæstionis est: Ad quas jurisdictionis

onis species illud extendendum? Nondubito, concedi unà cum jurisdictione simplici merum & mixtum Imperium. Quia hæc omnia jurisdictionis omnimodæ appellatione veniunt, *Vultej. de feud. libr. 1. cap. 5. n. 5. Menoch. libr. 3. præsumpt. 97. Wesenbec. Consil. 95. n. 18. 21. 31. & seqq. Decian. Vol. 3. Consil. 43. n. 3.* & beneficia Principum latissimè interpretanda. *Magnif. Dn. Carpz. in Jur. for. part. 2. Const. 40. def. 6. & Gail. libr. 2. Obs. 62. n. 9. Besold. in Thesaur. pract. & Webner. in pract. Observ. verbo.* Gericht. *Finckelthaus. Controv. feudal. illustr. disp. 3. concl. 12. & 13.* Contrarium arridet *Knich. de Investit. paction. n. 59.* Regalia tamen omninò exceperim cum *Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feudal. cap. 6. Aphorism. 23. n. 2. Wurmser. Exerc. Jur. publ. 3. th. 10.* Add. *Exercit. ejusd. th. 12.* Quod à jurisdictione differant, & non nisi nominatim à Principe concedi soleant. *Vid. Dn. D. Pruckman. Sereniss. & Potentiss. Elector. Brandenb. Consiliarius secretissimæ admissionis, & Generalis totius Marchiæ Electoralis Cancellarius, ProaVus Meus Maternus,* νῦν ἐν ἁγίοις, *in consummatiss. tr. de Regalib. cap. 5. n. 1. & seqq.*

21. Omninò.

Quæ diximus de præcedenti Adverbio Omnimodò, ea huic præsenti Affirmandi vel Intendendi Adverbio *Omninò* ritè & rectè applicamus. Quod plures tamen, & quidem aliquas sibi soli proprias, admittit significationes. Rem paucis absolvere satagit *Felin. in cap. 13. X. de Offic. & pot. judic. deleg.* Cujus sententiam hîc juvat compendiosius adscribere. Novem ipse numerat Adverbii Omninò significatus potiores & famosiores. Primus im-

portat

portat latam ſententiam: Secundus idem denotat quod totaliter: Tertius excludit, ut nihil petere poſſit omninò carere juſſus: Quartus præciſum factum denotat: Quintus omnem includit diligentiam: Sextus perpetuitatem involvit. Septimus eò tendit, ut omninò prohibitus facere nec per ſe nec per alium facere debeat: Octavus ſignificat id, quod nullo jure reſervato. Nonus ultimò: continuum ſecum trahit effectum. Tetigit profectò rem acu *Felinus*. Ut vel ad eum remiſiſſe lectorem videatur ſufficiens. Tentabimus tamen pro ingenii viribus, ſi non dilucidius, uberius ſaltem explanare Adverbii Noſtri naturam. Quamobrem, etiamſi I. præciſa atque indefinita ſit dictio Adverbium OMNINÒ, modificationis & limitationis incapax; *l. 14. D. de Recept. qui arbitr. l. 5. C. de Annon. & Tribut. l. 29. C. de Teſtament. cap. 34. X. de Elect. in 6to. cap. 2. X. de Pact. in 6to. cap. 17. X. de Judic. cap. 24. X. de Reſcript. cap. 26. X. de Jurejur. Bald. in l. final. 15. C. de Contrah. Empt. Salic. in l. 2. C. de Jur. Emphyteutic. Albert. de Pergam. tr. de Præpoſit. n. 81. Felin. in cap. 13. X. de Offic. & pot. judic. deleg. in pr.* determinationem tamen admittit commodam, & interpretationem recipit congruam à jure communi, *d. l. 14. D. de Recept. qui arbitr. recep. arg. l. 113. D. de Verbor. Obligat. Bald. d. l. & in l. 8. C. de Impub. & al. ſubſtitut.* II. Quando adjicitur verbo futuri temporis, valet quod ipſo jure, citra ſententiam, *vid. cap. 14. X. de Elect. in 6to. Döring. in Bibliothec. Jureconſ. Theor. Practic. tom. 1. lit. A. vocab. Adverbium. n. 88. Gloſſ. in l. 1. §. 36. D. Depoſiti. Alexand. in l. 124. D. de Verbor. Obligat. & in l. 34. D. de Jur. fiſci. gloſſ. in Novell. 60. cap. 1. Felin. in cap. 35. X. de Reſcript. & in cap. 17. X. de Teſtib.* III. Omninò fieri

fieri intelligitur eo, quo poteſt, modo fieri, ne præcipiatur impoſſibile, *arg. l. 7. D. de Teſtam. milit. l. 14. D. de Recept. qui arbitr. recep.* IV. Aliquando dicitur ex levi vel parvâ causâ, *cap. 26. X. de Jurejur. Albert. de Pergam. tr. de Præpoſit. n. 81.* V. Omninò negativè exponitur nullo modo, ſed non ſemper, per *l. 1. C. de His qui in prior. Creditor. loc. ſucc.* Textus ſunt in *§. 2. J. de Legit. Agnat. tutel. §. 2. J. de Satisdat. tut. § 3. J. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. pr. J. de hæredit. ab inteſtat. §. 6. J. de verb. Oblig. §. 7. J. de Inutil. Stipulat. l. 4. §. 1. D. Famil. Erciſc. l. 26. §. 3. D. de Cond. Ind. l. 8. §. 7. D. de Fidejuſſor. ubi Gothofred. lit. b. l. 1. C. de Offic. militar. judic. l. 12. D. de Impenſ. in res dotal. fact. cap. unic. X. ut Eccleſ. benef. ſin. dim. l. 7. D. de Leg. Cornel. de falſ. gloſſa in cap. 24. X. de Reſcript. Magnif. Dn. Ungep. b. m. Exercit. Juſtin. XI. qu. 5. in Ajo. pag. 320.* Ubi prolixè ſatis hoc aſtruit, *d. §. 7. in l. 8. D. de Fidejuſſor.* ipſe ita exponit, & eam explicationem contra *Hering. tr. de fidejusſorib. cap. 24. n. 86. cum ſeqq.* defendit. VI. Omnem naturâ ſui caſum comprehendit, *arg. l. 14. §. 10. D. Quod met. cauſ.* ubi *gloſſ. & Bartol. cap. 20. X. de Converſ. Conjug. Novell. 60. cap. 1. in princ. Felin. in cap. 13. X. de Offic. & pot. jud. deleg. l. 8. §. 7. & ibi gloſſa. D. de Fidejusſor.* & dictio univerſalis eſt. Textus & *gloſſa* in *Clem. 1. X. de Vit. & Honeſtat. Clericor.* VII. Æquipollet Adverbiis totaliter, in plenum, in ſolidum, in totum, pleno jure, abſolutè, penitus, ſimpliciter, & indiſtinctè, *l. 3. D. Qui ſatisdar. cogunt. l. 10. in pr. D. Quib. mod. pign. ſolvit. l. 11. in fin. D. de Legat. 1. l. 59. D. de Legat. 2. l. 5. C. de Annon. & Tribut. l. 10. §. 1. D. de Quæſtionib. cap. 20. X. de Converſ. Conjugat. cap. 14. X. de Elect. in 6to. Bartol. in l. 8. §. 7. D. de*

Fidejussor. n. 2. cap. 24. X. de Accusat. Novell. 60. cap. 1. in fin. Clement. 1. X. de Vit. & Honest. Clericor. l. 3. §. 10. D. de Tabb. exhibend. l. 1. §. 5. D. eod. l. 1. pr. D. de Offic. Praefect. Urb. glossa marginal. in *cap. unic. X. ut Eccles. benef. sin. diminut. confer. Roland à Valle. libr. 1. Consil. 84. n. 24. Cardinal. Tusch. Practic. Jur. Conclus. tom. 2. Conclus. 322.* & intelligitur, nullo reservato jure. *Döring. d. l.* Ut innuat tum solidam proprietatem, seu Dominium cum usufructu & commoditate re pro arbitrio utendi fruendi, judicio. *Joan. Andr. in cap. 20. X. de Convers. Conjugat. Petr. Wesenbec. Consil. 10. n. 9. & arg. l. 126. §. 1. D. de verbor. Oblig. l. 25. D. de verbor. significat.* Qualiter omninò non respondere, & in totum non respondere, omninò non edere, & non in totum edere, paria sunt, *arg. l. 8. in princ. D. de Edendo.* Rectissimè igitur Adverbium Aliquatenus *in l. 25. pr. D. de Poen. Gothofred. ibid. in not. lit. q.* contradistingvit Adverbio Nostro Omninò. VIII. Cum exclusivum est, excludit omnem gratiam, misericordiam, dispensationem, *Abb. in cap. 17. X. de Accusat.* pactionem, & exceptionem, *Felin. & gloss. in cap. 13. X. de offic. & pot. judic. deleg.* Unde aliqui interpretantur Omninò, i. e. sine ope exceptionis, *Felin. d. l.* quia habet executionem paratam, *Bartol. in l. 1. D. Judicat. solvi.* Atque tunc impedit etiam moræ purgationem, *Angel. in l. final. 32. C. de Fideicommiss.* IX. Eatenus, quatenus perpetuitatem sine interruptione insinuat, separationem continuam & perpetuam nonnunquam indigitat. Ita omninò separata habentur pro continuò & perpetuò separatis. *Tusch.* modò *d. Conclus. 322.* Add. *Clementin. Dioecesanis. 1. X. de Vit. & Honest. Clericor.* Et sic exasciavimus pro virili Adverbium

bium Omninò! Tantùm solvenda hîc in calce apparens Antinomia inter *l. 1. C. de offic. militar. Judic. & l. 68. D. de Rei Vindicat.* Priorem allegavimus superius, circa acceptionem Adverbii hujus quintam occupati, tanquàm ad rhombum maximè quadrantem. Quæ NUNQUAM OMNINÒ, (i. e. ut Adverbium OMNINÒ negativè positum interdum explicari solet, nullo modo,) in negotiis privatorum tuitionem militarem vel executionem tribui debere insinuat. Posterior huic apertè contradicit, manus militaris usum contra contumacem permittens, & eo nomine defensa à *Bachov. in eleg. tr. de Actionib. disp. 7. th. 11. Donell. Commentar. libr. 20. cap. 6. lit. G. & Hilliger. ibid.* Verum textus legis istius posterioris paululum perpensius trutinatus solutionem ipse subministrat, in verbis: NON PARET, de casu, quem continet speciali extremæ contumaciæ, disponi, eique decisionem accommodari, digito quasi indice ostendens. Utputa, cum reus restituere jussus restitutionem, quam facere potest, & quam fieri actoris multùm interest, contumaciter declinat. Contrà in Lege priori de defensione sententiæ non est sermo. Vid. *Dn. Hilliger. d. l. Magnif. Dn. Brunnem. in Colleg. D. textual. MSC. ad l. Qui restituere. 68. D. de Rei Vindicat. & in C. ad l. 1. & 2. de offic. militar. Judic. Menoch. Remed. 1. Retin. possession. n. 14.*

22. Oppidò.

Quod simpliciter ab Oppidum, quatenus significat multitudinem hominum, deducunt, ad generaliorem transferri significatum, cum, ut vulgaris fert acceptio, idem denotat, quod valdè, multum, admodum, tradit

Martin. in Lexic. Philologic. vocab. Oppidò. primævam ejusdem ſcaturiginem & latiorem ad alia plura translationem ex *Feſto* ibidem inſimul enodans. Præter iſtum autem ſignificatum uſitatiorem, qui & Ciceroni communis, quando ipſi paulùm oppidò differre, idem quod parum admodum differre, gar wenig / interdum ſignificat tantundem, quantum ilicò, Alsbald / interdum quod omninò, freylich. *Dn. Buchner. in Theſaur. Fabr. locuplet. vocab. Oppidò.* Alioquin quid importet & quid ambitu ſuo complectatur primitivum Oppidum, quære in *l. 239. §. 7. & in l. 166. pr. D. de Verbor. ſignif.* item in *Conſtit. de Concept. D. 2. quæ incipit: Omnem Reipublicæ noſtræ* &c. *§. 9.* atque apud *Gœdd. & Arnold. Corvin. à Belderen. ad. d. l. 239. §. 7. D. de Verbor. Signif. & Calvin. in Lexic. Jurid. Vocab. Oppidum.*

23. Opportunè.

Idem quod commodè, gelegen / füglich / bequem. Poſſunt videri *cap. 34. X. de Elect. in 6to. cap. 17. X. de Accuſat. cap. 10. § pro defectu quoque. X. de Renunciat. l. 39. D. de Solut.*

24. Optimè.

Hujus Adverbii deprehendimus ſedem in *l. 38. pr. D. de Ædilit. Edict.* Optimum, à quo formatur Adverbium Noſtrum Optimè, nonnunquàm dicitur aliquid ex conſuetudine regionis. *Ulpiano in l. 75. §. 2. D. de Verbor. Obligat.* in genere optimum eſt, cujus bonitas principalem gradum bonitatis habet, & cujus ex inde appellatio certi ſignificativa eſt. Qualis non eſt boni appellatio. Cum bono melius inveniri poſſit, & id, quod bono melius,

lius, ipſum quoque bonum ſit. Unde liquet, quid ſtipuletur optimum ſtipulans, *d. l. 75. §. 2. D. de Verbor. Obligat.* Volve & evolve pro pleniori hujus intellectu *l. 1. C. de Uſur. l. 31. D. de Minorib. l. 14. princ. C. de Contrab. & committ. ſtipulat. l. 90. l. 163. pr. l. 126. l. 169. D. de Verbor. Signific. l. 1. C. Quando & quib. quart. pars libr. 10. l. 24. §. 1. D. de Pignorib. princip. Inſt. de Codicill. circ. fin. Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. verbo: Optimum.* Ubi notat, ſi ſtatutum optimos requirat teſtes, non præſumi eosdem tales, niſi probentur. Cæterûm, ut, genere legato, vel pluribus ſpeciebus nominatis, poſſit eligere optimum legatarius, neceſſum eſt, optionem ſive electionem fuiſſe ſpecialiter legatam, *arg. l. 9. §. 1. D. de Dolo l. 3. §. 6. D. Ad Exbibend. l. 2. pr. & §. 1. D. de Opt. legat.* & rem eſſe in bonis teſtatoris, *l. 67. § 8. D. de Legat. 2. Colleg. JureConſ. Argentor. ad tit. D. de Option. legat. th. 8.* Etenim aliàs, licet in legato alternativo & generis penes eum regulariter ſit electio, *l. 23. D. de Legat. 2. l. 34. §. penult. 14. D. de Legat. 1. §. Si generaliter. 22. J. de Legat.* mediocre ſaltem eligere licebit, *l. 3. §. 1. C. Commun. de Legat. l. 37. D. de Legat. 1. arg. l. 110. D. eod. Zæſ. in Comm. D. tit. de Option. legat. n. 7. Bachov. in Animadv. ad Parat. Weſenbec. ibid. n. 1. verbis: Etiam Optimam. Schotan. in Exam. Jurid. pag. m. 627. & 628.* Scilicet, ſi legato generis plures ſint ſubjectæ ſpecies. Quippe ſi duæ tantùm, peræquè non prohibetur meliorem eligere, *l. ſi ſervus 70. l. 108. §. 2. D. de Legat. 1. Schotan. alleg. loc.* Propterea haud exiſtimaverim, quando inter duos vel plures cohæredes ex ſtatuto vel conſvetudine, (cujus meminere *Dn. Carpz. ad Conſtit. Elect. 3. c. 15. def. 2. 11. & 12. Mynſing. libr. 4. Obſ. 37. & Gail.*

libr. 2. Obs. 116. in fin.) major dividit, & minor eligit, minorem indiſtinctè poſſe eligere optimum. Eſtque ratio, quia, quando optio defertur à lege, (cujus ſpecies conſvetudo & ſtatutum,) mediæ qualitatis & quantitatis res debetur, *arg. cit. l. 37. princ. D. de Legat. 1. Dn. Brunneman. in C. ad l. 3. fin. §. 1. Commun. de Legat. pag. 577. col. 1. in init.*

25. Opulenter.

Benè declaratur per Adverbium abunde, abundanter, Reichlich/ überflüſſig. Circa quod nihil noto, niſi quod *gloſſa in l. 25. D. de Acquir. hæredit.* opulentam & locupletem hæreditatem diſtingvere ab invicem geſtiat. Quaſi illa commodum ſine incommodo, opes nempè ſine operâ, adferat, hæc verò conjuncta ſit cum moleſtiâ.

Ordinariè.

Si rectè ponimus calculum, facillimum intellectu ex regulâ juris, quæ tradit, non poſſe ſibi blandiri de extraordinario auxilio, cui communi & ordinario proſpectum, *l. 16. D. de Minorib. l. 12. D. eod. l. 3. C. Si Adverſ. libertat.* Limitanda tamen eadem, niſi remedium extraordinarium pingvius ſit, majoriſque poteſtatis, quàm ordinarium, aut ex diverſis ambo deſcendant principiis, unum forſitan ex jure civili, alterum ex jure Prætorio. Quippe ex tunc benè cumulantur, *l. 1. §. final. D. Si quis à par. manum. l. 8. §. 15. D. de inoff. teſtam. l. 9. D. de Minorib. Bachov. & Ludwel. in Comm. Inſt. tit. de Inoff. teſtam. §. Tàm autem naturales. 2. Socin. Reg. 413.* Aliter limitant regulam *Abb. in cap. 12. X. de Reſcriptis. & Bartol. in l. 3. D. de*

Oper.

Oper. Nov. Nuntiat. Sicuti autem remedium ordinarium est, quod recto & communi juris ordine cõpetit, *arg. l. 33. §. 2. D. de Procurat. l. 7. D. de Leg. Cornel. de falſ. l. 13. C. de Rei Vindic.* Ita ex diverſo extraordinarium in eventum, extra ordinem, & in ordinarii defectu tribuitur, *dd. LL.* & certis perſonarum, rerum, negotiorumve generibus accommodatur. Cujus aliud naſcitur ex privilegio Principis, *l. 1. §. 2. D. de Conſtitut. Princip. §. 6. J. de Jur. Nat. Gent. & Civil. l. 16. D. de LL.* Aliud facti eſt, dum illatam ſibi injuriam proprio repellere auſu permittit lex, *arg. l. 1. §. 2. & 16. D. de Oper. Nov. Nunciat. & l. 29. D. ad Leg. Aquil.* Alio deniq; ſubvenitur illis, quibus vel jure Ordinario non eſt conſultum, vel non ita facilè & non ita commodè eſt conſultum. Quo de præmiſſum juris brocardicum. *Zaſius in tr. ſpeciali ſingularibus inſerto, & ex eo Calvin. in Lexic. Juridic. verbis: Ordinaria dicuntur.* Videantur de Judice Ordinario ejusque officio *cap. 7. X. de Privileg. in 6to. cap. 2. X. de Arbitr. cap. 5. 11. & 12. X. de Offic. Judic. Ordinar. cap. 7. 9. 28. 30. & 31. X. de Offic. & pot. jud. del. cap. 19. X. de Accuſat. l. 3. C. de Offic. Rector. Provinc. l. 3.* ibique *Bartol. D. de offic. ej. cui mandat. eſt jurisdict.*

27. Ordinatè. Ordinatim.

Ad faciliorem horum Adverbiorum intellectum contribuent aliquid *l. 3. §. 1. in princ. D. de Accuſat. l. 2. C. de Codicill. cap. 17. X. de Accuſat. & l. 13. D. Rer. amotar.* atque opere prolixioris explicationis facilè me ſublevabunt. Confer. *Alex. in l. 1. C. de Calumniat. cap. 7. X. de Privileg. in 6to.* & add. *l. 2. C. de Offic. Prætor.*

28. Ori-

28. Originaliter.

Originaliter vel in originali producuntur instrumenta, quà publica, quà privata, quando avtographum, archetypus, scriptura matrix & avthentica exhibetur, *l. 2. l. 11. D. l. 7. C. de Edendo. cap. 1. & 2. X. de Fid. Instrum. Novell. 119. cap. 3. l. 4. pr. D. Famil. Ercisc.* Wann das Original, der Hauptbrieff / oder die Hauptverschreibung produciret wird. Et regulariter quidem omnia omninò instrumenta producenda avthenticè & originaliter, quò veritas de fonte magis quàm de rivulis quæratur, *can. 7. distinct. 76.* Ex solidâ ratione, quoniam exemplar vel exemplum, die Copey / der Auszug / die Abschrifft / *l. 6. §. 3. C. de Appellat. cap. 7. X. de Privileg. in 6to. glossa & Bartol. ibid.* originalis, ad quod se refert, non factâ copiâ, non facit fidem. *Auth. Si quis in aliquo. C. de Edendo. l. 2. D. eod. l. 2. D. l. 7. C. de Fid. Instrum. cap. alleg. 1. X. eod. l. 3. C. de divers. Rescript.* Ni originale à parte adversâ fuerit præcognitum, cum eo exemplum parte præsente collationatum, fide publicâ transumtum, vel ex Archivo publico depromptum, *arg. Avth. Adhæc. C. de Fid. Instrum. l. 14. C. de Contrah. & commit. stipulat. Gail. libr. 1. Obs. 94. & 106. n. 10. & libr. 2. Obs. 94. n. 2. pag. 341. ibique alleg. Mynsing. cent. 6. Obs. 73. 74. 75. & in cap. 1. & ult. X. de Fid. Instrum. Christin. Vol. 2. decis. 78. n. 4. 5. seqq. Rosbach. in prax. civil. tit. 62. n. 8. & seqq.* Idem volunt, si ille ipse Notarius scripserit exemplum, qui scripsit Originale. Salvo tamen semper, & nunquam præcluso ad Originale recursu, quia error facilis. *Magnif. Dn. Carpzov. in Jurispr. for. part. 1. Const. 17. definit. 38. Consultiss. Dn. Brunneman. in process. civil. tit. 19. n. 6. & ibid. in Observat. MSC.*

MSC. & *in C. ad l.3. de divers. Rescript. Passer. tr. de privat. scriptur. libr.1. qv. principal. 16. pag. m. 185. cum mult. seqq.* & *in additionib. ibid. pag. m. 111.* & *seqq.* abundè & sat prolixè. *Donell. Commentar. libr. 22. cap. 8. lit. U. Gail.* & *Mynsing. all. loc.* Quin, etiamsi semel originaliter productum instrumentum, iterata potest peti exhibitio à possessore, quando falsitatis intrinsecæ convincendum, prævio calumniæ juramento, â petente præstando, *l. final. 22. C. de Fid. Instrum.* Conf. *Vallens. in Paratitl. Decretal. tit. de Fid. Instrum.* §. *4. n. 1.* & *2.* Neque potest hanc Originalis editionem impunè quis declinare, sive detrectet contumaciter, sive sub prætextu, quasi non habeat. Sin hoc, præsumtione contra illum militante, veritas per juramentum purgationis elicienda, *d. l. final. Magnif. Dn. Carpzov. in process. tit. 14. artic. 4. n. 10.* & *n. 66. Berlich. part. 1. Concl. 45. n. 74.* Sin illud, per mandata compulsorialia simplicia & arctiora injungitur, sub pœnâ pecuniariâ, & comminatione, exemplo, (si habeatur,) Originali non exhibito, fidem habitum iri, *Umm. in proc. disp. 17. n. 42. Gail. libr. 1. Obs. 134. n. 11.* Sicque in contumaciam habetur. *Donell. ad l. 1. C. de Edendo. n. 8.* Praxin fori Saxonici videsis apud Consummatiss. JCt. *Dn. Carpzov. in proc. d. l. n. 24. 25. 55. 56. 61.* Vid. etiam *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 5. th. 44.*

Ast, quid juris, Originali deperdito? Quod ex *l. 10. 11. 12. 20.* & *21. C. de Probat. l. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 14.* & *15. C. de Fid. Instrum.* & *l. 1. D. eod.* colligunt DD. amisso instrumento, ipsam obligationem non intercidere, quando aliter judici fides fieri potest, *Excellentiss. Dn. Struv. Exerc. 28. th. 34.* illud hîc quoque commodè applicatur, non

esse extra omnem subsidii fiduciam positum, cuicunque tale quid contigerit. Verùm, posteaquàm obligationis contenta probavit, *l. 1. ubi Bartol. Bald. & Salic. C. de Fid. Instrum. Wesenbec. part. 1. Consil. 72. n. 26.* & prætereà, ubi de negotii est essentiâ, scripturæ amissionem, juramento, si non aliter, firmavit, *l. 15. D. Ad Exhibend. l. 5. l. 21. §. 1. C. de Fid. Instrument. Dn. Frantzkius libr. 2. Resol. 14. n. 31. Berlich. part. 1. decis. 9. n. 3. & seqq. Gail. libr. 2. Obs. 37. Trentacinqv. libr. 2. tit. de Instrum. Resol. 4.* obtinebit. Obtinebit videlicet, si per præsentem copiam, vel exemplum in ejus penuriâ ex Protocollo defuncti Notarii jussu judicis extrahendum, (quam Practicam tradit *Dn. Brunneman. in proc. civil. tit. 19. n. 9.*) aut per duos testes argumenta & contenta indubia fecerit, *Trentacinqv. d. l. Mascard. de probat. Concl. 909. & 910. n. 1. Menoch. libr. 6. præsumpt. 6.* aut alio licito modo, fortè per solutionem usurarum, *l. 6. pr. D. de Usur. Hartm. Pistor. Obs. 144. n. 29. Dn. Carpz. part. 2. Const. 2. def. 9.* debitum astruxerit. Quippe juramentum illius qui amissionem prætendit, ad probandum debitum vix ac ne vix sufficit, *l. 1. ibi: Manifestis probationibus. C. de Fid. Instrum. ibique Bartol. Bald. & Salic.* teste *Wesenbecio part. 1. Consil. 72. n. 26.* ne juramento quidem in supplementum locum relinquentes. *Dn. Frantzk. alleg. loc. n. 29.* Præterquàm, quod, debito in genere probato, super quantitate, si modica, ipsi standum, cum in his, quæ sunt modici præjudicii, admittatur probatio jurata. *Pro Avus Meus Maternus, Dn. Cancellarius Pruckman. b. m. part. 1. Consil. 10. n. 67. Dn. Carpz. in Jur. for. part. 2. Constit. 29. def. 14. n. 8.* Quod *arg. l. 9. C. Unde Vi ex Trentacinqv. d. l. declarat. 3.* limitat *Dn. Brunnem. in*

Obs.

Obſ. MSC. ad proc. civil. tit. 19. n. 18. cum alius laceravit inſtrumentum, vel ſubtraxit. Exempla non ſunt adeò infrequentiora. Memini ipſe, in Marchiâ Noſtrâ aliquoties Eccleſias in concurſu creditorum liquidâſſe credita ſua ex Receſſibus Viſitationum, ex libris Eccleſiaſticis, aus den Kirchenbüchern/ item ex ſolutione uſurarum, vel feliciori ſucceſſu per teſtes, qui inſtrumentum Obligationis belli injuriis ereptum in originali viderant, legerant, & tenorem benè perceperant.

Similiter additamenti loco hîc meritò obſervatur ex *l. 9. & 10. in princ. C. de diverſ. Offic. & Apparitor.* in electione & receptione Apparitorum ſacra probatoria non in exemplo ſed in Authentico & Originali debere offerri, ne ullus dolus vel fraus eis poſſit annecti. In contralibrium verò in publicatione & aperturâ teſtimonii partibus non fieri copiam proceſſus Originalis, ſed exempla tantùm, ſeu copias atteſtatorum, pretio tolerabili numerato, pro defenſione faciendâ adverſus teſtium perſonas & dicta, concedi, *arg. cap. 24. §. debet igitur. X. de Accuſat. & per Conſtit. Criminal. Carol. V. artic. 73. §.* anfänglich ſollen die gemelten Commiſſarii. extra dubium eſt. *Clar. §. final. qv. 49. n. 2. & 4.*

Hactenus de Adverbio Originaliter! Sin lubentia, ulterius in contemplationem Adjectivi Originalis, illud ipſum formantis, deſcendere paululùm, ſumitur pro eo, quod ad originem pertinet, dat, vel habet, vel quod ex origine contrahitur, perinde ut Adjectivum cognatum *Originarius.* Veluti ex eo notorium, quando dicitur Originale peccatum, originalis macula, morbus Originalis, qui à parentibus per generationem propagatur in

Dddd 2 libe-

liberos. Exinde etiam provincia, vel civitas, quâ aliqui excepti, quam patriam nomine magis communi consvevimus nominare, originalis ipsis audit, *arg. l. 7. §. 11. D. de Interdict. & relegat. & l. 6. D. Ad Municipal. pr. §. 1. & 3.* & Originales vel Originarii salutantur ipsimet, ex eâ oriundi, *l. 4. C. de Incol. & tot. tit. C. de Municip. & Originar.* Queis quæ præ peregrinis debeatur prærogativa, aliquâ ex parte videre licet apud *Rosbach. in prax. civil. tit. 7. n. 12. & 15. & Dn. Brunnem. in l. 2. C. de Offic. Prætor* & colligere ex *Ordinat. Camer. part. 1. tit. 4.* §. und aber solches. *d. l. 2. C. de Offic. Prætor.* junctâ *l. 3. C. de divers. Offic. & Apparitor. libr. 12.* Vid. de domicilio Originali *Gail. libr. 2. Obs. 36. n. 7. & 10. Dn. Frantzk. Dn. Hahn. & DD. communiter. in tit. D. de Judic. Dn. Struv. Exercit. 9. th. 14. 17. 18. 19. Dn. Brunnem. in C. ad l. 3. de Municip. & Originar. in fin.* Et confer. de Originalibus vel Originariis Colonis *l. 4. l. 7. & l. 11. C. de Agricol. & Censitor. libr. 11. l. 7. §. 1. C. de Muritleg. eod. libr. 11.*

29. Ornatè.

Dum in contemplationem hujus Adverbii defigimus animum, occurrit quæstio: Nunquid, quando in foro equario equus ephippio, habenis, freno, an & postilenâ ornatus, instructus, & instratus, exponitur venalis, mit Sattel und Zeug wird aufgeführet/ und vorgeritten/ emptori unà cum equo vendito hæc omnia debeantur, & ita phaleræ seu ornamenta accessoria cedant suo principali? Ad quam respondebimus affirmativè, posse emptorem experiri redhibitoriâ actione, si vendendi gratiâ, ut eò citius inveniretur emptor, qui majus liceatur pre-

pretium, ita ornatus fuerit & indutus equus, nec postea tradatur apparatus equinus, *l. 38. pr. & §. 11 D. de Ædilit. Edict. l. 1. D. de Instruct. vel Instrum. legat. Mozz. in tr. de Contractib. cap. de Natur. Emption. 48.* Aliter & diversimodè in casu alio & diverso se se res haberet. *Petr. Frider. Mindan. de Mandat. libr. 3. cap. 20. n. 24. & 26. Angel. in d. l. 38. & Gothofred. ibid. lit. e. Joan. Bertachin. in Repertor. vocab. Ornamenta.* Addantur pro illustrando quadantenus hoc Adverbio *l. 65. §. 3. D. de Legat. 3. Gothofred. ibid. in not. lit. m.*

30. Et Ultimum. Otiosè.

Quod tantum valet, quantum sine sollicitudine, Ohne alle Sorge / vacationis à labore indicativum est. Uti econtrà Adverbia contraria, Operosè, & laboriosè, continuationis industriæ sunt significativa. Nam pugnant invicem Otium & Negotium. Otium, à quo per Adjectivum Otiosum Adverbium Nostrum Otiosè deducitur, vocabulum μέσον est, tàm in bonam, quàm in malam partem usurpari consvetum. Quando in bonam sumitur partem, temporariam à labore requiem: quando in malam, socordiam innuit atque pigritiam, *cap. 10. §. Verùm si propter. X. de Renunciat.* Et ejusmodi Otiosos Juri Nostro esse admodùm odiosos, ex *l. unic. C. de Mendicant. Valid. libr. 11. Novell. 80. cap. 2. 4. & 5. l. 26. C. de decurionib. libr. 10. l. 9. C. de Sacros. Eccles. l. 12. C. de Episcop. & Cleric. Constit. Criminal. Carol. V. Artic. 39. Reformat. Polit. de Anno 1548. pag. 374. tit.* Von Bettlern und Müssiggängern. *Recessib. Imper. de Anno 1551. & de Anno 1555. & Ordinat. Polit. Francof. de Anno 1577. tit. 27.* apodi-

ćticè inferre licet. Add. *Bodin. libr. 5. de Rep. cap. 2. in fin. Remus in paraphr. d. Artic. 39. Const. Criminal. Carol. V. Dn. Peretz. & Dn. Brunnem. in C. ad tit. de Mendicant. Valid. Matth. Stephan. ad Novell. 80. per tot. & Dn. Brunnem. in Obs. MSC. ibid. ad n. 2. & 4. in fin. Dn. Fritsch. in tr. de Mendicant. Valid. cap. 15. n. 5. 9. & 10. & cap. 16. n. 3. & seqv. 72. & passim per tot. tractat. Heig. part. 2. qv. 27. nu. 27. Dn. Peretz. in C. de Exactor. Tributor. n. 29. circ. fin.* Cœpit dehinc rebus etiam inanimatis istud applicari prædicatum, & vocari otiosum, quodcunque nihil operatur, vulgare, futile, & inutile est, *l. 23. pr. D. Ad Leg. Jul. de Adulter. Gothofred. ibid. in not. lit. e.* Cumprimis pecunia, quæ in arcâ reclusa, nec fœnori datur, neque in emptionem prædiorum seu aliarum rerum promercalium collocatur, eoque possessori nullum affert fructum, svevit dici otiosa, *l. 13. §. 1. D. de Usur.* aut alio nomine vacua, *l. 28. D. Depositi.* vel sterilis, *l. 3, §. 4. D. de Contrar. tutel. & util. Act. l. 7. D. de Usur.* Unangeleget Geld / Geld das nicht würbet. *Hotoman. Comm. Inst. tit. de Mandat. §. 2.* Qualem remanere pecuniam pupillarem lex non patitur, *d. l. 3. §. 4. D. de Contrar. tutel. & ibi Gothofred. in not. lit. f.* Adeò, ut, si licito eam exponere fœnori, vel comparando prædio utibili impendere, neglexerint tutores, ipsimet ad solutionem usurarum obstringantur pupillo, per *Recess. Imp. de Anno 1600. §.* So viel nun. *ProAvus Meus Maternus, Dn. Cancellarius Pruckman. part. 2. Consil. 23. n. 13.* Nisi media elocandi pecuniam pupillarem deficiant, sumptus in pupilli sustentationem erogandi non admittant, vel negociorum pupillarium administratio non desideret ejusmodi collocationem, *Dn. Carpz. in Jurispr. for. part. 2,*

Con-

Constit. 11. definit. 22. & 23. Fallere hoc autem, quod in favorem ætatis pupillaris constitutum, in negociorum gestore, atque mandatario, qui juxta consvetudinem mandantis aut principalis non crediderunt sub usuris pecuniam, clarè decidit *cit. l. 13. §. 1. D. de Usur.* Quandoquidem igitur nulla ex pecuniâ otiosâ redit utilitas, commodum nullum, numne rectè pro eâdem exigitur, tributum?

Regulariter collectarum sarcinæ non subjacet. *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 50. th. 90. Mynsing. decad. 15. Respons. 1. n. 29. & seqv. vers. Attamen. Klock. dissertat. Theorico-practic. de Contribut. concl. 19. lit. c.* Add. *Maximilian. Faust. à* Schaffenburg. *in Consil. pro Ærar. cl. 5. Consil. 67. Ord. 525.* Maximè, quæ reclusa in cistâ alendo inservit corpori, & alimentariam habet causam, *Matth. Wesenbec. Sereniss. & Poteniss. Elector. Brandenburg. quondàm Consiliar. in Cynosur. Liturgic. de subsid. necessit. publ. ferend. Concl. 4. n. 7. pag. m. 74. & Conclus. seqv. 5. n. 11. pag. m. 92.* Quod si tamen pecuniam ad tributorum referre catastrum moris alicubi, Otiosam vix exemerim, quando, cum potentiâ sit fructifera, actu saltèm est otiosa, & in magnâ copiâ, in fraudem pensitationis publicæ, contra naturam, solâ non tàm Domini, quàm servi sui, qui illi obnoxius, avaritiâ, sterilis, usufructuque exors jacet, quò eximatur intributione. *Idem ibidem. concl. dict. 5. n. 10. pag. m. 92.* Eoque tunc ab agro sterili ad pecuniam otiosam non valeret illatio. Postquàm. Illius remederi sterilitati in possessoris viribus & facultate non est. Ut jure merito ab oneribus contributionis pronuncietur immunis, aut quadantenus subleyetur iisdem, per *l. 4. §. 1. D. de Cen-*

Censib. l. 2. C. de Alluvionib. Novell. 128. cap. 7. versic. Non aliter autem. l. 5. l. 6. C. de omni agro deserto. Novell. 120. cap. 9. §. 1. l. 2. & 4. C. de Censib. l. 2. & 3. C. de Annon. & Tribut. Idem. *Concl. 4. n. 14. & concl. 5. n. 4. Klock. de Contribut. Concl. 17. n. 115. & seqq. Concl. 52. lit. a. & Vol. 1. Consil. 28. n. 393. Dn. Struv. Exerc. 50. th. 90. Dn. Hahn. in Obs. ad Parat. Wesenbec. tit. de Censib. n. 4. pag. 1172. Vol. 2.*

Lit. P.

Adverbium. I. Palàm.

PRout modò huic modò alii particulæ & rei opponitur, alium atque alium admittit significatum. Quando (1) ab Adverbio PUBLICè & Præpositione CORAM distingvitur Adverbium PALAM, publicè propriissimè dicitur fieri, quod coram populo agitur: coràm, quod fit in alicujus, etiam unius vel alterius, præsentiâ: *l. 209. D. de Verbor. Signif. l. 27. §. 5. D. de Recept. qui arbitr. recep.* At palàm, quod ait vel agit unus, non coram populo, nec coram uno vel altero, sed coram, & præsentibus pluribus, duobus ad minimum, siquidem plures non sunt pauciores quàm duo. *Arnold. Corvin. à Belderen ad l. 33. D. de Verbor. Signific. lit. b.* & palàm non fit, quod cum uno vel altero fit, *Gothofred. in not. ad l. 43. §. 1. D. de Rit. Nupt. lit. f.* Vid. *l. 33. D. de Verb. signif. & ibi Alciat. l. 3. in princ. & §. 1. D. de Jur. Fisci,* ibique *Bartol. Coras. Miscell. lib. 6. cap. 24. l. 11. §. 2. & 3. D. de Instit. Act. l. 20. D. de Jur. Codicill. l. 21. pr. D. Qui testam. fac. poss. arg. l. 29. C. de Testament. Gloss. in l. 1. C. de In integr. restitut. &*

in

in can. 29. §. Et palam est. Caus. 2. Qu. 6. Salic. in l. 7. C. de Accusat. Arnold. Corvin. à Belderen. ad l. 209. D. de Verbor. signific. Cujac. & Dn. Wegner. Prof. olim Acad. Regio mont. Primar. ad l. 33. D. de Verbor. signif. l. 43. pr. §. 1. 2. & 3. D. de Rit. Nupt. ubi Gothofred. lit. e. & lit. h. Roland. à Valle. 1. Consil. 74. n. 20. Quemadmodum id, quod agit tutor in præsentiâ & cum consensu propinquorum atque amicorum pupilli, vel coram judice etiam, palam fieri perhibet *Bartol. in l. 38. D. de Condict. indebit.* per *l. 23. pr. D. Quod met. caus. & l. 35. C. de Transact.* ibique *Gothofred. in not. lit. g. & Alciat. libr. 1. præsumpt. 21.* Et quia qui rem gerit in aliorum præsentiâ, nec subterfugit lucem, suspicione videtur carere, non solùm palam delinquentes ut errantes majore pœnâ excusantur, cum clam committentes ut contumaces plectantur, sed etiam generaliter palam qui fecerunt, justè & bonâ fide fecisse præsumuntur, *l. 68. D. de Rit. Nuptiar. & ibi Gothofred. lit. f. h. i. k. l. 5. C. de Contrah. Empt.* Maximè si coram judice, Agnatis, atque amicis, *d. l. 35. & ibi Gothofred. lit. g. C. de Transact. Bartol. in l. 38. D. de Condict. indebit. Alciat. libr. 1. præsumpt. 21. Jason. in l. 15. D. de Reb. Credit. in l. 38. D. de Condict. indebit. l. 12. C. de Pact. & libr. 1. Feud. tit. 1.* Quamvis illa præsumptio probationis in contrarium non sit incapax, & reverâ nonnunquam præsumatur contrarium. Vid. suprà Adverbium Occultè. Quò fit, ut (2) in contractibus palam sit in præsentiâ judicis, Agnatorum, vel amicorum, *Bartol. & Jason. alleg. loc.* Et (3) In testamentis palam non utique in publicum significet, sed ut exaudiri possit, nec ab omnibus exaudiri, sed à testibus septem, per textus literales in *all. l. 21. D. Qui. testam. fac. poss. in*

princ. & l. 20. D. de Jur. Codicillor. Gothofred. in not. ad l. 43. §. 1. D. de Rit. Nupt. lit. e. Quando verò (4) contradistinguitur præpositioni clam in *l. final. 68. D. de Rit. Nupt. & l. 54. D. de Admin. tut.* Adverbio latenter eâdem in *l. 54. D. de Admin. tut.* & Adverbio tacitè in *l. 3. pr. & §. 1. D. de Jur. fisci*, & *l. 1. C. de In Integr. Restitut.* significat apertè, expressis verbis, clarè, *l. 1. §. 1, l. 38. pr. D. de Ædilit. Edict. l. 11. §. 2. & 3. D. de Instit. Act. l. 40. pr. D. de Jur. fisc.* Unde & idem insinuat, palam est, & cognitum est, *can. 29. Caus. 2. qu. 6. l. 2. pr. D. de Dol. mal. & met. except. can. 9. distinct. 11.* & rem palam esse dicimus, de quâ cõstat, aut evidentiâ, & dicitur vulgò notoria, aut quæ simpliciter manifesta, aut liquida, aut clara, *Alciat. in l. 33. D. de Verbor. Signif.* Sicque (5) in oppositione ad adnotationem & scripturam privatam in materiâ taciti fideicommissi palam intelligitur relictum, quod testamento vel codicillis quis rogatus est restituere, non domesticâ cautione vel chirographo, *cit. l. 3. pr. & §. 1. D. de Jur. fisc. l. 103. D. de Legat. 1. Calvin. in Lexic. Jurid. Vocab. Palam. Arnold. Corvin. à Belderen. in Comm. ad tit. D. de Verbor. Signif. ad l. 33. lit. a.* (6) *Ulpianus* Adverbium *Palam in l. 43. pr. §. 1. 2. & 3. D. de Rit. Nupt.* ipsemet exponit passim, sine delectu, & *Gothofred.* ibid. *lit. d.* indistinctè. Queis dicitur palam facere quæstum corpore, quæ promiscuè se patitur prostitui. (7) Eidem *Ulpiano in l. 11. §. 2. & 3. D. de Inst. Act.* proscribere palam accipitur claris, non per notas scriptis literis, de plano, in loco evidenti, non remoto, ut rectè legi possit. Ne, qui non observavit, quod propositum erat palam, possit prætendere ignorantiam, sin contraxerit cum institore palam proscripto. *Gothofred.* ibid. *lit. a. b. f. & seqv. pag. lit. a. b. c. d. & in l. 43. §. 1. D. de Rit. Nupt. lit. e.* Quod si

tamen

tamen modò cum hoc modò cum alio Dominus contrahi vetuit, continuâ variatione, danda est omnibus adversus eum actio. Neque enim decipi debent contrahentes. Illicò subjicit Id. in *seqv. §. 5. d. l. 11.* Ubi vid. *Gothofr. lit. o. p. q. r.* Denique (8) in *l. 1. §. 1. & l. 38. pr. D. de Ædilit. Edict.* conjunctum cum Adverbio rectè jubet exulare omnem dolum, fraudem, & astutiam. *Vid. l. 11. §. 2. D. de duob. Reis.* & ibi *Gothofred. lit. c.*

Sed ideone, quia diximus ex *l. final. 68. D. de Rit. Nupt.* clam delinquentem gravius puniri quâm qui palam, indistinctè hoc verum? Ratio decisionis in *all. l.* est simplicitas præsumpta, in eo, quod fit palam, favore digna, & quodammodò innocentiæ proxima. Cum econtra clandestinitas in re illicitâ arguat dolum, & excludat præsumptionem juris ignorati, in delictis, peræquè & in omnibus contractibus. *Cæpolla. in l. 1. in fin. C. de Usucap. pro emptore. Menoch. Consil. 293. n. 15. & Consil. 422. n. 97. Christin. Vol. 3. Decis. 129. n. 7.* Ob præsumptionem, non processurum ad occultandi studium, si non sciens doli mali malè agendi haberet propositum. *Beust. de Matrimon. libr. 2. cap. 64. §. sciendum. versic. ult.* Salvâ igitur decisionis ratione, salva & ipsa decisio, & sublatâ illâ, sublata & hæc, non habitura locum, nisi cùm ex simplicitate & ignorantiâ juris peccatum, *l. 57. §. 1. D. de Rit. Nupt. l. 38. §. 2. D. Ad Leg. Jul. de Adulter. Novell. 12. cap. 1. in fin.* Confer. *Bald. in l. 54. D. de Adm. Tut. l. 5. §. 4. D. de Autor. & consens. tutor. l. 3. §. 1. D. de jur. fisci.*

2. Paratè.

Paratus est, qui ad rem sine morâ faciendam promptus adest, *l. 20. §. 5. D. de Oper. Nov. nunciat. can. 13. caus.*

22. qv. 5. l. 47. D. de Usur. l. 24. pr. D. eod. l. 3. §. 5. D. Quod vi aut clam. l. 15. §. 1. D. de Usurpat. & Usucap. Unde paratus ſolvere dicitur, qui jam in manibus habet pecuniam, eamque numeratam, baar Geld / & ſolventi eſt proximus & ſimilis, *l. 73. D. de Procurat. l. 6. §. 1. D. Quib. mod. pign. ſolv. Bartol.* ib. & *in d. l. 20. l. 5.* & ibi *gloſſa. C. de diſtract. pignor. l. 11. §. 4. D. Qui pot. in pignor. Gothofred. ibid. lit. ſ. l. 39. D. de ſolut. l. 21. D. de Judic. gloſſa in l. 3. C. Locat. l. 24. D. de Condit. & demonſtr. & in d. can. 13. cauſ. 22. qv. 5.* Adeò, ut ſibi habeat imputare poſteà, ſi detrimentum capiat, qui ſolvere cum effectu paratum noluit admittere ad ſolutionem, *d. l. 20. §. 5. D. de oper. nov. nunc. l. 39. D. de Solut. & l. 6. §. 1. D. Quib. mod. pign. ſolv. l. 7. D. de Uſur. l. 19. C. eod. l. 1. C. Qui pot. in pignor. l. 11. §. 4. D. eod. l. 20. C. de Pignor. l. unic. C. Etiam ob chirographar. pecun. pign. retin. & per textus alios innumeros.* Quod tamen fallit ob publicum vectigalis favorem in *l. 9. D. de Reſcind. Vendit.* Alias quomodo paratio pro comparatione, & paratum pro comparatum vel deſtinatum ſumatur, ex *l. 39. §. 7. D. de legat. 1. l. 35. D. de Legat. 2. l. 10. & l. 28. D. de Aur. & Argent. legat.* pete. Add. *Bartol. ibid.* Qui ex poſterioribus textibus elicit duo conſectaria. Primum ex *l. 35. D. de legat. 2.* Parata ad uſum communem videri parata ad uſum alicujus proprium. Alterum ex *l. 28. D. de Aur. & Argent. legat.* Paratum ad commodum non dici paratum ad uſum proprium. Id. quando parata ſolutioni pecunia (quâ de vid. *l. 24. §. 2. D. de Minorib.*) dicatur, in *l. 15. in fin. D. de Reb. Credit.* cum *Salic. in l. 6. C. Si cert. petat.* fecit perſpicuum. Hæc quando legatur, anne legantur ſimul nomina debitorum, die ausſtehende

Schul-

Schulden? Non puto, quoniam alia eſt ratio pecuniæ numeratæ, & alia fœneratitiæ, *arg. l. 78. §. 1. & l. 92. §. 1. D. de Legat. 3.* Quæ cum nomine paratæ pecuniæ veniat neutiquam, *Proavus Meus Maternus. Dn. Cancellar. Pruckman. Vol. 2. Conſil. 5. n. 150. & ſeqq. Beſold. in Theſaur. Pract. lit. B. verb.* Baargeld/ Baarſchafft, minus rectè urgeretur in contrarium laxior & largior ultimarum voluntatum interpretatio. *Magnif. Dn. Carpz. in Jur. for. part. 3. Conſt. 13. def. 34.* Ubi diverſum eſſe autumat, quando pecunia ſimpliciter legatur, non additâ particula *parata.* Add. *l. 27. §. 2. & l. 34. pr.* ibique *Gothofr. lit. K. & L. D. de Aur. & Argent. legat.* & Conf. *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 35. th. 71.*

3. Parcius. Parciſſimè.

Parciſſimè ſonat id, quod perrarò. Parcius legitur in *l. 24. §. 2.* & *4. D. de Minorib.* Quo me remiſero, cum annotavero prius, alluſionem potius videri quàm veram Etymologiam, quando parcum quaſi parem arcæ compoſito dici vocabulo ex *Gell. libr. 3. cap. 19.* refert *Calvin. in Lexic. Jurid. vocab. Parcus.* Quaſi, ſicuti in arcâ omnia reconduntur & cuſtodiuntur, ita homo tenax omnia cuſtodita habeat & recondita.

4. Pariter.

Reperio in claſſe Adverbiorum congregandi, multijugi ſignificatus particeps. 1. Importat aſſenſum & paritatem juris, *cap. 34. §. Quod autem. X. de Elect.* 2. Identitatem temporis & momenti ſimul, aut identitatem illius, & diverſitatem hujus, *l. 16. §. 8.* & ibi *gloſſa* & *Bartol. n. 2. D. de Pignorib. Gothofr. ibid. in not. lit. a.* Confer. *l. 10.*

D. *eod. cap. 23. X. de Elect. circ. fin.* & ibi *glossa. l. 16. pr.* D. *de Reb. dub. l. 26.* D. *de Mort. caus. Donat.* 3. Idem quod communiter, *cap. 33. in fin. X. de Offic. & pot. jud. deleg. Cardinal. Tusch. Practic. Jur. Concl. tom. 2. Concl. 323. Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. vocab. pariter.* Aut 4. simul, *cap. 23. all. circ. fin.* & ibi *glossa. X. de Elect. cap. 33. eod.* DD. *in cap. 1. X. de Postulat. Prælat. l. 9. pr.* D. *de liberal. caus. l. 2. pr.* D. *Commun. Divid. alleg. l. 16. §. 8.* D. *de Pignor. l. 1. §. 1.* D. *Pro Dote. l. 26.* D. *de Mort. caus. Donat. l. 16. pr.* D. *de Reb. dub. arg. l. 17. & 22.* D. *eod.* Vel 5. similiter, ex æquo, æqualiter, vicissim, *l. 26. in fin.* D. *de Mort. caus. donat. all. cap. 23. & 34. §. Quod autem. X. de Elect. arg. l. 150. l. 128. pr. l. 104.* & *l. 154. pr.* D. *de Reg. Jur. Panormitan. in cap. 2. X. de Postulat. Prælat. n. 1. Albert. de Pergam. tr. de Præposit. n. 87. Döring. in Biblioth. JCtor. Theoric. Practic. tom. 1. lit. A. vocab. Adverbium. n. 89. Calvin. in Lexic. Jurid. vocab. pariter.* Singula singuli textus ponderati perpensius dabunt probatum. Nos mirati & perquàm admirati arrogantiam Deastri Romani, jactitantis *in citat. cap. 34. §. Quod autem. X. de Elect.* jure patere *pariter* & exemplo, quod, cum in electione Imperatoris vota Principum dividuntur, post admonitionem & expectationem alteri partium favere possit, maximè, postquàm à se unctio, consecratio, & coronatio postuletur, non possumus facere, quin Ipsi insusurremus in aures, jure patere *pariter* & exemplo nunc temporis contrarium, Ejusque in causâ propriâ maximè suspectum esse testimonium. Neque enim circa electionem neque circa coronationem Imperatoriam confirmationis meminit Papalis Aurea Bulla. Quâ sine tanquàm Lege fundamentali loqui erubescimus, benè

con-

conſcii, quod ipſe non habuit, jus eligendi Imperatorem, non potuisse transferre in Electores, *arg. l. 54. D. de Reg. Jur. & l. 120. D. eod. tit. Dn. Limn. libr. 3. Jur. publ. cap. 1. n. 21. & ſeqq. libr. 2. cap. 4. n. 52. & ſeqq.* Et poſt Carolum V. ſuccedanei Imperatores potiti rerum ſummâ, inconſulto & tutò præterito Præſule Romano. *Dn. Godofred. de Jenâ, Ser. & Pot. Elect. Brandeb. Conſil. int. Cancellar. Minden. & ad Comitia Ratisbonenſia in præſens legatus, Mœcenas Maximus, diſp. 5. de Elect. Imperat. th. 6. pag. m. 217. 218. 219. & ſeqq. Dn. Arum. p. m. Diſcurſ. 2. Jur. publ. th. 22. Dn. D. Strauch. Profeſſ. Mathem. & Hiſtor. Wittebeгg. in continuat. Synopſ. hiſtor. Johann. Schleidan. pag. m. 37. 38.* Cujus nullas amplius eſſe partes viſum rectiſſimè fuit. *Thom. Michael. de Jurisd. Concl. 3. lit. C. Joachim. Cluthen. in Syllog. rer. quotid. th. 4 lit. K.* Quare ignoramus hodiè coronationem Italicam, & expeditionem Germanico-Romanam, de quâ *Receſſ. Imper. Ratisbon. de Anno 1530. in præfat. ibi.* Und unſere Käyſerliche Krone/welche wir zu Rom hätten holen mögen/zu Bononien auch empfangen. *Receſſ. Imper. Wormat. de Anno 1521. §.* Auch haben uns Churfürſten. *Goldaſt. Part. 4. Polit. Imper. à pag. 290. usque ad pag. 343. & tom. 1. Conſtitut. Imper. pag. 179. & 207.* Solùm remanſit ſuperſtes modus collectandi Auf den Römer Zug. *Dn. Sprenger. in Juriſpr. publ. pag. m. 14. 15. 48. 49. 81. 155. 156. Dn. Reinking. de Reg. Sec. & Eccl. libr. 1. cl. 3. cap. 8. n. 27. 28. & ſeqq. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feudal. cap. 11. aphoriſm. 5. in exegeſ. n. 3. pag. m. 409.*

5. Par-

5. Partialiter. Partiariò. Partiatim. Particulariter. Particulatim. Partim. Partitè.

Ne conjungenda disjungam, ſimul & ſemel iſta Adverbia tangam. Etenim ſignificatu benè conveniunt omnia. Omnia diviſionem innuunt, *l. 23. §. 1. C. Mandat. l. 29. l. 30. C. de Uſur. l. 164. §. 1. D. de Verbor. ſignific. l. 19. §. 1. D. Ad SCt. Trebell. l. 1. in fin. C. de Jur. Emphyt. l. 22. in fin. pr. C. de Furt.* Modò hoc obſervetur loco alicujus diſcriminis, quod *partim* plerumque geminetur in oratione, *l. 9. D. de Juſtit. & jur. §. 1. in fin. J. de Jur. Nat. Gent. & Civil. l. 13. §. 3. D. de Reb. dub. Beat. Dn. Buchner. in Theſaur. Fabr. locuplet. vocab. pars.* Uſus horum Adverbiorum in Jure Noſtro eſt ſat celebris, in partiali & particulari ſolutione cumprimis conſpicuus atque decantatus. Hæc tanquam plurium incommodorum genitrix, quamvis nemini invito poſſit obtrudi regulariter; *l. 3. D. Famil. Erciſc. l. 9. D. de ſolut. l. 41. §. 1. D. de Uſur. Dn. Peretz. in C. de ſolut. n. 10. In nuperrimo* tamen *Receſſu Imperii de Anno 1654. §.* Nach dem auch. ejusdem levamine debitorum inopiam ſublevare ob belli clades placuit. Quæ & de jure civili in obligatione jure diviſâ, *l. 82. §. 1. D. de ſolut. l. 11. l. 14. D. de diſtract. pignor. l. 5. C. Famil. Erciſc.* & debito, vel ſummarum diverſarum, *l. 15. D. Quib. mod. pign. ſolv.* aut liquido ex parte, ex parte illiquido, *l. 21. D. de Reb. Credit.* volenti, & per conventionem pactumve ad id obligato, aut à judice, ita exigentibus cauſæ circumſtantiis, perſvaſo creditori omninò fieri poteſt, *d. l. 21. D. de Reb. Cred.* add. *l. 22. in fin. princ. C. de Furt.* & confer. *Dn. Peretz. d. l. Dn. Struv. Exerc. 47. th. 73.* ac nec in contributionis exactione recuſari, ſed intra annum, quod particula-

culariter ſolvitur, accipi debet, *l. 7. C. de Exactor. Tributor. Klock. de Contribut. cap. 18. n. 233.* Effectus porrò in ſolutione particulari & partiali producunt Adverbia Noſtra varios. Generalis eſt, quod nullum creet præjudicium particularis ſolutio, nec aſtringens eum, qui ſolvit partem gratis pro alio, ut ſuppleat totum, nec impediens, quò minus, qui accepit partem, agat ad reſiduum, *l. 4. C. Ne uxor pro marito. l. 51. §. 1. D. de Fidejuſſor. l. 8. §. 1. in fin. D. de Legatis. 1. Köppen. Deciſ. 56. n. 16. & ſeqq. Hartman. Piſtor. libr. 1. qv. 9. Menoch. libr. 2. Arb. Jud. Qv. caſ. 93. n. 74. Natta. tom. 1. Conſil. 77. n. 6. & tom. 2. Conſil. 446. n. 19.* Niſi I. ad excludendam SCti Macedoniani, τῆς ἀναργυρίας ſeu non numeratæ pecuniæ, aut aliam contra actionem exceptionem, propter novam contractus approbationem, *l. 7. §. 15. & 16. & ibi Gothofred. lit. p. & x. & l. 9. §. 4. D. ad SCt. Maced. l. 4. C. de Non numer. pecun. & ibi Gothofred. lit. o. Mozz. in tract. de Contractib. tractat. de Mutuo. Rubrica. Quomodo finiatur. n. 24.* II. In naturali obligatione, cum favore alimentorum & ultimarum voluntatum conjunctâ, *l. 1. C. de fideicom. Avth. Sed cum teſtator. C. ad Leg. Falcid. l. 88. §. 5. D. de Legat. 2. Dn. Brunneman. in C. ad l. 4. Ne uxor pro marito.* Vel III. Ab ipſo creditore diviſâ, *l. 18. C. de Pactis. ibi: ex parte admiſiſſe. arg. l. 15. §. ult. D. de fidejuſſor.* IV. In ſolutione ex cauſa transactionis factâ, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. libr. 26. tit. 17. num. 3. per l. 24. C. de transact. ubi Dn. Brunneman.* Aut V. ab uno ex duobus correis debendi, apertè exprimente, ſe pro ſuâ parte ſolvere, *l. 18. C. de Pact. & ibi Dn. Brunneman. Bronchorſt. Centur. 4. aſſert. 52.* Specialis ſeſe exerit in exſolutione uſurarum, operata olim, ut non

computarentur in alterum tantum usuræ particulatim solutæ, licet adæquavissent successivè vel superavissent sortem, *l. 10. C. de usur.* Add. tamen *l. 27. 29. & 30. C. eod. l. 26. §. 1. D. de Condict. indeb. l. 9. pr. D. de usur. l. 4. §. 1. D. de Nautic. fœnor.* Id quod jure civili novo immutatum quidem posteà, per *Novell. 121. cap. 2. Novell. 138. & Nov. 160.* (Quibus confer *Matth. Steph. in Comm. & Dn. Brunnem. in Observat. MSC. ibid.*) Sed hodienum in Marchiâ Nostrâ ultra duplum sortis particulariter solvi usuras, quotidiana testis est experientia. Forsitan & alibi locorum. Vid. *Magnif. Dn. Tabor. in tr. de Altero Tanto. part. 1. artic. 2. & 3. Magnif. Dn. Carpzov. in Asyl. debitor. cap. 1. n. 201. cum plurib. seqq. & in Jurispr. for. part. 2. Const. 30. def. 26. Magnif. Dn. Præses. Decis. 74. n. 88. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 27. th. 52. 53. Beatus Dn. Frantzk. libr. 2. Resol. 10. n. 26 & Dn. Christoph. von Hagen. in tr. de usur. cap. 5. n. 115.* Similiter insignis etiam est operatio, quod acerrimè pugnet cum Nobilitate per se, non per ministerium aliorum particulatim vel minutatim exercere mercaturam, *arg. l. 3. C. de Commerc. & Mercatorib. Tiraq. de Nobilitat. cap. 27. Dn. Peretz. in C. de Dignitat. n. 39.* Prætereo lubens sicco, quod ajunt, pede, partialem & particularem in religione dissensum matrimonio non esse impedimento, *Dn. Hahn. in D. de Rit. Nupt. n. 4. ibi: Hoc tamen jure cum infidelibus. Vol. 2. pag. 210. Beust. de Matrimon. part. 2. cap. 37.* Taceo etiam, damnum particulare & partiale solum onerare Emphyteuticarium, *l. 1. in fin. C. de Jur. Emphyteutic. Gothofred. ibid. lit. b. Dn. Struv. Exerc. 11. th. 68. & Exerc. 24. th. 34.* remissione pensionis, si proportioni fructuum adæquata, dignum, *Gail. lib. 2. obs. 23. Clar. §. Em-*

phy-

phyteusis. qv. 8. n. 7. & seqq. Vid. de societate particulari *Dn. Struv. Exerc. 22. th. 28.* de pecoribus partiariis *l. 8. C. de Pact. & ibi Gothofred. lit. y.* de colonis partiariis *l. 25. §. 6. D. Locat. & ibi Gothofred. lit. z.* & de legatario partiario *§. 5. in fin. J. de Fideicomm. hæredit. l. 19. §. 1. D. ad SCt. Trebell.*

6. Parùm. Parumper. Parvi. Parvulum.

Adverbia quantitatis, uti in textibus juris inveniuntur frequenter. Ita exponuntur multipliciter. Quod ipsum, quia ex eorum evolutione dignoscetur facillimè, nolo facem præferre soli, sed sufficiat commendâsse, *l. 202. D. de Reg. Jur. & ibi Broncborst. in Comment. l. 2. §. 3. D. de Suis & legit. hæred. l. 39. D. de solut. l. 7. §. 1. D. de Instit. act. l. final. 18. D. de sponsal. l. 49. §. 4. D. de Legat. 3. l. 21. pr. D. de furt. & ibi Gothofred. lit. z. l. 2. C. de Fund. patrimon. lib. 11. l. 13. §. 4. D. Locat.* Unicè de Adverbio *parumper* observo breviter, quod idem sonet atque perparùm, & denotet perparvum tempus. Quod in jure nostro duorum nonnunquam, *l. 2. C. de secund. nupt. & ibi Gothofred. lit. z.* nonnunquam quatuor est mensium, *l. 21. D. de Judic. Albert. de Pergam. tr. de præposit. n. 82.*

7. Passim.

Remissivum, ejusdem est significationis cum Adverbiis indistinctè, promiscuè, indifferenter, vulgò, verificandum de eo, quod sparsim, ubique, undique, & sine ullo conditionis contingit discrimine, *l. 5. §. 9. D. de Reb. eor. qui sub tutel. l. 13. C. de Jur. & fact. ignor. l. 13. D*

de Procurat. l. 6. §. 3. D. de Offic. Proconsul. l. 9. C. de divers. offic. l. 22. C. ad Leg. Jul. de Adulter. & l. 43. §. 1. D. de Rit. Nupt. Ubi ipse JCtus *Ulpianus* exponit passim, h. e. sine delectu, & hoc iterum *Gotbofred. ibid. in not. lit. d.* indistinctè, per *d. l. 13. final. C. de Jur. & fact. ignor. Albert. de Pergam. tr. de præposit. n. 88. Döring. in Biblioth. JCtor. Theor. Practic. tom. 1. lit. A. vocab. Adverbium. n. 91.* Quibus ita delibatis, possemus progredi ulterius. Sed licebit nobis adhuc esse occupatis circa Adverbium *passim*. Cui ut major exsurgat perspicuitas, intuitu legis antepenultimò allegatæ, nempe *22. C. de Adulter.* sciscitari certum nobis. An stupro cognoscens eam, quæ, (ipsissima verba legis sunt,) *passim* venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgò se præbuit, teneatur adulterii? Equidem responsio negans ex textu aperta; Ad illam autem restringenda uxorem, quæ, deserto marito, luxuriosam vivit vitam, meretricum seqvuta castra. *Anton. Matth. in Criminalib. ad libr. 48. D. tit. 3. cap. 1. num. 6.* Quodsi enim cohabitet adhuc marito suo, committet omninò adulterium, quicunque cum istâ rem habuerit, *l. 13. §. 2. D. ad Leg. Jul. de Adulter. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 49. th. 27. Dn. Carpzov. in pract. criminal. qv. 77. Dn. Brunneman. in C. ad d. l. 22. de Adulter. & Bachov. in Treutl. Vol. 2. Disp. 32. th. 2. lit. B.* Utut pœna adulterii soleat mitigari, *Magnif. Dn. Struv. alleg. Exerc. 49. th. 33.* Non, quando sumenda ab adulterâ, nec quando sumenda ab eo, qui corrupit eam primus, sed in cæteris primum inseqvutis. *Dn. Carpz. dec. 74. & in Prax. crim. qv. 58. & q. 61. n. 74. Clar. §. Adulterium. n. 27. Anton. Matth. d. l. Dn. Valentin. Riemer. qv. illustr. decad. ultim. qv. 4. Dn. Ludvvel. p. m. Exerc. ad J. final. 18. th. 4. lit. d. in fin.*

8. Par

8. Paternè.

Vid. *l. 9. princ. D. de Re militar. l. final. 7. §. utramq. C. de dot. prom. l. 8. C. de Jur. deliber.*

9. Patienter.

Benè multa de hujus Adverbii primitivo, PATIENTIA, forent dicenda. Eo quippe enodato, enodâsse simul derivatum Adverbium facilè censeremur. Ast, ne justo simus prolixiores, post exploratam naturam aliqua saltem investigabimus effecta. Patientia, quia in judicialibus æq; ac extrajudicialibus instar consensus & mandati, *l. 35. §. 3. circ. fin. D. de Procurat. l. 4. §. 3. D. de Fidejussor. & nominat. tutor. l. 18. D. Mandat. & ibi Gothofred. lit. c. l. 6. §. 2. D. eod. l. 6. C. eod. & ibi Gothofred. lit. z. l. 2. & ibi Bartol. C. de acquir. possess. l. 5. in pr. D. de Instit. act. l. final. 8. D. Quod cum eo, qui in alien. pot. l. 60. D. de Reg. Jur.* & in incorporalibus insuper traditionis, & alibi aliquando quasi possessionis loco est, *l. 1. §. 2. D. de Servit. Rustic. Præd. arg. l. 3. §. 2. D. de act. empt. Bartol. ibid. & in l. 15. §. 1. in fin. D. de Servitut. Bald. in l. 2. C. Si quis alteri vel sibi.* non potest non ejusdem esse virtutis & efficaciæ. Nimirùm, si ei, qui patitur, agenda sint conducibilia, *Gothofred. d. lit. c.* patiens non sit errore inductus contradicere possit, & potis etiam possessionem expresè tradere, *l. 63. §. Scientibus. & ibi Bartol. D. de Re Judicat.* nec requiratur verus actus & expressus consensus hominis, *arg. l. 8. C. de jur. deliber.* Inde est, quod patientia longa superioris habeat vim privilegii, *Bald. in l. 2. C. quæ sit longa consuet.* patientia cum scientiâ conjuncta arguat repetitam locationis finitæ renovationem, *l. 13. §. final. 11. D. Locat.*

cat. & *ibi Bartol.* inducat in incorporalibus titulum & licentiam contra patientem, *Gloſſa in l. 11. C. de Ædific. privat.* innuat aditionem, agnitionem & ratificationem, *Bald. in l. 2. C. de legit. hæredib.* uno verbo, faciat ſuſtineri multa, quæ deducta in judicium ſuſtinerentur neutiquam. Non tamen, (prone fluit ex eodem fundamento,) in rebus magni præjudicii præpollet ſeu æquipollet conſenſui, *Bartol. in l. 6. D. de uſur.* aut in tertii præjudicium poteſt extendi. Quomodo patientia poſſidentis vi, clam, vel precariò, non tribuit jus ſervitutis præſcribendæ, *l. 1.* & *ibi Bartol. C. de Servitut.* nec patientia prædeceſſoris vergit in detrimentum ſucceſſoris, *cap. 2. ubi gloſſa* & *Dd. X. de Præſcript.* Quod admiſerim facilius in ſucceſſore ſingulari. Univerſalis ſiquidem vix poterit voluntati defuncti contravenire, *l. 14. C. de Rei Vindic.* & *ibi Gothofred. lit. a. l. 14. C. de Evict. l. 1. §. 1. D. de Except. rei vendit.* Cùm, ex quâ perſonâ quis lucrum capit, ejus factum præſtare debeat, *l. 49. D. de Reg. Jur. 2. Feud. 72. §. 2. l. 15. l. 24. C. de Donat.* pro eâ ſcilicet portione, quâ lucrum capit. *Hartm. Piſtor. libr. 2. qv. 9. n. 12.* Confer *Magnif. Dn. Tabor. in tr. de obligat. ſucceſſor. in offic. cap. 5. n. 25.* & *Conſultiſſ. Dn. Brunnem. in C. ad l. alleg. 14. de Rei Vindic.*

Poſſunt hæc omnia in materie ſervitutum quà perſonalium quà realium demonſtrari evidentiſſimè, conſtitutionem ſive, ſive amiſſionem intuearis. Si conſtitutionem, patientiam, quâ quis concedit aliquem uti frui, eſſe modum acquirendi uſumfructum, tanquam ſervitutem perſonalem, *ex l. 3. pr. D. de uſufr.* & *l. 11. §. 1. D. de Public. in rem act.* & tituli fungi vice in ſervitutibus realibus ſeu prædialibus, ob præſumptam, quam includit,

ſcien-

ſcientiam, *ex l. ult. D. de ſervitut. l. 10. pr. D. ſi ſervitus vindic. l. 1. §. final. l. fin. D. de Aquâ & aqu. pluv. arc. l. 2. C. de ſervitut.* addiſcimus. Jung. *Dn. Frantzk. p. m. in Comm. D. tit. Commun. præd. n. 9. 10. 11. & Exercit. 5 qv. 4. Dn. Schnobel. diſp. ad D. 6. th. 27.* Si ad amiſſionem vertas oculos, nuda patientia prædii ſervientis, quæ in ſervitutibus urbanis ſubeſt, & quidem tamdiu ſubeſt, donec aliquid novi fiat contra debitam ſervitutem, non ſinit ſolo non uſu perire eandem, niſi qui eas debet, per factum noviter emergens libertatem rei ſuæ uſucapiat. Vid. *l. 4. §. ult. D. de uſucap. l. 18. §. final. l. 19. §. 1. D. Quemadm. ſervit. amitt. & l. 6. 7. & 32. D. de ſervit. præd. urban. Dn. Peretz. in C. Quemadm. ſervit. amitt. num. 11. Dn. Schnobel. d. diſp. ad D. 6. theſ. 29.*

Attamen, quod dixi, inſtar conſenſus eſſe patientiam, patitur adhuc ulterius exceptionem. Nam patientia ſive taciturnitas uxoris non facilè operatur conſenſum marito, & reverentia etiam facit, ne præjudicio cedat ipſi uxori. *Boër. deciſ. 100. n. 20. & ſeq. Moller. lib. 2. ſem. c. 63. in fin.* Unde *in Collegio JCtorum huj. Acad. Ampliſs. m. Jun. 1622.* ad quæſtionem Roſinen / Hanß Ochſens Weib zu Biſeneck / reſponſum fuit: Daß ein Ehemann ſeines Weibes Güter / ohne ihre Einwilligung / wann gleich der Kriegiſche Vormund darein contentirt / zu verkauffen nicht befugt. Dahero wann euer Mann wieder euren Willen das eurige vor etzlichen Jahren loß geſchlagen welchem ihr / wegen ſonſt ſchuldiger Reverentz / bißhero nicht wiederſprochen / und gleichwohl euch an ſeinen Gütern nicht erholen könnet / auch nicht das geringſte in euren Nutz davon gewandt; So ſeit ihr euch an eure väter- und mütter-

terliche Güter zu halten berechtiget / und mag euer Bruder der Gewehr halben sich an euren Ehemann halten / V. R. W. Duo alia *Ejusdem Magnifici JCtorum Ordinis* responsa argumenti planè simllis allegat *Magnif. Dn. Præs. in eleg. tract. de Succession. ab intestat. Sect. 1. de Succ. descend. membr. 1. pag. m. 163. num. 75.*

10, Patriè.

Patriæ nos natos, & necessitudine quâdam officiorum esse obstrictos, ex *l. 1. §. 15. & ibi Gothofred. lit. f. D. de Ventr. in possession. mittend. l. 14. D. Ad SCt. Trebell. l. 19. §. 7. in fin. D. de Captiv. & postlim. revers. l. 101. D. de Legat. 3. l. 35. & ibi Bartol. D. de Relig. l. 4. C. Si serv. export. ven. & ibi Bartol. nec non in l. 2. D. de Justit. & Jur. can. 9. & can. 15. caus. 23. qv. 8.* edocemur. Adeò, ut patriæ proditio & oppugnatio ad crimen læsæ Majestatis accedat proximè, *Glossa & Salic. in l. 3. C. de Abolit.* Hinc elegantissimê in *Officiis Cicero :* Unicuique nostrum chari sunt parentes, chari liberi, & familiares : Sed omnes hominum charitates una patria complexa est. Id quod utinam omnes reputarent secum! Fortean non quæreremus jam in patriâ patriam Germani.

11. Paulatim. Paulisper. Paulò. Paulùm. Paululùm.

Quære *in l. 2. C. de Fund. Patrimon. l. 2. C. de his qui spont. mun. public. sub. libr. 10. l. 19. § 5. D. Ad SCt. Vellejan. Novell. 80. in præfat. l. 30. §. 2. & 3. & l. 56. princ. D. de Acquir. Rer. Dom. l. 1. § 3. D. de Postulando. & in §. 15. J. de hæreditat. ab intestat. circ. fin.* ubi *paulò* Adverbium denotat partem

tem tertiam. *Albert. de Pergam. tr. de Præposit. n. 82.* Vulgò significant id, quod parùm. Adverbium *paulatim* tamen deprehendes importare idem interdum, quod sensim, §. *20. J. de rer. divis.* vel per partes, vel tractu & successu temporis, *l. 8. C. de contrab. empt. J. de Testament.* §. *3.* Et *paulò* quod mox, statim, vel nuperrimè, quando cum præpositione ante conjunctum, *Novell. 89. in princ. l. 13. C. de contrab. & committ. stipulat.*

12. Peculiariter. Peculiotenus.

Tutò possumus conjungere hæc duo Adverbia. Utpote quæ non literis tantùm initialibus, sed & significatu ferè conveniunt, atque circa unam eandemque versantur materiam. Primum, PECULIARITER, (quod hîc non in communi usurpamus usu, quo idem penè, quod singulariter, involvit, *l. 13. D. ad exhib.*) objectum primariò respicit, interpretandum ex peculiari causâ & peculiari nomine, *l. 1. §. 4. D. de Except. rei vendit. l. 1. §. 5. l. 4. l. 14. pr. l. 44. §. 1. D. de acquir. possess. l. 2. §. 10. D. pro emptore. l. 4. §. 4. D. de his qui not. infam. l. 26. §. 8. D. de condict. indeb. l. 56. D. de pecul. l. 28. D. de Pigner. act. l. 1. §. 2. D. de Tribut. act. l. 9. § ult. D. de Tritic. vin. legat. l. 3. §. 7. D. de Suis & legit. l. 21. D. de pecul.* Posterius effectum principaliter innuit, & quousque nomine filii vel servi obligetur pater vel dominus, discutit. Nimirùm peculiotenus, seu quoad vires & facultates peculii patiuntur. Non tamen absque notabili discrimine. Quo de *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 20. th. 69.* Nos, quando & quomodo pater teneatur peculiotenus, exposuimus jam in antecessum supra circa Adverbium *Obiter*. Quod tribus monuisse hîc loci satis erit, ne crambem bis coctam, vel carnes easdem, di-

versis saltem conditas condimentis, apponere videamur. Confer *Dn. Wissenbach. in tit. D. de Pecul. th. 9. & 10. Zæs. ibid. n. 6. & seqq. & Bald. in l. 53. D. Solut. Matrimon.* Illud breviter annotâsse non erit de nihilo, peculium profectitium conferri, *Dn. Brunnem. in C. ad l. final. de collat.* in legitimam, patre denato, filio imputari, *Bald. in Avth. Contra rogatus, C. ad SCt. Trebellian.* inque eo præ creditoribus patris creditores filii præferri, *Idem cum Salic. in l. 7. C. Qui bon. ced. poss.* In quantum autem obligetur dominus ex contractu servi, vid. in *l. 3. §. 5. 6. & 7. D. de Pecul.* & apud *Bachov. in tr. de Actionib. disp. 8. th. 9.*

13. Penè.

Modestiæ nota & moderationis formula JCtis usitatissima, diminuit parum de significatione ejus, cui adjicitur, innuens, adhuc aliquod subesse discrimen. *Abb. in cap. 22. X. de Elect.* Etenim idem istud Adverbium remittendi, quod propè, ferè, fermè, indigitat, ad modicam & minorem quantitatem referri solitum, *l. 1. §. 10. in princ. D. ad SCt. Turpill. can. 44. caus. 23. qv. 5. can. 3. caus. 3. qv. 7. l. 28. pr. C. de Testament. l. 5. §. 1. versic. Conventionales sunt. D. de Verbor. Obligat. §. 2. in fin. J. de Jure Nat. Gent. & Civil. l. 12. pr. C. Qui pot. in pign. l. 22. pr. C. de furt. Novell. 3. in princ. l. 13. C. de contrah. & committ. stipul.*

14. Penitus.

1. Adpositum orationi præcedenti negativæ idem quod nullo modo, *l. final. 8. C. de Novat. §. 14. J. de hæredit. ab intestat. in med. cap. 24. X. de Rescript. l. 26. §. 1. versic. Si quis autem. C. de usur. Novell. 7. cap. 3. in fin. pr. & §. 1.*
2. Inseqvutum præcedaneum futuri temporis verbum

latæ eſt ſententiæ. 3. Ponitur magis propriè pro intrinſecus. *Calvin. in Lexic. Juridic. vocab. Penitus.* Sicque 4. accipitur ipſo jure, rem nullam eſſe inferens absque decreti interventu, *l. 5. & ibi gloſſa. C. de Poſtuland. in verbo Penitus. cap. final. X. de Præbend. Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. verbo Penitus.* 5. Operatur in totum, ſonans id, quod prorſus, omninò, omnimodò, vel ex toto, *Rubric. & eidem ſubjecta. l. unic. C. de Gladiat. penitus tollend. lib. 11. l. 26. §. 1. verſ. Si quis autem. & l. 27. pr. C. de uſur. l. 7. D. de ædil. edict. l. 1. in fin. C. de Jur. Emph. cap. 24. X. de Reſcr. l. 5. C. de Inceſt. & inutil. nupt. l. 23. §. 1. C. Mandat. Novell. 7. cap. 3. in fin. pr. & §. 1.* Quomodo actus penitus nullus eſt omninò & ex toto nullus. *Roman. Conſil. 81. in fin. Tiraquell. in l. 8. C. de revocand. donat. Döring. in Bibliothec. JCtor. Theoric. Practic. tom. 1. lit. A. vocab. Adverbium. n. 93.* 6. Eſt dictio præciſa, nullius modificationis ſeu reſtrictionis capax. *Cardinal. Tuſch. Practicar. Concluſ. Jur. tom. 2. Concluſ. 325.*

15. Perditè.

Perditè dicit id interdum, quod nimis, gar zu ſehr. Tametſi perditum & deperditum ſignificent etiam in jure amiſſum, & quod in rerum naturâ eſſe deſiit, contradiſtincta diminuto in *l. 21. D. de Petit. hæreditat.* & derelicto in *l. 21. §. 1. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. & utrobique Gothofred. in not. in pr. lit. n. in poſt. lit. ſ.*

16. Peræquè.

Semel pro ſemper hîc obſervare geſtit animus, quando PER adjicitur Adverbiis, e. g. peranguſtè, perbellè, pereleganter, perrarò, non eſſe ibi præpoſitionem,

sed syllabicam adjectionem, *Martin. in Lexic. Philologic. vocab. Parumper.* Et quanquam in compositione aliàs accipiatur variè, prout *Alciat. Gœdd. Dn. Wegner. Cujac. & Arnold. Corvin. à Belderen. in l. 166. §. 1. D. de Verbor. Sign. Coras. Miscell. libr. 2. cap. 15. & Calvin. in Lexic. Jurid. vocab.* PER. ostendunt, inibi tamen semper adauget significatum, & perfectionis etiam atque integritatis illativum aliquando est, per *l. 18. §. 1. D. de Minorib. l. 29. ibi: periniqvum (i. e. valdè iniqvum) D. de Administ. tutor. l. 12. pr. D. de Senator. l. final. C. de Jurisd. omn. judic. argum. d. l. 166. §. 1. & l. 139. §. 1. D. de Verbor. Significat. Albert. de Pergam. tr. de Præposit. n. 30.* Plura addere ducimus supervacaneum, ipsa, quibus particula PER adjungitur, adverbia suis singula locis & literis reservaturi, ne debita aliis præripiatur dos, aut recoquatur idem non absque nauseâ, quod vel deductum supra, vel deducetur infra. Solummodò de Adverbio præsenti *peræquè* observa, valere idem, quod suum simplex *æquè*, vel pariter, similiter, æquo & eodem modo, *§. 1. J. de Jur. Nat. Gent. & Civil. l. 9. in fin. D. de Justit. & Jur. l. 2. §. 1. D. de Bonor. possess. secund. tabb.*

17. Peregrè.

Est extra patriam, provinciam, civitatem, vel locum, ubi quis fixit pedem, posuitque domicilium, animo subsistendi perpetuò, nisi quid avocet, *l. 44. pr. D. de acquir. vel amitt. possess. l. 7. C. de Incol. l. 5. §. 10. D. de Instit. act. l. 13. §. 3. D. Locat. l. 7. in princ. D. de Edendo. Novell. 86. in præfat. l. 4. §. 1. D. l. 1. C. de pæred. Instit. l. 28. D. de Procurat. l. 10. §. 4. D. de in jus vocand. Auth. Omnes peregrini. C. Commun. de succession. l. 34. D. de Neg. gest.*

18. Per-

18. Peremptoriè.

Familiare admodum JCtis est, potissimùm in citationum, dilationum, & exceptionum materiâ. Citatio salutatur peremptoria, quæ omnes alias citationes accelerat & abbreviat: Dilatio, ultra quam ulteriores non conceduntur: Exceptio, quæ perimit actionem, & penitus tollit. Unde præterire potest neminem Etymologiæ & originis ratio: Peremptorium nempe Synecdochicè & Metaphoricê dici, quodcunque, (cujus gratiâ adinventum etiam tale subsidium,) ad abbreviandas facit lites, disceptationi imponens finem, ut excipere amplius non liceat, *arg. l. 2. §. 1. in fin. D. si ex Noxal. caus. agat. l. 35. C. de Transact. l. 70. D. de Judic.* Præstant penê idem peremptoria citatio, dilatio & exceptio. I. Citatio peremptoria, hodiè in judiciis passim rectissimè recepta, sive terminum unicum, trium simplicium spatium continentem, triginta fortè dies, *l. 72. D. de Judic. l. 8. C. Quomod. & quand. judex. Novell. 112. cap. 3.* cum adjectione particulæ *peremptoriè*, aut sub indeterminatione certâ præfigat, *l. 71. & 72. D. de Judic. l. 35. §. 1. D. de re judicat. cap. 1. X. de dilat.* sive tres distinctos terminos, per certa dispositos intervalla, simul concedat, sive denique tribus simplicibus, eisque distinctis, citationibus fiat, *l. 68. cum seqq. D. de Judic. l. 8. & 9. C. Quomod. & quand. judex. cap. 24. Consuluit. X. de offic. & potest. judic. deleg.* malitiam atque protervitatem contumaciter non parentis convincit semper & perimit, *d. l. 68. cum seq. D. de Judic. l. 53. §. 1. D. de re judicat. Soc. tr. de citat. artic. 27.* Adeò, ut nec sine justâ causâ abbreviari, nec prorogari debeat terminus. Utpote qui juxta stylum Curiæ unerstrecklich/

 endlich/

endlich / und *peremptoriè* assignatur expressè, aut assignatus intelligitur virtualiter & tacitè, *glossa in can. 7. caus. 4. qv. 3. verb. peremptorio. Rosbach. prax. civil. tit. 25. n. 5. 6. 7. 9. 10. 16. 17. & per tot. Bartol. & Bald. in l. 68. D. de Judic. Gail. libr. 1. Obs. 53. n. 20. Magnif. Dn. Carpzov. part. 1. Constit. 2. def. 22. & in Process. tit. 7. artic. 1. n. 25. Consultiss. Dn. Brunneman. in proc. civil. cap. 3. n. 21. 22. 23.* Sed vigore adjectæ clausulæ comminatoriæ, si se non stiterit citatus, nihilominus ad cognitionem causæ procedit judex, pronuncians, quod jus & justitia postulat. *Dn. Gothofred. Fibig. p. m. in process. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 3. pag. m. 20.* Nisi legitimum impedimentum & justa absentiæ causa doceatur. *Rosbach. d. l. n. 12.* II. Dilatio peremptoria itidem alius est exclusiva. Quod, uti vel ex modò dictis in dilatione citatorio-peremptoriâ cumprimis perspicuum, *l. 68. cum seqq. D. de Judic.* Ita neque in probatoriâ ambiguum. Nam & hæc ipsa in civilibus, quia semel tantùm regulariter dari debet, *l. 1. §. final. C. de dilat. l. 7. l. final. D. de Feriis & dilat. Parthen. litigios. libr. 2. cap. 14. n. 31.* semper est peremptoria, ita, ut, elapso eo termino, amplius non admittatur, etiam non adjecto verbo *peremptoriè. Marant. in specul. aur. part. 6. tit. de dilat. n. 2. Gail. libr. 1. Obs. 91. n. 2. Hilliger. in Donell. Enucl. libr. 24. cap. 6. lit. d. Rosbach. in prax. civil. tit. 37. n. 4. & tit. 56. n. 18. & 19.* Attamen non moris tantùm in foro Marchico, brevi adultæ petere prorogationem, *Magnif. Dn. Brunemann. in C. ad l. 1. de dilat.* sed etiam extraordinariè de Jure civili ob casum inopinatum, æquè ac de Jure Canonico, secunda, tertia & quarta concedi solet dilatio, *all. l. 7. D. de Feriis. cap. 4. 15. 36. & penult. X. de Testib.*

Novell.

Novell. 90. cap. 4. l. 4. final. C. de dilat. Avth. Quod fieri non debet. C. eod. Gail. lib. 1. Obs. 91. n. 5. 17. & 19. Mynsing. lib. 1. Obs. 71. & 72. Gilhaus. in arbor. judic. civil. c. 5. ram. 7. fol. 190. n. 6. & 7. Rosbach. d. tit. 37. n. 7. & 21. Quid in Camerâ Imperiali juris, vid. in *Recess. Imper. noviss. de Ann. 1654. §.* den *Punctum Probationum* betreffend *&c.* Confer *Dn. Sprenger. in Jurispr. public. pag. m. 61.* III. Tandem exceptio peremptoria, cui & perpetua nomen, *§. 8. & 9. J. de Except. l. 2. §. ult. & l. 3. D. eod.* adfert totius litis finem, causam in judicium deductam perimens, nata sive cum ipso statim negotio, sive post illud, modò probata fuerit. Sunt tales, exceptio pacti conventi perpetui, doli mali, solutionis, rei judicatæ, & similes longè plures, *l. 2. C. sent. rescind. non posse. l. 2. D. l. 8. C. de Except. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 46. th. 8.* Controvertitur autem, quando debeant opponi exceptiones peremptoriæ? Et quamvis (exceptis exceptionibus peremptoriis privilegiatis, quæ ad excludendam litis contestationem & processum finiendum in ipso litis ingressu proponuntur, & ilicò probantur, *cap. 1. X. de lit. contestat. in 6to. Dn. Struv. d. l. thes. 9. Dn. Brunnem. in proc. civil. cap. 16. n. 5. & 6. Hilliger. in Donell. Enucl. libr. 12. cap. 8. lit. p.*) tàm ante quàm post litis contestationem rectè opponantur, *l. 2. C. sent. rescind. non posse. cit. cap. 1. X. de lit. contestat. in 6to.* Certum tamen, probationem in tempus post litem contestatam differri, *l. 4. 8. & 9. C. de Except. Hilliger. in Donell. Enucl. libr. 22. cap. 8. lit. H. Mynsing. Cent. 1. Obs. 24.* Imò, præterquàm quod usque ad sententiam, i. e. (uti rectè explicatur) ad conclusionem in causa usq; admittant Ddrum plurimi peremptorias exceptiones, post sententiam

etiam

etiam exceptionibus solutionis, compensationis, non numeratæ pecuniæ, & aliis in casibus aliis, (vid. *l. 11. D. Ad SCt. Macedon. Dn. Struv. d. l. Dn. Brunnem. in proc. civil. cap. 16. n. 4. Dn. Peretz. in C. de Except. n. 12. & seqq.*) ad impediendam executionem apprimè pandunt fores. *Zœs. in Comm. D. de except. n. 16. & 17. Umm. in proc. disp. 8. n. 59. Hilliger. d. l. Dn. Wissenbach. in D. de Except. thes. 6.* Verùm malè illud extenderetur universaliter ad exceptiones peremptorias alias, litis contestationi rectius fortè mox annectendas, per *l. 9. C. de Præscript. long. tempor. & alleg. l. 8. & 9. C. de Except. Magnif. Dn. Carpzov. libr. 2. Respons. 3. n. 13. & seqq. & in Process. tit. 9. artic. 1. n. 12. & artic. 7. n. 5. & seq. 12.* Confer. *Excellentiss. Dn. Brunnem. in C. ad l. 4. 8. & 9. de Except. & in proc. civil. cap. 16. n. 1. 2. 3. & 4. ibidemq; in Observ. MSC. Zanger. de Except. part. 3. cap. 36. n. 88.* Idque quoque juxta normam *Recessus Imper. nuperr. de Annô 1654.* §. Es sollen auch hinführo &c. ibi: Es soll der Beklagte kurtz/nervosè und deutlich/auch unterschiedlich und klar/ob und worinnen das factum anders/als vom Kläger vorbracht/ und wie es sich eigendlich verhalte/ specificè und auf ieden Puncten &c. anzeigen/wie auch/was er darbey dilatoriè oder *peremptoriè* einzuwenden haben möchte/alles auf einmahl bey Straffe der præclusion einbringen/&c. *Scilicet illud purè, hoc interdum eventualiter.* Cæterùm & in aliis posset ostendi Adverbii nostri *Peremptoriè* usus, nisi ulterius foret properandum, & ex his de reliquis posset ferri judicium. Tantummodò receptui canens adjicio, *peremptorium* contra pupillum indefensum non habere vires, per textum apertum in *l. 54. pr. D. de Re Judicat.* & de jure communi

muni non præsumi reum litem esse contestatum, si loco expressæ litis contestationis peremptoriam opposuerit exceptionem, *cap. final. 2. X. de lit. contestat. in 6to.* Vid. de Edicto *peremptorio LL. jam suprà alleg. 68. 70. 71. & 73. D. de judic. l. 53. 54. & 59. §. final. D. de re judicat. l. 3. in fin. D. de Appellat. l. 1. §. 3. D. quæ sentent. sin. appellat. rescind. l. 2. & l. 9. C. quomodo & quando judex.* & de primo termino subhastationis peremptorio, *Bartol. in l. 4. C. de fide & jur. hast. fiscal.*

19. Perennè.

Lege de perenni flumine *l. 1. §. 2. D. Ut in flumin. public.*

20. Perfectè. Perfectissimè.

Quod idem, quod pleno jure & absolutè, in *l. 38. §. 3. D. de solut.* valet etiam quod bonâ fide, *Bald. in l. 8. C. de Impub. & al. substit.* Alioquin perfectum dicitur 1. quodcunque ex omnibus suis partibus constat, *l. 1. D. de Orig. Jur.* ita consummatum, ut jam usui esse possit, *l. 130. D. de Verbor. Signif. arg. l. pen. 11. in fin. C. de his quib. ut indign. l. 22. D. de aur. & argent. legat. l. 80. §. 1. D. ad Leg. Falcid. procem. Institut. §. final. 7.* 2. quod non potest revocari, *l. 32. D. de donat. caus. mort. l. 139. §. 1. D. de Reg. Jur. & ibi Bronchorst. in Commentar.* 3. quod executionem habet, *l. 9. §. 3. D. Quod met. caus.* 4. Cui nihil potest addi aut subtrahi, salvâ integritate, *Bald. in Auth. Hoc amplius. C. de Fideicommiss.* 5. Conventiones & pacta dicuntur perfecta, simulac eventum sortita, quæ placuerunt contrahentibus, *l. 4. C. de donat. quæ sub modo vel condition. l. 2. C. quando liceat ab empt. disced.* Sicq; perfectum

& completum perhibentur esse synonyma, *l. 2. §. 4. D. de Judic.* Confer. *Gœdd. ad l. 5. §. 1. D. de Verbor. Signif. n. 8. Arnold. Corvin. à Belderen. ibid. lit. a.* Vid. de perfectissimatu, specie dignitatis apud Romanos quondam non mediocris, *l. unic. C. de perfectissim. dignitat. libr. 12. l. 11. C. de Quæstionib. l. 1. C. de Nat. liber. l. 7. C. de Palat. sacrar. largit. l. 30. C. de Episcop. & Cleric.* De perfecto usufructu *Gœdd. in Comm. ad tit. D. de Verbor. Signif. ad l. 5. §. 1. n. 12.* & de perfectâ ætate *l. final. 4. C. de his qui ven. ætat. l. 5. C. Quando dies legati. l. 8. D. de Munerib. & honorib.*

21. Perfidè. Perfidiosè.

Inspice *l. 55. §. 1. D. de Administ. tutor. & l. 4. C. de summâ Trinitat.*

22. Perfunctoriè.

Adæquatum Adverbiis qualitatis usurpatur pro remissè, negligenter, & defunctoriè, in *can. 7. distinct. 40.* Dehinc quando pro Adverbio *Persusoriè*, in Florentinâ substituto, legitur in vulgari editione *perfunctoriè*, in *l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam. & l. 69. §. 5. D. de Evict.* (notante *Gothofredo in cit. l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam. lit. f.*) alii aliter explicare amant. *Rebuff. in l. 24. D. de Verbor. Signif.* cum *Alciat.* interpretatur summatim, per transennam, levi curâ, quasi lusoriè & aliud agendo, & omissis requisitis necessariis, non sine aliorum dissensu & contradictione. *Budæo* autem in *l. 11. §. 12. D. de Act. empt.* videtur poni pro non bonâ fide, nec ex animo, nec justâ denunciatione. Uter eorum ad textum & mentem JCtorum accedat propius, cogitandum relinquimus eis, quibus pla-

cet vulgarem ſequi lectionem. Videantur intereà *Albert. de Pergam. tr. de Præpoſit. n.88. Calvin. in Lexic. Juridic. Vocab. Perfunctoriè. Döring. in Biblioth. Jctor. Theor. Pract. tom.1. lit. A. vocab. Adverbium. n.94.*

23. Perfuſoriè.

Dic ſubobſcurè, diſſimulanter, non planè, non diſertè, fusè per alios ſermones, & permiſtè, per *alleg. l. 5. §.1. D. quod vi aut clam. & l.69. §.5. D. de Evict.*

24. Periculosè.

Melius eſt pauca agere cautè, quàm multis intereſſe *periculosè*, inſignis eſt Imperatoris *Juſtiniani* gnoma in *Novell. 44. cap.1. §.3. in fin.* Digna, quæ albo notata calculo omnium hominum commendetur memoriæ. Periculum autem, unde ceu rivulus à fonte, mediante Adjectivo *Periculoſus*, (de quo *l.1. §.3. D. de Poſtulando. & cap. 14. X. de Elect. in 6to.*) manat Adverbium noſtrum *Periculosè*, æquè hominibus quàm rebus eſt commune, *l.13. C. de Transact. l.6. ubi gloſſa. C. de Princip. agent. in reb. libr. 12. tot. tit. D. & C. de Peric. & Commod. Rei vendit. integr. tit. C. de Peric. eor. qui pro Magiſtrat. interven. libr.11. de pericul. ſucceſſor. parent. lib.10. de pericul. nominat. lib.11. de Pericul. tutor. & Curator. libr.5.* Ad quos videantur ſcholia Commentatorum. Item *l.35. in fin. princ. D. de Negot. geſt. l.1. §.10. D. ad SCt. Turpill. can.7. diſtinct.40. l.33. D. de Jur. dot. l.202. D. de Reg. Jur. l.13. §.5. D. Locat. l.55. princ. D. de Adminiſtr. tutor. l.19. §.5. D. ad SCt. Vellejan.* Quando rebus adaptatur, vel generaliter pro quolibet detrimento, quod culpâ contingit, *l.4. D. Naut. caup. ſtabul. l.25. D. Pro ſocio. l.1,4. & tot. tit. D. & C. de Peric. & com-*

mod. rei vendit. l. 13. §. 1. D. de Liberal. cauf. l. 40. D. locati. l. unic. §. 4. D. Furti adverf. naut. l. 40. D. de Adminiftr. tutor. l. 39. §. 2. D. eod. vel magis propriè & fpecialiter pro damno fatali & cafu fortuito ponitur, qui vel propter juftam & invincibilem ignorantiam, vel propter extrinfecam vim, per confilium, prudentiam, curam & diligentiam humanam non poteft præviderì & declinari, *l. 2. §. 7. D. de admin. rer. ad civit. pertin. l. 9. §. 3. D. locat. l. 9. in fin. D. de reb. credit. l. 10. §. 1. D. commodat. Magnif. Dn. Struv. Exercit. 19. th. 30. 31. & 32.* Quatenùs enim periculum primum denotat experimentum, periclitandi ingenii gratiâ factum, hûc non quadrat. Unde ejus periculo aliquid effe dicitur, ad quem, quodcunque demum obvenerit, pertinet damnum, *l. 9. §. 4. D. ad Leg. Jul. Peculat. l. 18. princ. D. de damn. infect. ibiq; Gothofred. lit. y.* Cùm verò fub periculi nomine cafus comprehendatur fortuitus, num illud in fe recipiens & hunc recepiffe cenfebitur? Nullus dubito, qui omne fufcepit periculum, & ad cafum fortuitum, folitum five, five infolitum, fe obligâffe, *l. 78. §. final. D. de contrah. empt. l. 19. §. 2. D. Locat. conduct.* Quem aliàs non præftaret, nifi pacto inter contrahentes conveniffet aliter, *l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. D. Locat. l. 6. C. de Pigner. act. l. 12. §. 3. D. depofit. l. 1. C. Commodat.* aut ejus interceffiffet dolus, culpa, vel mora, *l. 1. §. 4. D. de Obligat. & Act. §. 3. Inft. de Empt. & vendit. l. 5. & 9. C. de Pign. act. l. 3. & 4. C de Peric. tutor. l. 2. C. de Peric. & commod. rei vendit. l. 12. §. 3. D. & l. 1. C. depofiti. l. 5. D. de reb. credit. l. 23. D. de Verb. Oblig. §. 2. in fin. J. Quib. mod. re contrahit. oblig. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 19. th. 44. Broncborft. in Comm. ad tit. D. de Reg. Jur. ad l. 23. in fin.*

pag.

pag.67. Gœdd. ad l. 71. §. 1. n. 3. D. de Verbor. Signif. l. 13. §. 5. ibiq; glossa D. locat. l. 36. & 40. & ibi Bartol. D. eod. Sed res periret suo domino, *l. 12. C. locat. l. 11. C. si cert. petat. l. 5. 6. & 9. C. de Pign. act. l. 23. D. de Reg. Jur. l. 19. C. de Pignor. l. 26. §. 6. D. Mandat.* Neque hoc & alio, (quem hæc chartæ angustia non capit,) modo limitari istud brocardicum, *Grotio libr. 2. de J. B. & P. cap. 12. n. 15.* improbatum, mirum videbitur illi, qui novit, ex conventionibus & pactis legem accipere contractus, nec posse quem conqueri de pernicie, quam suâ ipsius sentit culpâ. Quo fit, ut in terminis præsuppositis etiam post perfectam venditionem rei venditæ periculum sit maneatque emptoris contra juris ordinem, *§. 2. J. de Empt. & vendit. l. 10. & 17. D. de peric. & commod. rei vendit.* Id quod meminisse, quia huic loco apprimè conveniens est, addimus ad extremum, idem esse, quando genus venditum, *l. 14. §. 1. D. eod.* vel venditæ res fungibiles, in pondere, numero, & mensurâ consistentes, *l. 30. §. 3. & 4. D. ad Leg. Falcid.* Non simpliciter per aversionē, quia sic omne periculum emptoris, *l. 4. §. 1. D. d. tit. de peric. & commod. rei vendit.* sed constituto in singulas amphoras vel modios pretio. Ubi venditoris est periculum, donec vel appendat eas, vel admetiatur emptori, *Mozz. in tr. de Contractib. cap. de accident. emption. n. 14. & seqq. Dn. Frantzk. in D. de peric. & commod. rei vendit. n. 10. 30. & 33. Dn. Struv. Exerc. 23. th. 98. 99. 100. 101. & 102. Dn. Ludwel. p. m. Exercit. 13. ad Inst. th. 3. lit. G. Bronchorst. Centur. 2. assert. 56.* Evolv. *l. 11. D. de Evict.* Vid. de periculo mortis, atque donatione ejus intuitu factâ, *l. 2. 3. 4. 5. & 6. D. de Donat mort. caus.*

25. Perindè.

Audit nota improprietatis & tessera totalis identitatis atque omnimodæ similitudinis JCtis, pro ita & æquè illud Adverbium accipere assolitis, per *l. 13. D. Quib. mod. pign. solvit. l. 3. D. de confirmand. tutor. l. 1. in princ. D. de Receptat. l. 38. §. 3. & l. 39. D. de solut. l. 161. l. 193. D. de Reg. Jur. l. 4. §. 3. D. de Fidejussor. & nominat. tutor. l. 15. D. de acquir. possess. Novell. 140. in præfat. l. 12. D. de Minorib. l. 7. §. 1. D. de Rit. Nupt. l. 24. D. de condit. & demonstrat. l. 14. §. 1. D. de furt. l. 35. pr. D. de Negot. gest. l. 40. D. si cert. petat. l. 134. § 3. ibiq. Gothofred. lit. y. D. de Verbor. Obligat. l. 52. pr. D. de acquir. hæreditat. l. 9. D. ad L. Jul. Pecul. l. 25. §. 8. & inibi Bartol. & Bald. D. de hæreditat. petit.*

26. Peritè.

Peritis in suâ arte esse credendum, communi JCtorum suffragio est receptum, per *l. 1. pr. D. de Ventr. inspic. l. 6. C. de Re militar. cap. 3. X. de Homicid. l. 6. §. 1. C. de secund. Nupt. l. 12. D. de stat. homin. l. 17. princ. D. de Jur. Patronat.* Hi tamen non possunt cogi, ut testentur de suâ peritia, si alii adsint, & adhiberi possint. *Pacian. de probat. lib. 1. c. 47. n. 57.* An autem credatur injuratis, non una omnium est sententia. Re pensiculatius consideratâ, negativam quidem in genere existimo veriorem; Prætulerim tamen affirmativam, quoties deponere de eo jubentur, quod ad eorum officium, cujus à solutione jurisjurandi fecerunt principium, directò spectat. Ne, quod sacramenti religione polliciti sanctè semel sunt, repromittere denuò, auspicio perquàm odiosæ multiplicationis

nis juramentorum, habeant necessum. Et ita Medicos & Chirurgos super puncto criminali vel civili dicturos testimonium non cogi jurare, testes sunt *Finckelthaus. Observ. 61. n. 32. & Dn. Brunnem. in proc. civil. tit. 20. num. 56.* Quibus jungantur *Farinac. in prax. criminal. qv. 74. n. 99. Rütger. Ruland. de Commissar. & Commissionib. part. 2. lib. 3. cap. 10. n. 3. & Gilhaus. in arbor. judic. civil. part. 2. cap. 6. artic. 2. §. 7. n. 8.* Sit ut sit. Illud extra controversiam positum, quoniam non secundum certam scientiam, sed secundum justam saltem opinionem quæsitum attestantur, non de veritate, sed de credulitate ex conscientiâ jurare peritos. Ni factum perfectè sciri possit. Sunt inter luculenta exempla periti, pro instituendâ literarum comparatione in consilium adhibiti, in *l. 20. C. de Fid. instrum. & Novell. 49. cap. 2. in fin. Castrens. & Petr. Gilken. in d. l. famosâ. 20. C. de Fid. Instrum. Bald. ibid.* Qui postremus in *l. 11. C. de his qui accusar. non poss.* negat excusari peritos à pœnâ falsi, quando per verbum CREDIMUS falsum deponunt. Scilicet, (ut intelligo,) non aliter, quàm cum fraudis sunt participes, *arg. l. 2. §. 2. ibi: Et licet etc. C. de Jurejur. propt. calumn.* Quod verò virtutem postremò concernit & efficaciam, notorium, quod peritorum dicta, probabili tantùm freta autoritate, non necessitent ad sententionandum, licet pro sententiâ præsumptionem faciant, nec transeant in rem judicatam antequàm à judice publicata. *Dn. Hahn. in D. de Re Judicat. n. 8. Oldendorp. ad l. 2. §. 47. D. de Orig. Jur. Dn. Frantzk. libr. 1. Resol. 16.* Consulendus idem in *D. de Orig. Jur. n. 47.* exponens, quid inter JCtos & Jurisperitos intersit discriminis, & *Mynsing. Cent. 6. Obs. 34. & 35.* disquirens, an

senten-

ſententia ex relatione peritorum in arte lata poſſit retractari ex conſilio peritorum. Poſſunt etiam videri *princ. J. de Jur. Nat.. Gent. & civil. l. 30. D. de Excuſat. & l. 1. C. de Profeſſor. qui in urbe Conſtantinop.* Vid. Pacian. *de probat. libr. 1. c. 47.*

27. Perniciosè.

Non pœnitebit inſpexiſſe *l. 3. §. 5. D. de Suſpect. tutorib. l. 3. C. de Commerc. & Mercat. & §. 1. in fin. J. Quib. alien. licet.*

28. Perpensè.

Vid. *princ. præfat. Clementin. præmiſſæ.*

29. Perperàm.

Si vim vocis ſpectes, prædicatur de eo, in quo modus exceditur, *Alciat. libr. 1. parerg. cap. penult.* Si uſum juridicum, denotat id, quod vel dolosè, vel imprudenter & erroneè, vel denique non jure ſive injuriâ factum, *l. 40. D. de cond. indeb. l. 26. §. 1. D. de Pacto dotal. l. 42. D. de liberal. cauſ. l. 11. §. 2. D. de Minorib. l. 22. §. 4. D. Rem rat. haber. l. 62. D. de re judic. cap. unic. X. Ut Eccleſ. benef. ſin. dimin. l. 14. C. de Contrah. & committ. ſtipulat. cap. 33. X. de offic. & pot. judic. deleg. Novell. 32. in pr. l. 8. §. 3. D. Si ſervitus. vindic. l. 9. D. de Conſtitut. pecun. l. 4. §. 2. D. Pro ſuo. l. 1. C. ſi major fact. alienat. Albert. de Pergam. tr. de Præpoſit. n. 90. l. 80. §. 5. D. de Furt. Proœm. Inſtit. §. 3.*

30. Perpetuò. Perpetuùm.

Quò in ampliſſimo, qui hîc ſeſe offert, dicendi campo, nec omittantur neceſſaria, nec intermiſceantur ſupervacanea, potiſſimos ſolùm & ex plurimis maximè

præ-

præcipuos annotabimus Adverbiorum horum unà & Adjectivi *Perpetuus* significatus. I. Exponuntur generaliter, *princ. J. de satisdat. tutor. l. 34. D. de Negot. gest.* II. Incommutabiliter. *Avth. hoc jus porrectum. C. de Sacros. Eccles.* III. Præcisè vel omninò. *Bald. libr. 2. consil 239.* IV. Perseverantiam innuunt & continuationem, pro subjectâ materiâ & rei adjunctæ qualitate variam, *arg. l. 14. princ. D. de Servitut. l. 10. §. 2. D. de condit. & demonstrat. l. 37. D. de Negot. gest.* Sicque V. accipiuntur pro temporis diuturnitate sine definitione, *l. 30. pr. D. de Excusat. l. 3. D. de Except. l. 5. §. 6. D. de dol. mal. & met. except. l. 2. C. de divers. rescript.* VI. quamdiu uterque contrahentium satisfecit contractui, *§. 3. J. locat. conduct.* VII. quoad vitam & usque ad mortem contrahentium, *l. 1. in princ. ibi: in perpetuum. D. pro socio. l. 16. C. de Usufr. l. 4. D. de Procurat. l. 8. §. 3. D. de Transact. l. 13. C. de excusat. mun. libr. 10. Vultej. ad §. 4. cum seqq. n. 3. Inst. pro socio. Dn. Peretz. in C. de excusat. muner. n. 18. Alex. in l. 2. n. 2. D. solut. matrimon. cap. 5. & ibi glossa in verbo: perpetuò. X. de Rescript. in 6to.* VIII. Quamdiu pro agro vectigali in perpetuum locato penditur vectigal, *l. 1. D. si ager vectigal. l. 11. §. 1. D. de Publican.* IX. Quamdiu res durat, ejusque usus necessarius, *l. 32. D. de Pignorib. l. 25. D. de Pecul.* X. Extenduntur usque ad tertiam generationem in Emphyteusi Ecclesiasticâ, *Novell. 7. cap. 3. §. 1. in fin. & cap. 7. Cardinal. Tusch. Practicar. Jur. Concl. tom. 2. conclus. 326. Bald. lib. 4. consil. 372. Döring. loc. infr. alleg.* XI. decem, *l. 10. & ibi Gothofred. C. de pœn. glossa in l. 38. verbo: Perpetuò. D. de LL. Tiraquell. de retract. conventional. §. 1. gloss. 2. n. 8.* XII. Triginta vel quadraginta, *tit. Inst. de perpet. & temporal.*

act. l. 5. C. ad SCt. Maced. l. 6. §. 5. final. D. de re judicat. l. 3. & 4. C. de præscript. trig. vel quadrag. annor. l. 39. §. 4. D. de Evict. l. 20. §. 6. D. de Oper. nov. nunciat. Tiraquell. d. l. n. 1. in fin. Döring. in Biblioth. JCtor. Theorico-Practic. tom. 1. lit. A. vocab. Adverbium. n. 96. l. 5. §. 5. D. de his qui dejec. vel effuder. l. 29. §. final. l. 30. D. de dolo. l. 17. §. 1. D. de damno infect. l. 7. §. 6. D. Naut. caup. stabular. Tiraquell. de Retract. proximitat. §. 1. gloss. 6. n. 9. Dn. Christian. Krembergk. in Com. ad tit. J. de actionib. & aliquot seqq. in exeges. §. 1. tit. de perpet. & tempor. actionib. n. 2. p. 734. Dn. Struv. Exerc. 46. th. 29. & 77. Et XIII. Centum annor. spatium significant, *Bartol. in l. 6. ad fin. D. de usu & usufr. legat. Alex. in l. 2. D. solut. matr. n. 2. & Vol. 1. Cons. 60. Anton. Bard. tr. de tempor. util. & contin. cap. 19. n. 3. Bald. in l. 20. D. de Annuis legat.* Dehinc ulterius XIV. sonant id quod semper, *l. 1. §. 4. D. de Fonte. l. 6. D. de condict. ob turp. caus. l. 6. D. Quodcunque universitat. nomin. Glossa in rubric. procem. Inst. verbo: semper. & in l. 1. D. solut. matrimon.* & infinitum tempus denotant, *Constitut. Frideric. II. de statut. & constitution. contra libertat. Eccles. §. 6. l. 12. princ. & §. 2. in fin. C. de Sacros. Eccles. l. 3. §. 1. D. de vi & vi armat. l. 9. C. de Impub. & al. substitut. l. 3. D. de divort. & repud. Novell. 120. cap. 6. §. 1. l. 2. in princ. C. ubi quis de Curial. vel Cohort. can 3. distinct. 47.* Inde verba: Ut quis PERPETUÒ TENEATUR: instrumento inserta præcludunt viam præscriptioni, *Bartol. in l. 3. in princ. D. quib. mod. ususfr. amittat. Bald. in l. 31. §. 22. D. de ædilit. edict.* Hoc sensu perpetuæ dicuntur exceptiones, quæ certo tempore non concluduntur, sed semper locum habent, *l. 24. l. 40. D. de condict. indebit. l. 34. §. ult. D. de solut. l. 3. D. de Except.* Morbus perpetuus, cujus depellendi nulla affulget spes, *l. 22. §. 7. D. solut. matrimon.*

l. 5. D.

l.5. D. de postuland. l. unic. C. Qui morbo se excusant. l. ult. C. de Curator. furios. arg. l. ult. §.1. D. de ædilit. edict. lacus perpetuus, qui perennem & nunquàm arescentem habet aquam, *l. 1. §.3. D. ut in flum. public. l. 23. §. 1. D. de servitut. præd. rustic.* & perpetui usus causâ in ædes illata, quæ ut ibi permaneant semper collocata sunt, *l. 17. §. 7. D. de Act. empt. l. 32. D. de Pignorib. l. 242. §. ult. D. de Verbor. Signif.* Simili ratione Edicta Prætorum olim annua lege Corneliâ facta sunt perpetua, quod in omnes causas & juris perpetui statuendi causâ proponerentur, *l. 7. D. de Jurisd. l. 13. in pr. C. de Transact. l. pen. C. de Condict. indeb. l. 2. §. 14. C. de Vet. jur. enucl. l. 8. C. de Pigner. act. l. 2. D. de stat. hom. l. 3. C. de his, quæ vi metusve caus. Calvin. in Lex. Jur. voc. Perpetuum. Dn. Struv. Ex. 46. th. 77.* Deniq; XV. perpetuum jus *Gothofredo in l. 9. C. de pign. act.* est usitatum jus. Possunt evolvi, & singulæ singulis, quibus consonæ, acceptionibus accommodari, *l. 7. C. de fund. rei privat. lib. 11. l. 3. C. de Transact. l. unic. C. de Mendicant. valid. l. 11. §. 4. D. de Instit. action. l. 4. D. de Procurat. l. 20. §. 6. D. de oper. nov. nunciat. l. 9. §. 4. D. de SCt. Macedon. l. 22. §. 7. D. solut. matrimon. l. 10. pr. D. de Justit. & Jur. l. 31. in fin. C. de Episcop. & Cleric. l. 5. §. 5. D. de his qui effud. vel dejec. Auth. Perpetua quoque Emphyteusis. C. de Sacros. Eccles. cap. 7. X. de Elect. in 6to. l. 3. §. 4. D. Naut. caupon. stabular. cap. 27. X. de Rescript. cap. 5. X. eod. in 6to. l. 35. §. 3. D. de Negot. gest. can. 4. caus. 19. qv. 3. l. 8. §. 8. ff. de Pœn.* Adeò (in summâ dicã) multiplicem habent intellectum, & explicantur diversimodè.

Exemplo ut res fiat clarior, quæso num revocabile privilegium *perpetuò* à Principe concessum, & quo tempore expirat? Præmisso hîc, privilegium ex mero Prin-

cipis arbitrio, voluntate, gratiâ, ac liberalitate esse concessum, (quod facilius revocatur, quàm si ex titulo descendat oneroso, *Dn. Peretz. in C. de excusat. muner. num. 15. Grot. de J. B. & P. libr. 2. cap. 14. n. 13. Dn. Reinking. de Reg. Secul. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 26. & seqq.*) primum quæstionis membrum affirmamus, si justa causa revocationem suadeat. Confer. *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 2. th. 30. in princ.* Circa alterum verò necessariò attendi existimamus, an reale, an personale sit privilegium. Illud sicuti, etiam non adjectâ particulâ *in perpetuum*, ad quemlibet in illâ re vel causâ succedentem transiret, *l. 68. & l. 169. D. de Reg. Jur.* Ita hoc, etiamsi exprimeretur, concedi propter benemerita, & quidem *perpetuò*, stricti foret juris, & ultra personam nominatam non extenderetur, sed cum illâ regulariter extingueretur, *cap. 6. X. de Institut. cap. 7. X. de Privileg. in 6to. l. 3. in fin. D. de censib. Dn. Peretz. d. l. n. 14. Dn. Struv. d. l. th. 28. & 29. Dn. Frantzk. p. m. in Com. D. de constit. Princip. n. 37. 38. 39. 40. & aliquot seqq. Bronch. cent. 4. assert. 90.* Non n. mutabit illa vocula *perpetuò*, nisi facta simul fuerit descendentiũ, posterorum & hæredum mentio; Tum quid esset inter futurum, disce ex *Dn. Peretz. d. l. n. 16. 17. & 18. Gail. lib. 2. Obs. 2. n. 13. & Hartm. Pistor. lib. 2. observ. 27.* Quamobrem hîc inveniret locum septimus Adverbii *perpetuò* significatus & concessioni privilegii apposita illa vocula ad vitam possessoris restringeretur, *cap. 3. & ibi glossa in verb. Perpetuò. X. de Rescript. in 6to. Döring. supra all. loc.* Confer. *Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. vocab. Perpetuum.*

Ad postremum observetur quoque circa significationem Adverbii *perpetuò* decimam, ubi in Emphyteusi Eccle-

Ecclesiasticâ per *Novell. 7. cap. 3. §. 1. in fin.* non amplius quàm ad tertiam usque generationem inclusivè extenditur, de jure novo inibi infinitum denotare tempus. Postquam per *Novell. 120. cap. 6. §. 1.* & inde desumptam *Auth. Perpetua quoque Emphytevsis. C. de SS. Eccles.* tanquàm *Novell. alleg. 7. cap. 3. §. 1. in fin. & cap. 7.* derogatorias Ecclesiastica etiam Emphytevsis *perpetuò* conceditur, & concessa ad omnes descendentes sine distinctione, quamdiu in solvendo canone non nectunt moras, devolvitur. *Rittersbus. Jur. Justinian. part. 1. cap. 8. n. 56. Tusch. cit. concl. 326. in fin. Clar. in §. Emphytevsis. qv. 18. n. 1.* Confer. *Gœdd. ad l. 219. D. de V. S. n. 3.* Et vid. de Carcere perpetuo *l. 35. D. l. 6. C. de pœn. cap. 3. X. eod. in 6to. Cujac. libr. 14. Obs. 34.*

31. Perplexè.

Dicit rem valdè dubiam & intricatam, *Accurs. in l. 16. D. qui pot. in pign.* Usus præprimis est in hæreditatibus, legatis & fideicommissis sub conditione relictis. Quibus quando adjicitur conditio *perplexa*, quæritur, an habeatur pro non scriptâ? Casus ex *l. 16. D. de Condit. Institut.* ubi legitur in terminis terminantibus, est petendus. Videlicet dixit testator: Si Titius hæres erit, Sejus hæres esto: Si Sejus hæres erit, Titius hæres esto. Quæstionis est, num vitietur, num vitiet conditio ista implicans seu perplexa? Posterius cum *Juliano* placet *Marciano* in *all. l.* inutilem traducenti institutionē, cùm conditio existere non possit. Quippe, utut ex duabus constet possibilibus conditionibus *perplexa* conditio; ob earum tamen conjunctionem mutuumque impedimentum impleri nequit, existimatur inexplicabilis, & refertur ad censum conditionum impossibilium, cum in ipsâ institutione quasi contineatur impossibilitas. *Dn. Struv. Exerc. 33. th. 49.*

& Exerc.35.th.97.in fin. Dn. Habn. in Observ. ad Parat. Wesenb. tit. de Condit. Instit. & Cravetta Consil. 79.

32. Perquàm.

Ponitur pro nimis in *l.99.* §. *2. D. de Verbor. Signif. & l. prospexit. 12.* §. *1. in fin. D. Qui & à quib. manum.* decantatâ satis inter Dd. Qui colligunt ex eâdem, strictum jus anteponendum æquitati esse, quoties casus in lege habetur expressus. Non obstante ita *l.8. C. de Judic.* intelligendâ, quando leges generales, & casus subortus in illis non deciditur.

33. Perseveranter.

Pro conciliandâ huic Adverbio eò majori evidentiâ, vid. *l.3. D. de Divort. & repud. l.37. D. de Admin. & peric. tutor. l. diffamari. 5. C. de Ingen. manum. Auth. Qui semel. C. Quomodo & quando judex. l. 4. C. de serv. fugitiv. l.20. C. de Jur. deliber. & utrobiq. Bald. l.2. C. de debitor. civitat. in init.* Illud explorati juris, in omni actu factove legitimo requiri perseverantiam, & ex hâc de illo judicari, *d. l.3. D. de divort. & repud. ibiq. Gothofred. lit. O. Bald. in l.5. C. de Institut. & Substitut. & in l. 7. C. eod. l.9. C. de Impub. & al. substitut.* Quæ in eo, qui voluntatem potuit mutare, nec mutavit, tamdiu præsumitur, donec contrarium probetur, *l.3. l.22. D. de Probat. l.11.* §. *12. D. de Legat. 3. cap. 3. X. de Baptismo.*

34. Personaliter.

Quàm variè usurpetur Philologis eorum discutiendum relinquimus cathedræ. In jure invenitur in vulgari & propriissimo significatu, significans persönlich/in eigener Person/in *cap.14. & 34. X. de elect. in 6to. Clement. Diœcesanis.*

cesanis.1. X. de Vit. & honestat. Clericor. Adjectivum *personalis* autem, quod pro scaturigine agnoscit, non in una materiâ habet usum. I. In judiciis mixtis, Finium Regundorum, Familiæ Erciscundæ, & communi dividundo, nec non aliquando in petitione hæreditatis petuntur præstationes *personales*, i. e. ut vel lucrum, quod unus è consortibus percepit, inter cæteros dividatur, vel damnum unius dolo & culpâ levi datum pro cujusque ratâ resarciatur, vel impensæ necessariò & utiliter erogatæ restituantur. His tribus enim capitibus absolvuntur, & ad hæc alteri alter ex quasi contractu est obligatus, *l.3. l.4. §. 3. & 4. l.6. §.1. l.11. l.14. §.1. l.20. D. l.3. & 4. C. commun. divid. §.3. & 4. J. de Oblig. quæ ex quas. cont. l.6. §.2. l.18. l.19. l.22. §.4. l.25. §.15. & seqq. D. Famil. Ercisc. l.9. & 10. C. eod. l.7. C. de petit. hæred. Dn. Peretz. in C. Famil. Ercisc. n.11. Dn. Struv. Exerc.10. th.45. Exer.14. th.51. Exer.15. th.3.13.23. & 25. & Exerc.46. th.66.* II. Personalis nominatur actio, vel alio nomine condictio, quæ ex obligatione, conventione vel delicto, descendit, & adversus eum solùm, qui vel ad dandum vel ad faciendum obligatus, competit, *§.1. & 15. J. de Actionib. l.2. C. de debitor. civitat. versic. Itaque quoties. in fin. l.25. pr. & §.1. D. de oblig. & act.* III. Personale interdictum, quod personam magis sequitur quàm rem, *l.1. §. final. D. de interdict.* IV. Personale pactum, quod ad paciscentis restringitur personam, *l.7. §.8. D. de Pact. l.21. §.1. l.40. l.57. §. final. D. eod.* Nam sola personæ expressio non facit pactum personale, ideò facta, ut constet, cum quo initum pactum, *l.7. §.8. D. de Pact. Magnif. Dn. Præses. in tr. de Pact. ad l.2. C. de Pact. int. empt. & vendit. pag.224. n.61.* V. Personalia rescripta, constitutiones & beneficia, quæ ultra personam, cui concessa,

non

non extenduntur, *l. 1. D. de constitut. Princip.* §. 6. *J. de J. N. G. & C. l. 13. D. solut. matrimon. cap. 38. X. de Rescript. cap. 6. X. de Institut.* VI. Personalis servitus, cujus utilitas immediatè ipsi personæ obvenit, prædiali eo ipso contradistincta, *l. 1. D. de servitut. l. 14. §. 1. D. de aliment. legat. l. 8. §. 1. D. de liberat. legat.* VII. Personalia munera, quæ, (loquar cum *l. 18. §. 1. D. de Munerib. & honorib.*) animi provisione & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur. Subdivisa in præstantiora & viliora, prout vel magis animo, vel magis corporis ministerio expediuntur, *d. l. 18. §. 2. l. 12. C. de Excusat. mun. l. 5. l. 7. C. de SS. Eccles. Dn. Struv. Exerc. 50. th. 61. 62. & 63. Mund. de Muner. cap. 1. n. 10.* Ultimò VIII. Stipulationes *personaliter* concipiuntur aut *impersonaliter*. Et quidem utroque modo æquè benè. Siquidem cum responsio, quæ ex præcedenti interrogatione intellectu & explicatu facilis, satis sit congrua, modus constructionis, sive *personalitatis*, sive *impersonalitatis*, adeò non attendendus, sed persona in interrogatione expressa in responsione videbitur repetita, *arg. l. 4. § 5. D. de interrogat. in jur. faciend.* Vid. *Magnif. Dn. Præses ad Auth. si quando. C. de Constitut. pecun. Dn. Ungep. p. m. Exercit. Justin. 11. qv. 3. Dn. Arum. b. m. exerc. ad D. 13. thes. 4. Bronchorst. Centur. 4. Assert. 38.* Et qui posset una complecti pagina usum vocabuli latissimum? Exempli loco recensita hæc sunto, non pertractata ex professo. Obiter, quia facta pacti personalis mentio indagare è re erit: Num pactum rei principalis personale prosit fidejussori? Equidem pactum personale ultra paciscentis personam non habere vires, ne in hæredibus quidem, in confesso est,

per

per *l. 17. §. 3. l. 21. pr. l. 25. §. 1. l. 22. §. final. l. 27. §. 4. versic. ante omnia. D. de Pact.* Conf. *Dn. Præses. tr. de pact. all. loc. n. 58. 59. 60. & aliquot seqq. & Berlich. part. 2. Concl. 2. n. 25.* Quandoquidem tamen per consequentiam singulari prodest successori pactum authoris superstitis, *dd. ll. 17. §. 5. l. 21. pr. D. de Pact. Bernhard. Scotan. Disp. ad D. 14. thes. 13. Broncborst. Centur. 4. assert. 90. pag. mihi. 360. in fin.* non ambigo, de jure novo ob excussionis beneficium de fidejussore asserere idem, sicque affirmativæ subscribere sententiæ, *arg. Novell. 4. cap. 1.* cum *Dn. Struv. Exerc. 6. th. 48. & Dn. Vinn. de Pact. cap. 13. n. 5.* Propterea rectè colligit *Magnif. Dn. Præses in cit. tr. de pact. ad l. 13. C. de pact. fol. 88. n. 41.* quod, principali per pactum de non petendo liberato, debitum à fidejussore exigi nequeat. Rationem suppedito, ne per hujus ad illum regressum infirmetur pactum. Vid. *l. 21. §. final. & l. 22. D. de Pact. Treutler. Vol. 1. disp. 6. thes. 4. lit. d. Gail. libr. 2. Obs. 27.* Quod inverso ordine neutiquam procedit, si non hoc expressè actum, ne à reo quoque petatur. Quia eum liberari fidejussoris non interest, *l. 23. l. 25. §. final. D. de pact. Treutl. d. l. in fin.*

35. Pertinaciter. Pervicaciter.

In bonam juxtà & malam partem rapiuntur. In malam important id, quod adverbia obstinatè & contumaciter. Quæ supra quærantur. Hîc evolv. *l. 3. §. 16. D. de suspect. tutor. l. 2. C. ubi quis de curial. vel cohortal. l. 2. pr. C. de summâ Trinit. Clementin. Fidei Catholicæ. unic. X. eod. de summ. Trinit. §. Porrò doctrinam omnem. in fin.*

36. Perturbatè.

L. 2. §. 14. in fin. C. de vet. jur. enucl. l. 5. D. de Ædilit. Edict.

37. Perversè. Perversissimè.

L. 2. C. de Exactor. Tributor. can. 8. de pœnit. dist. 4.

38. Pessimè. Pejus.

Novell. 1. cap. 3. Vid. supra Adverbium Optimè.

39. Pessùm.

Germanicè unter sich. Hinc usitatæ formulæ loquendi : Abire pessùm, zu Grunde / zu Boden / untergehen / & dare pessum, zutreten / verderben. Et ita *pro cessum dant* in *l. 43. pr. D. de Ædilit. Edict.* legunt nonnulli *pessum dant.*

40. Petulanter.

L. 16. §. 6. D. de Pœn.

41. Pecuniariter.

Quod spem præter nostros supra præteriit oculos, pro *peculiariter* in *l. 13. D. ad exhibend.* nonnulla substituunt exemplaria, *Gothofred. ibid. in not. lit. D.* & seqvuntur Autores *βασιλικῶν libr. 15. tit. 4. l. 3. verb. χρηματικῶς.* Æquè benè, & citra corruptionem sensus. Siquidem perinde competit ad exhibendum actio ei, cujus interest *pecuniariter*, quàm cujus interest *peculiariter*, h.e. ex speciali & proprio jure, *d. l. 13. D. ad exhibend. Dn. Struv. Exerc. 15. th. 32.* Dicitur autem (paucis attingo) pecuniariter nostrâ interesse, quando ratione rerum seu bonorum ad nos pertinentium interest. Confer. *tit. C. de Sentent. quæ pro eo quod interest profer.* & ibid. *Gloßographi & Commentatores*, ac ex iis cumprimis *Æmil. Ferret. in peculiar. tractat. de eo quod interest.* Præterea fideicommissi etiam pecuniarii meminerunt, & tanquàm fideicommissum rerum singularium à fideicommissariâ hæreditate atque libertate distinxerunt *l. 14. §. ult. D. ad SCt. Trebell. l. 24. in*

pr. &

pr. & l. 45. §. 1. D. de Fideicomm. libertat. Hîc addimus, quod causa pecuniaria opponatur criminali, *arg. l. 7. §. 6. C. de Advocat. diversor. judicum.* Quanquam pœna *pecuniaria*, quæ ex causâ publici judicii imponitur, & infamiam secum trahit, utique etiam criminalis sit, *Constitut. Crim. Carol. V. art. 104. vers.* Aber sonderlich ist zu mercken. *& art. 110. 111. & 164.*

42. Piè.

Inspiciantur *can. 3. dist. 47. cap. 1. X. de Postulat. Prælat. Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. l. 1. de Primicerio. Novell. 7. cap. 3. §. 1. in princ. l. 14. §. 7. D. de Relligios. l. 6. in init. C. de Suspect. Tutorib. l. 23. C. Mandat. in princ. l. 31. D. de Fideicom. libert. l. penult. D. de oper. libertor. l. 23. in princ. & §. 1. C. de Nupt. l. 7. §. 7. D. de dolo. l. 7. in princ. D. deposit. l. 3. princ. C. ubi Senator. vel Clarissim. l. 3. l. 8. princ. l. 33. §. 1. C. de Inoffic. testam. l. ult. D. Famil. Ercisc. l. 1. D. de obseq. patron. præst. l. 27. §. 1. l. 31. §. 6. D. de Negot. gest. cap. 8. X. de Probat. l. 4. D. de Curat. Furios.* Vid. de monte pietatis *Bajard. in tr. crim. tit. de usur. n. 19. Bornit. in tr. de Ærarii reditib. lib. 1. cap. 7.* De piâ causâ verò ejusque favore vid. *l. 1. C. de SS. Eccles. ibiq. Gothofred. l. 38. §. final. C. de donat. Magnif. Dn. Carpzov. part. 3. const. 4. def. 33. Alciat. & Bartol. ad l. 1. C. de SS. Eccles. Joan. Bertach. in Repert. part. 3. verb. pia causa. Cravett. Cons. 3. Wesen. Cons. 130. Alex. Raudens. aureâ decis. Pisan. 44. Hieronym. Pantschman. quæstion. Practicar. libr. 2. qv. 8. Matth. Stephan. in Comm. ad Novell. 131. n. 9. & 10. Paßer. in solidiß. tract. de privat. scriptur. libr. 1. qv. principal. 4. n. 28. & seqq. pag. m. 22.* & *Canonistæ* communiter. Hujus nomine quæ veniant causæ, vid. *Reusner. de testam. vol. 2. cap. 11.* & an referendum eò legatum Diacono relictum, *Magnif. Dn. Præses. Decis. 28.*

ciſ. 28. n. 19. fol. 231. tradunt. Dotem per ſe non pertinere ad ejus catalogum, *Umm.* refert *diſp. ad proc. 7.* Sed redemptionem captivorum, cauſam alimentorum, & legatum cauſâ ſtudiorum relictum nemo rectè excipiet. *Tiraquell. in præfat. tr. de privileg. piæ cauſæ.* Unde etiam *Ampliſſ. Coll. Juridic. huj. Acad. Ann. 1619.* reſpondit: Dieweil Hanß Philipp Stämler zu Staden Seel. den nothdürfftigen zu dienen / und junge Stämler uff Schulen zu halten ein gewiſſes vermacht: So iſt ſolche Verordnung (ungeacht dieſelbe nicht auf arme Leut und die nothdürfftige Stämler und Stämlerin allein gerichtet / ſondern zugleich mit angehangen / wann es niemandts bedürffte / ſolte man die jährliche Rent und Zinß unter ſeinen Schweſtern / Deroſelben und Bruders Kindern ins gemein austheilen / oder die Zinß zum Capital ſchlagen / und daſſelbe damit auf einen Nothfall vermehren) *pro relicto ad pias cauſas* zuhalten. V. R. W. His ita præmiſſis *de piâ causâ* duplex memorabile incitatiſſimo mihi hic annotandum calamo. Primò, quod ratione legitimæ liberis, (etiam, caſu ita emergente, parentibus, *Robert. rer. judicat. libr. 1. cap. 1.*) poſtponatur pia cauſa reſpectu relicti legati, *l. 3. D. de acquir. hæredit.* Secundò, quod in legato ad pias cauſas generali ob ſummum illius favorem debeatur melius, *Bartol. in l. 38. §. 2. D. de aur. & argent. legat.* Prioris poteſt eſſe ratio, quod legitima ſe habeat ad inſtar æris alieni, & liberi ejus intuitu ſint loco creditorum paternorum, *l. 7. in pr. D. de bon. damnat. l. 7. in fin. D. ſi tabb. teſtament. null. extab. l. 36. §. 2. C. de inoff. teſtam. Novell. 115. cap. 3. & cap. 5. in princ. Proavus Meus Maternus. Dn. Cancellar. Pruckman. beatiſſ. memor. Vol. 1. Conſil. 48. n. 35. & 36.* Quibus cedunt legata & legatarii indiſtin-

stinctè, *l. 8. §. 9. D. de inoff. testam. §. final. J. de Leg. Falcid. l. 22. §. final. C. de jur. deliber. l. 4. §. 1. & l. penult. D. de Separat.* Nisi eadem non ipse defunctus reliquerit, sed relicta ab alio, cui is successit, exsolvere debuerit. *Magnif. Dn. Præses in tract. de jur. & privil. Creditor. cap. 1. membr. poster. pag. 73. n. 54 & seqq.* Ne contra rationem & sana juris principia de damno vitando certantibus legitimum auxilium denegetur, & contra lucrum captantibus accommodetur. Conf. *Magnif. Dn. Præses in alleg. tr. cap. 4. sect. 1. pag. m. 356. n. 156.* Cessat ergò juris dispositio, quia cessat dispositionis ratio, quando non de adipiscendo emolumento, sed de declinando detrimento agitur in piâ causâ, fortè in exigendis debitis Ecclesiarum, Scholarum, Xenodochiorum &c. Habent enim in bonis debitorum piæ causæ tacitam Hypothecam, de jure communi sine, de jure autem Saxonico in certis casibus non indistinctè cum prælationis privilegio, *Magnif. Dn. Præses in alleg. tr. cap. 2. membr. 5. pag. 191. n. 49. & seqq. & n. 51. pag. 196.* Observa hic etiam 1. in piis causis nutu & signis factum testamentum valere, nihilque interesse, sive verbis directis, sive obliquis testator usus sit. 2. Ex testamento etiam nullo atq; imperfecto deberi legata ad pias causas, *Bartol. Vol. 1. Consil. 204. n. 4. Magnif. Dn. Præses d. l. pag. 192. in fin.* & 3. conditionem *pietati* contrariam reputari pro impossibili, eoque vitiari, non vitiare legatum. *Magnif. Dn. Carpzov. part. 1. decis. 89. n. 7.* Ex generali ratione, quoniam ea etiam, quæ *pietatem* lædunt, nec facere nos posse credendum est, *l. 15. D. de Condit. Institut.* An verò quis pro parte testatus & pro parte intestatus ad pias causas possit decedere, inter *Bartol.* & *Bald.* non convenit. Quorum ille affirmat, hic negat, referente *Gothofred. in not. ad l. 1. C. de SS. Eccl. lit. e. in fin.*

43. Pla-

43. Planè.

Unum è numero Adverbiorum affirmandi, eundem cum Adverbiis certè & ſanè habet ſignificatum, per §. 6. *J. de J. N. G. & C. §. 4. J. de Actionib. l. 8. §. 7. D. de Fidejusſor. l. 1. §. 5. D. de Fonte. l. 20. §. 8. D. de Oper. nov. nunciat. l. 10. D. de aur. & argent. legat. l. 2. §. 4. in fin. D. de Judic. l. 4. l. 17. §. 1. D. de Furt. l. 7. §. 10. & 11. D. ex quib. cauſ. in poſſeſs. l. 25. §. 3. & 6. D. de acquir. hæredit. l. 14. D. de Minorib. l. 34. pr. l. 94. pr. D. de Legat. 1. l. 11. §. 3. l. 5. §. 10. D. de Inſtit. act. l. 44. §. 7. l. 45. §. 3. D. de Rit. Nupt. l. 3. §. 4. D. Quod vi aut clam. l. 8. §. 17. D. de inoff. teſtam. l. 46. §. 1. D. de Fideicomm. libertat. l. 12 pr. D. de uſu & habitat. l. 1. §. 8. D. ad SCt. Turpill. l. 1. §. 2. D. de ſervitut. præd. ruſticor. l. 6. §. 5. D. Mandat. l. 1. §. 9. D. de his qui effud. vel dejec. l. 38. D. de hæredit. petit. l. 55. princ. D. de Adminiſtr. tutor. l. 29. pr. l. 42. D. de Excuſat. l. 31. §. 18. D. de ædilit. edict. l. 8. §. 2. D. de Transact. l. 38. §. 8. & 17. D. de Verbor. Oblig. l. 12. § final. D. ad exhibend. l. 1. §. 14. D. depoſit. l. 1. §. 3. D. ſi tabb. teſt. null. extab. l. 36. D. de Pigner. act. l. 5. §. 17. D. de Tribut. act. l. 9. §. 11. D. de hæredib. inſtit. l. 9. §. 13. D. de pœn. Can. 87. Cauſ. 11. qu. 3. cap. unic. X. ut Eccleſ. benef. ſin. diminut.*

44. Plenè. Plenius. Plenariè.

Conſonant particulis omninò & in totum, *l. 7. D. de Alim. legat. l. 63. D. de cond. indeb. l. pen. D. de Suis & legit.* Ex naturâ primitivi, Adjectivi PLENUS, quod integrum, ſolidum & perfectum, cui nihil deeſt, plerumque in jure ſignificat, *l. 16. D. ad Leg. Falcid. l. 108. §. 10. D. de Legat. 1. l. 37. D. de Negot. geſt. l. 19. D. quæ in fraud. creditor. l. 12. pr. D. de uſu & habitat. l. 5. §. 15. D. de donat. int. vir. & uxor.*

& uxor. Quomodo *plena* vocatur proprietas, quæ ab usufructu non est separata, *l. 43. §. 1. l. 53. D. de usufr. l. 2. D. Quib. mod. ususfr. amitt. l. 4. D. de Alim. legat. l. 10. l. 26. D. de usufr. legat. l. 126. §. 1. D. de Verbor. Oblig.* & *plenum* atque cœptum sibi invicem opponuntur in *l. 8. D. de Munerib. & Honorib.* Non hæc verò sola est vocabuli illius significatio. Sed inde (2.) plenum appellatur, in quo nihil desideratur, cuique nec addi quicquam potest, nec adimi, *cap. 22. X. de Præbend. in 6to. arg. l. 43. in pr. D. de Vulgar. & pupillar. substitut. Bald. lib. 4. Consil. 293. Decian. libr. 2. consil. 36. n. 3.* (3.) Quod omnia necessaria & utilia sub se comprehendit, *l. 21. §. 6. D. de Recept. qui arbitr. receper. Bald. libr. 3. Cons. 379.* (4.) Quod exceptionis incapax, *can. jejunium. 7. distinct. 76. can. 69. de consecrat. distinct. 2.* Unde plenissimam securitatem nulla potest impugnare exceptio, nec enervare restitutio. Quia aliàs non mereretur nuncupari plenissima. *Cardinal. Tusch. Practic. Jur. Concl. tom. 2. Concl. 329. 330. & 331.* (5.) Quod, quia istâ, quâ roborari debet, autoritate munitum, firmum est ac validum, *Bald. libr. 3. Consil. 379.* Et (6.) est prædicatum alicujus rei latioris & laxioris, *arg. d. l. 21. §. 6. l. 31. D. de Recept. qui arbitr. recep. l. 6. D. de servitut. legat. l. 4. D. de Fundo dotal. l. 53. D. de contrah. empt.* Quæ omnia patescent, sin inspexeris, & suis locis dextrè applicaveris, *l. 126. §. 1. D. de Verbor. Obligat. l. 17. §. 1. D. de servit. præd. urban. l. 7. pr. D. de Edend. l. 19. pr. D. de Ann. Legat. can. 7. distinct. 76. cap. 7. X. de Privileg. in 6to. l. 14. §. 8. D. de Religios. l. 3. §. 1. in fin. C. de secund. nupt. l. 1. pr. D. de Libert. Universit. l. 1. §. 10. D. ad SCt. Turpill. l. 11. C. de his quæ ut indign. l. 35. pr. D. de Negot. gest. l. 17. princ. D. de jur.* patro-

patronat. l. 108. §. 10. in fin. D. de legat. 1. Præprimis significatio prima in puncto *plenæ* probationis conspicitur luculenter. Cui etiam inditum ideò hoc nomen, quia omnimodam, perfectam atque sufficientem facit fidem, licet suos habeat gradus, *l. 19. C. de rei vind. l. 3. & 21. C. de probat. l. 2. C. de Testib. Bach. in animad. ad Parat. Wesenb. tit. de probat. n. 2. Duar. ad eund. tit. c. 4.* Unde in illâ materiâ Adverbium nostrum unà cum primitivo deprehendere licet haud infrequenter. Sunto de eo solliciti *tituli de Probationibus in D. C. & Decretal.* exegetæ. Ego quæram: Quid in salvo couductu, reo concesso, *plena* sit securitas, & cujus operationis? In proclivi quidem, specialem arguere salvum conductum hæc verba, eoque largiorem tribuere potestatem, quam generalis largitur, ut eam, præviâ cautione, sub publico sigillo nactus, per integrum litis tempus in loco judicii commorari, & cum suis conversari securè possit. Intereà nihilominus saltem contra vim & injurias, non contra juris executionem, præstat immunitatem. Ut torturam vel pœnam corporalem sibi criminis convicto per sententiam dictatam *plena* securitatis exceptione reus necquicquam declinet, per textum expressum in *Constitut. Crim. Carol. V. artic. 156. in fin. Mynsing. Centur. 1. Obs. 82.* Proporrò, quia animadversum, publicè expedire, supremo hominum judicia habere exitum, *l. 5. D. Quemadm. testam. aper. l. 1. C. de SS. Eccles. Novell. 22. cap. 2.* pro regulâ sancitum, in contractibus *plenam*, in testamentis *pleniorem*, in beneficiis *plenissimam* interpretationem faciendam, *cap. 6. X. de Donat. l. 12. D. de Reg. Jur. l. 12. §. 2. D. de usu & habitat.* Quam explicavit præ cæteris & exemplificavit eleganter

ex *l. 3.*

ex *l.3. §.1. D. de tritic. & vin. legat. l. 6. D. eod. l. 6. & l. ult. D. de Aliment. & cibar. legat. l. 1. 2. 3. 4. & 5. D. de usu & habitat. Everhard. Bronchorst. ἐναντιοφανῶν Centur. 4. assert. 96. & in comm. ad l. 12. D. de Reg. Jur.* Omnis tamen adhibenda opera in *pleniori* testamentorum vel *plenissimâ* beneficiorum interpretatione, ne vel illis ultra mentem testatoris ultimum elogium amplietur, & hæres nimium oneretur, contra *l. 67. §. 8. D. de legat. 2.* vel hîc tertio plus æquo præjudicetur, non observato, quod semper intelligantur salvo jure tertii. *Bronchorst. d. assert. 96. circ. fin. Dn. Reinking. p. m. tr. de Reg. sec. & Eccl. libr. 2. cl. 2. cap. 8. n. 27. & 70. Dn. Carpzov. in Jurispr. consistor. lib. 3. tit. 25. definit. 416. n. 5.* Superpondii loco adjicio, clausulam *pleno jure* detractionis Falcidiæ, legitimæ aut portionis de jure debitæ, non esse exclusivam. *Cardin. Tusch. Practicar. Jur. Concl. tom. 2. Conclus. 331. n. 6.*

45. Plerique. Plerumque.

Ista Adverbia Numeri sueverunt usurpare JCti (1.) pro nonnunquam & interdum, *l. 2. l. 3. D. de pact. l. 43. §. 11. D. de Furt.* (2.) pro semper, *Castillo. consil. 36. Card. Tusch. Pract. Jur. concl. tom. 2. concl. 332.* Et (3.) pro eo, quod maximè atque *ferè* semper fit, *Bartol. in l. 9. §. final. 6. D. de offic. Proconsul. & legat. & in l. 1. D. de tut. & rat. distrah. cap. 34. X. de Elect. in 6to.* Frequentissimè, & si dicendum quod res est, convenientissimè. Aut enim de sui naturâ regulam important, exceptionem rarius admittentem, aut de regulâ, quam denotant in oppositum, excipiunt, *§. final. Inst. de legit. Patron. tut. l. 16. D. de Tutel. l. 16. C. de Fideicomm. l. 3. ibi: Quia plerumque. D. de offic.*

Præfect. urb. Gœdd. ad l. 1. D. de Verbor. Signif. Albert. de Pergam. tr. de Præposit. n. 89. Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. vocab. plerumque. Döring. in Bibliotb. JCtor. Theor. Pract. tom. 1. lit. A. vocab. Adverbium. n. 98. Quam expositionem juvant *§. 5. J. de Fideicomm. hæredit. l. 1. D. de offic. Præf. vigil. l. 12. D. qui satisdar. cogant. l. 33. D. de Rit. Nupt. l. 24. D. de Religios. l. 86. l. 156. §. 3. l. 178. l. 205. D. de Reg. Jur. l. 14. §. 8. D. de condit. & demonstrat. l. 18. fin. D. de sponsalib. l. 7. §. 1. D. de Senator. l. 10. pr. D. de Jur. dot. l. 22. §. 8. D. Rem Rat. haber. l. 29. §. 1. & l. 134. §. 1. D. de Verb. Obligat. l. 21. §. 1. D. de Acquir. possess. l. penult. D. pro derelicto. l. 8. D. de Leg. Rhod. l. 35. l. 44. pr. & §. 1. D. de Ædilit. Edict. l. 11. §. 20. l. 50. princ. l. 62. D. de legat. 3. l. 3. D. de interrogat. injur. faciend. can. 88. caus. XI. qu. 3. cap. 23. X. de Rescript.* & notabilis *l. 10. D. de ll.* Ubi de eis tantùm, quæ *plerumque*, non quæ *quandoque* incidunt, leges disponere, scriptum reliquit *Julianus*. Id quod, an in jure nostro universale, multis hæret aqua, propter *§. 22. J. de rer. divis. l. 12. C. de legit. hæred. & l. 3. D. si pars hæred. petat.* Non est nodus Gordius, Alexandri enodandus gladio. Sed unica distinctio litem sopire potis. Aut casus rarò accidens in uno genere contingit eodem modo: Aut diversimodè. Si prius, videbis & de rarò evenientibus decidere leges, per *all. l. 12. C. de legit. hæred. l. 3. D. si pars hæredit. petat. & §. 22. J. de Rer. divis.* Si posterius, tenebit decisio, *d. l. 10. D. de LL. l. 3. l. 4 5. & 6. D. eod. Donell. libr. 1. Commentar. cap. 14. in fin.* Confer. *Schotan. in Exam. Jurid. pag. 24. in med.* Similiter, quando *plerique* Adjectivum nomen est, valet vel id, quod nonnulli, vel id, quod multi, & plurimi, *l. 1. D. de Pact. l. 18. D. de in jus vocand. Calvin. in Lex. Jurid. vocab. Plerique.*

46. Plu-

46. Pluris. Plurimùm. Plus. Plusculùm.

Quò possit cognosci in promptu, ubinam in jure habeant fundamentum hæc Adverbia, evolv. *§. 6. & 7. J. de Fideicom. hæredit. l. pen. D. de in lit. jurand. l. 7. princ. D. de Adulter. l. 25. l. 54. l. 110. in princip. l. 120. l. 158. l. 160. §. 2. D. de Reg. Jur. cap. 23. X. de Elect. l. 3. pr. D. de susp. tutor. Novell. 15. cap. 7. in med. l. 17. §. 1. D. de servit. præd. urban. l. 25. §. 6. D. locat. l. 1. l. 6. pr. C. de sec. nupt. l. 3. D. de LL. l. 21. §. 3. D. de act. empt. l. 13. C. de contr. & com. stipul. l. 44. pr. D. de Ædil. Edict. l. 45. pr. D. de Fideic. libert. l. 6 §. 1. D. Quemadm. servit. amitt. can. 7. caus. 6. qv. 11. l. 8. de spons. t. C. plus val. quod agit.* Significatus ipsis ferè idem est, sive in quantitatis, sive in comparandi Adverbiorum aggregentur numerum. Non tamen unus. Confer. *Brechæus in l. 192. D. de Verbor. Signif.* Adverbium *plus*, quod, quia occurrit frequentius, ventilatione dignius, jungitur plerumque verbis æstimandi & pretii, & non raró refertur ad modicum, *d. l. 192. D. de Verbor. Signif. l. 26. §. final. D. deposit. Strach. de Adject. p. ult. n. 34. Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. vocab. Plus.* à judice ex personarum qualitate æstimandum, *l. 15. §. final. l. 16. D. ex quib. caus. major.* Adeò, ut cum venditor emptori prædium, cujus vera ignoratur æstimatio, certo pretio ementi, reliqvum, si plus valeat, donare se asserit, non censeatur donâsse, nisi quando aliquid modicum *plus* valet. *Bartol. in l. 36. D. de Verbor. Obligat.* & ex eo *Arnold. Corvin. à Belderen. in com. ad modò cit. l. 192. D. de Verbor. Signif. lit. a.* Quandoquidem verò incerta est dictio, dubiamq; efficit probationem, quæ

clara debebat esse & perspicua, *Gail. lib. 1. obs. 82. n. 11.* venit usu, ut in teste nihil operetur regulariter, *Bartol. in l. 27. D. de usurpat. & usucap.* Nisi de incerto atque indeterminato probando agatur, *Balb. in repetit. d. l. 27. D. de usurpat. & usucap. in princip. n. 16.* Quanquam, si deposuerit ita testis, attestati obscuri injungi queat declaratio à judice, *cap. 53. X. de testib. Döring. in Biblioth. JCtor. Theor. Practic. tom. 1. lit. A. vocab. Adverbium. n. 99. & 100.* Ubi istud assertum limitat multifariàm. Quò accidit, ut nihil intelligatur nonnunquam *pluris* appellatione, *Bartol. in l. 76. §. 5. D. de legat. 2.* Dehinc etiam *plus minus* legitur sæpissimè, sine conjunctione, pro *plus minusve*, h. e. circiter, *l. 26. §. 2. D. depos.* Alioquin, quando *plures* comparativè ponuntur, excessum denotaturi, quemcunque important numerum, majorem tamen semper eo, quo cum conferuntur. *Cardinal. Tusch. Practicar. Jur. Conclus. tom. 2. conclus. 333. n. 3.* Quod procedit, quando incerto, & fallit, quando certo adjunguntur numero. Effectus verò inter alios benè multos fugitivis video oculis hos, quod plus non variet speciem, *l. final. D. de fund. instr. legat. l. 7. C. de incest. & inutilib. nupt.* & quod, qui plus facit, utique tantundem, quantum debet, faciat, *l. 9. in fin. D. de in lit. jurand.* Postremò usus in ipsis rerum, (ut cum *Imp.* loquar in *procem. Institut. §. 3.*) obtinet argumentis. Et cum in infinitos juris articulos se se diffundat latissimè, tum vel maximè in *plus petitionibus* principem tenet locum, ac apparet evidentissimè. Illas in quadruplici esse differentiâ, dum re, loco, tempore, & causâ *plus* petitur, docemur in §. *si quis agens. 33. J. de Action. tot. tit. C. & . Decretal. de Plus Petit.* Confer. *Zanger.*

ger. de Except. part. 2. cap. 11. Albert. de Pergam. tr. de Præposit. n. 83. Dn. Foman. disp. 31. th. 2. lit. E. Re, cum pro unâ plures res, pro dimidio totum vel major pars, & pro minori major summa & quantitas exigitur: Loco, quando, non factâ mentione loci solutioni destinati, alio loco, quàm de quo conventum, petitur: Tempore, cum ante diem vel conditionem pactioni seu obligationi adjectam solutio urgetur: Denique causâ, si pluribus rebus in genere, disjunctim, & alternativè promissis, ad certam in specie & præcisè consequendam, vel, quod idem est, in obligatione alternativâ ad alteram tantùm partem, & in obligatione generis ad unam tantùm speciem adipiscendam, actio intentetur. Etiamsi postuletur vilissimum. Siquidem & tunc reo aufertur electio, contra *l. plerumque. 10. D. de Jur. dot. l. ult. D. de Verbor. Obligat. §. 31. J. de action.* Cui facilius sæpè, solvere quod est majoris pretii, quàm quod minoris. *Vallens. in Paratitl. Decretal. tit. de plus petit. n. 1. in fin.* Pœna, quæ fuerit olim *plus* petentis, quæque posteà à Justiniano introducta, ex *alleg. textibus*, nec non §. *24. J. de Actionib.* §. *10. J. de Except. & Novell. 15. cap. 4.* abundè dispallescit. Nos diffusè eam hîc non persequemur, ne videamur aliquantulum vagari extra oleas. Quin facilè relevabunt isto nos opere *Dn. Peretz. in C. de plus petit. n. 2. 3. & 4. Vallens. d. l. n. 3. 4. & 5. Christin. libr. 2. decis. 157. Dn. Ludvvel. loc. infr. alleg. lit. g. Vultej. ad d. §. 33. J. de Actionib. n. 3. 4. & seqq. Zanger. d. l. cap. 10. n. 8. Umm. disp. ad process. 8. th. 4. n. 27. Viv. decis. 427. Cravetta. Consil. 325. & Consil. 505. Hieron. de Cavallos. Specul. aur. opinion. comm. contra communes. qv. 125.* & Dd. omnes, quotquot de §. *33. J. de actionib.* aut de

titul. C. & Decretal. de plus petit. (fas sit proverbio uti,) egerunt comitia. De moribus modernis non duplicari tempus, neque damnari in triplum, aut excidere causâ *plus* petentem, sed restitui indifferenter, refusis prius prioris instantiæ expensis, perhibet *Dn. Peretz. d. l. n. 5.* Nempe, ubi tale quicquam peculiariter receptum. Ut, in diverso casu ex tenore *Constitutionis Justinianeæ* irrogari supplicium, nullum habeat dubium. Verùm enimverò, an & quousque evitare possit pœnam *plus* petens, disceptatur non absque ratione? Quod possit, indubitati est juris: Quousque possit, satis ambigui. Fortean non sunt frustra, qui autumant, illam declinari per pœnitentiam, non solùm ante, sed & post litem contestatam, dummodò ante sententiam, & adversario, si quod probare potest, solvatur interesse, *Vallens. d. l. num. final. 6. Cravetta. Consil. 511.* Neque incidit in pœnam *plus* petitionis, qui rem petit cum interesse & fructibus, posteà indebitis, *Schneidevvin. in Comment. ad alleg. §. 33. J. de Actionib. n. 1. Zasius ibid. versic. plus autem. n. 1. & 2.* Clausula tamen ista: *Salvo jure superflui*: quia protestationem involvit facto contrariam, vix ac ne vix quidem operabitur veniam aut excusationem, juxta *Dn. Ludvvell p. m. Exerc. 16. ad Instit. th. 7. lit. c.* contra *Zasium & Schneidevvinum cit. loc.* Præterea *plus* etiam dicitur petere, qui totum petit indebitè, *Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. vocab. Plus.* In eo an locum habeat, quod statutum aliàs de *plus* petente, tradit *Surd. decis. 65.* Jung. *Cravett. Consil. 576.* indagantem: An *plus* petere prohibitus ex bonis testatoris ab aliis submoveatur, quæ non sunt testatoris? Postmodum ad umbilicum annotetur,

regulam juris, quæ traditur in *l. 25. D. de Reg. Jur. Plus cautionis in re esse, quàm in personâ*, exaudiri, si res certa debeatur. Etenim si sit adhuc incerta, e. g. pecunia in mutuo, ob usuras & interesse, interdum, *plus cautionis in persona est quàm in re.* Cum & ad usuras teneretur fidejussor, *l. 10. princ. C. de Fidejussor.* sin in eas obligatus, *Gothofr. ibid. lit. h & i.* quæ interdum sorti conjunctæ valorem dati pignoris possunt excedere. Ne contrarietur *l. 7. D. de Prætor. stipulat.* vid. *Broncborst. in Comm. ad d. l. 25. D. de Reg. Jur.* & confer. *Gothofred. ibid. in not. lit. g. h. & i.*

47. Populare. Populariter.

Bifariàm potissimùm hisce Adverbiis Qualitatis utimur. Vel pro eo, quod populo commune & vulgare est: Vel pro eo, quod populo conducibile & salutare est. Per *§. 1. circ. fin. J. de Fideicomm. hæredit.* & Phrases Ciceroni perquàm familiares: *Populariter* loqui, *populariter* agere; id est, populi more, Nach des gemeinen Volcks Weise und Gebrauch. *Populare* enim dicimus, quod populi est, (ut *populare* Imperium, fama *popularis*, ein gemeines Gerücht im Volck /) & *populares*, qui sunt ex eodem populo, concives, Lands-Leuthe / *l. 1. §. 12. D. de Præfect. urb. l. 70. D. de Verbor. Obligat. & ibi Gothofred. lit. l.* Quando autem actionum nonnullæ nuncupantur in jure *populares*, per *l. 5. §. 5. & 13. D. de his qui effud. vel dejec. & tot. tit. D. de popular. actionib.* eæ intelliguntur, quæ, cum darentur olim vel in genere cuilibet è populo, postulare non prohibito, *l. 4. D. de popular. act.* | *l. unic. §. 9. D. Ne quid in flumin. public. l. 43. §. 2. D. de Procurat.* (ita ut unus agendo per litis contestationem removeret cœteros, *l. 16.*

pr. D. de Verbor. Sign.) vel magis idoneo à Prætore electo, *l. 2. D. de popul. act. Arnold. Corv. à Belderen. in Com. ad l. 12. pr. D. de V. S. lit. b. in fin.* hodiè vel per procuratorem fisci, vel per eum, cujus interest, intentantur. *Zœs. in Comm. D. ad tit. de popular. act. n. final.* Qui posterior, quia etiam de jure civili aliis promiscuè quærebatur, *l. 3. §. 1. D. d. tit. de popular. actionib. l. 15. §. 5. D. de his qui effud. vel dejec.* ad mulierem itidem atque pupillum, aliàs exclusos, actio popularis eo in casu devolvebatur, *l. 6. D. eod.* Quandoquidem igitur populum potius concernunt quàm privatos, populares actiones, (vel solo nomine teste,) contra eum instituuntur, qui jus populi intervertere ausus temerè est, *l. 1. D. eod.* Non contra hæredes: Nec ultra annum, *l. final. D. eod.* Intellige, in quantum pœnales sunt, *arg. §. 12. J. de actionib.* Vid. *Dn. Hahn. in Obs. ad Paratitl. Wesenb. tit. de popul. act. ibi: Neq; supra annum.* Sed cui pœna, si pecuniaria, adjudicanda, num actori, num fisco, num dividenda inter utrumque? Mirum, quanto ab invicem dissentiant opere Dd. Sanè fisci favor ingens; Et divisio æquitati omninò conveniens. Ut facilè quis crediderit, si non pro illo per *l. 3. §. 5. D. de Sepulchr. violat. & l. 3. D. de Termin. mot.* dubio procul pro hac per *l. 25. §. 2. D. de SCt. Sillan.* fore pronunciandum. Nihilo secius, salvo dissentientium judicio, ex meâ sententiâ regulariter, nisi speciatim in lege aliud sit dispositum, reportabit palmam actor, propter *l. ult. D. de litigios. l. 3. in princ. D. de Sepulchr. violat. l. 12. pr. D. de Verb. Signif. l. 5. §. 5. D. de his qui effud. vel dejec.* Conf. *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 48. th. 117. Scotan. in Exam. Juridic. pag. m. 848. in fin. Donell. ad pr. tit. J. de Actionib. Bronch.*

Centur.

Centur. 4. assert. 69. A quo simul legum oppositarum petatur solutio. Exempla popularium actionum si aliquis requirat, passim in Jure occurrunt. Est talis actio de albo corrupto, *l. 7. D. de Jurisdict.* de termino moto, *l. ult. de Term. mot.* de sepulchro violato, *l. 3. 6. & tot. tit. D. de sepulchr. violat.* actio si quid effusum vel dejectum, *l. 5. §. 5. & fin. 13. D. de his qui effud. vel dejec.* &c. Notabile tamen intercedit discrimen. Quatenus aliæ de causis civilibus competunt, seu privatis, de criminalibus aliæ, sicque vel ad publicum, vel ad privatum principaliter tendunt emolumentum, *l. 42. D. de procurat. l. 30. §. 3. D. de jurejur. l. 7. D. de dolo. l. 32. D. ad Leg. Falcid. l. 1. §. 9. Ne quid in flumin. public. Dn. Habn. d. l. in princip. Calvin. in Lexic. Jurid. vocab. Populare.* Qui inibi unà tradunt differentiam inter judicia *popularia* & publica. Breviter tene: Differunt formaliter, conveniunt effectu & accidentaliter.

48. Porrò.

Quod nonnunquàm ad Adverbia hortandi, aut loci, aut ordinis pertinet, usurpatur etiam tanquàm Adverbium affirmandi, pro certè, planè, *l. 29. §. 15. D. de liber. & posthum.* Alioquin conjunctionis copulativæ & expletivæ vim habet, significans deindè, ulterius, *Albert. de Pergam. tr. de præposit. n. 90. & 117.* Add. *can. 3. Caus. 35. qu. 5. canon. 22. caus. 35. qv. 3. can. 2. distinct. 66. can. 56. de consecrat. distinct. 1. can. 31. de pœnit. distinct. 1. can. 6. dist. 84. can. 4. dist. 63. can. 14. caus. 16. qv. 3. Clementin. Fidei Catholicæ. unic. X. de summ. Trinitat. §. Porrò doctrinam. Clementin. dudum. 1. X. de Judic. circ. fin. cap. 23. X. de Elect. §. porrò. cap. 7. X. de sentent. ex comm. cap. 1. X. ut Eccles. be-*

nef. fin. dimin. c.3. X. de divort. c. 1. X. de Cleric. pugnant. c. 7. X. de Privil. cap. 24. & 27. §. porrò cum. X. de offic. & pot. jud. deleg. cap. 5. & 6. X. de Except. cap. 34. X. de Elect. in 6to. l. 38. in fin. princip. D. de condict. indebit. l. 1. §. 10. D. ad SCt. Turpill.

49. Posteà.

Ne ignoretur Adverbii hujus Temporis vel Ordinandi ſedes, poterunt evolvi *cap. 25. X. de Jurejur. can. 63. & 68. de conſecrat. diſt. 4. cap. 24. X. de Reſcript. can. 3. de pœnitent. diſt. 4. cap. 24. X. de Accuſat. can. 2. cauſ. 22. qu. 5. Procem. Inſt. §. 5. §. 23. J. de Actionib. circ. fin. §. 1. 5. & 7. J. de Fideicomm. hæredit. l. 8. C. de Revoc. donat. l. 2. §. 1. circ. fin. D. ſi ex noxal. cauſ. l. 13. D. Rem rat. haber. l. 14. §. 2. D. de condict. furtiv. l. 22. pr. §. 2. & 3. C. de Furt. l. 2. C. de Pignor. l. 23. princ. C. ad SCt. Vellejan. l. 56. in pr. & §. 1. in pr. D. de acquir. rer. domin. l. 35. in pr. D. de Negot. geſt. l. 32. §. 4. D. de recept. qui arbitr. recep. l. 8. C. de Impub. & al. ſubſtitut. l. 29. §. 1. l. 126. §. 1. D. de Verbor. Obligat. l. 9. l. 49. §. 5. l. 48. l. 54. princ. l. 61. l. 68. §. 3. in fin. D. de legat. 3. l. 7. D. de uſur. l. 29. C. de Teſtament. l. 43. §. 4. D. de Rit. Nupt. l. 7. §. 1. D. de Senat. l. 3. §. 7. D. de Suſpect. tutor. l. 11. C. de his quæ ut indign. l. 7. C. de ſecund. nupt. l. 2. C. de legit. hæred. l. 2. §. 4. D. de Excuſat. l. 1. §. fin. D. ex quib. cauſ. maj. l. 138. pr. D. de Reg. Jur. l. 49. §. 2. D. de legat. 1. l. 85. D. pro ſocio. l. 2. §. 7. D. de Admin. rer. ad civit. pertin. l. 4. C. de donat. quæ ſub mod. vel condit. l. 13. C. de pact. l. 1. 2. & 5. §. 6. C. de Advocat. diverſor. judic. l. 4. C. de inoff. teſtam.* Significatum, quod concernit, 1. intervallum ſæpè denotat, aliquando longum, aliquando modicum, aliquando arbitrio judicis definiendum, *l. 5. §. 4. D. de Jurejur. l. 40. D. ſolut.*

matri-

matrimon. l. 1. §. 1. D. de Verbor. Obligat. l. 72. princ. & ibi gloss. in verbo. posteà. D. de contrah. empt. Sæpè inquam. Non semper. Nam & in dubio ponitur, absque intervallo, *Procem. D. quod incipit: Omnem Reip. nostræ. sanct. §. 8. l. 9. §. 10. D. de hered. instit. Moller. ad Constitut. Saxonic. 25. p. 2. n. 3. in fin. Joan. Bertachin. in Repertor. part. 3. verb. posteà. Albert. de Pergam. tr. de præposit. n. 85.* 2. Non solùm intervallum post actum perfectum indigitat, sed etiam actum ipsum inceptum, vel intercedentem intermedium, *l. 15. §. 3. ibiq. Bartol. D. ex quib. caus. major. l. 1. in pr. D. si tabb. testam. null. extab. Bertachin. d. l. Doring. in Bibliotb. JCtor. Theoric-Practic. tom. 1. lit. A. vocab. Adverbium. n. 101.* 3. Ex mente *Albert. de Pergam. alleg. tr. num. 32.* concinit ex amussim cum dictione *Præter*. Quæ æquè includit atque excludit, *Idem ibidem, per l. 1. in fin. D. de Pignerat. act. Auth. Nullus. C. de Episcop. & Cleric. l. 28. §. 2. C. eod. tit.* & textus plures. 4. Significat tempus, quo superius enarrata fuerunt adimpleta. Sicque mentem disponentis dijudicat. Adeò, ut, ubi discrepant verba, vacillet dispositio, *Alex. lib. 2. Consil. 141. Cardinal. Tusch. Practic. Jur. Conclus. tom. 2. Conclus. 334.* 5. Nonnunquam penitus supervacaneum est, atque in oratione abundat, *l. 14. in fin. princ. & ibi Rebuff. D. de Verbor. Signif.* Jam, postquam brevi & levi adumbravimus penicillo potiores Adverbii *posteà* significationes, triplicem annectemus controversiam, inquisituri

I. An pro debito civitatis teneatur, qui eo, quo contrahebatur, tempore nondum erat civis, sed *posteà* suum ipsi nomen est professus? De Jure Negativa verior, per *l. 23. C. de Decurionib.* Sed de modernâ consuetu-

dine Affirmativam præfert *Dn. Peretz. in Comm. Cod. de Incol. & ubi quis domicil. n. 22.* ejusque in se suscipit clientelam, ex hoc fundamento, quod, simulac in civium relati numerum, eodem cum præcedaneis civibus utantur jure, eademq; subeant munera, tanquam membra communitatis, quæ semper eadem. *Gail. de Arrest. cap. 9. n. 20.* Cæterùm, quomodo teneantur pro civitatis debito singuli cives, non quà singuli, sed quà pars universitatis, dilucidè explanavit *Grot. 3. de J. P. & B. cap. 2. n. 1.* & ex parte *Schneidevvin. ad §. 6. J. de Rer. divis. n. 4.* Ut aliorum labores hâc in re facilè videantur superare. Jung. *l. 7. §. 1. D. Quod cujuscunque Universit. nomin.*

II. An onera fundo legato *posteà* imposita onerent fructuarium? Certè, si ejus est exsolvere jam ante exsolvi solita, uti semper est, *l. 7. l. 27. §. 3. D. de usufr.* nisi testator hæredem ad id condemnaverit, *l. 52. D. eod.* aut fructus adæquent, vel, juxta alios, excedant, *Dn. Struv. Exerc. 12. th. 24. Dn. Peretz. in C. de indictionib. num. 28. Roman. singular. 156. posteà* imposita detrectare nequit, per claram *l. 28. D. de usu & usufr. legat.* Confer. *Gothofred. ibid. in not. lit. e.* Quod fallere putat in Emphyteutâ *Maximilian. Faust. à Schaffenburg. in Consil. pro ærar. cl. 12. Consil. 12. Ord. 894.* etiam Ecclesiastico, *Klock. de contribut. conclus. 24.* Ut non pertineant ad eum onera *posteà* ex causâ de novo superveniente indicta, sive modicum, sive longum tempus definitum fuerit. Etiamsi, (quia publicæ functiones sunt onus fructuum, *l. 13. D. de Impens. in res dotal. fact. l. 2. & 3. C. de Annon. & Tribut.* & ille fructus percipit,) onera aliàs ferat, *l. 2. C. de Jur. Emphyteut.*

III. An annullentur sponsalia ex capite fornicationis

tionis *posteà* perpetratæ? Affirmativa patet ex jam *alleg. cap. 25. X. de Jurejur.* non obstante juramento, quod accessit, confirmatorio. Quoniam, (ut habet textus,) in eo talis subintelligenda erat conditio: Si videlicet sponsa in legem conjugii non peccaret, & contra regulam desponsationis non veniret. Et hæc ampliat *Magnif. Dn. Carpzov. in Jurispr. Consistor. libr. 2. tit. 10. definit. 185.* licet præsumptivè saltem fuerit probata. Idemque in sponso ex paritate rationis obtinere, *seq. definit. 186.* solidissimè pro more inculcat.

50. Posteriùs.

Recommendatas sibi habebit B. L. *l. 2. princ. D. de Adm. rer. ad civitat. pertin. l. 29. §. 15. D. de liber. & posth. l. 17. D. de Peric. & commod. rei vendit. l. 47. §. 1. D. de legat. 3. l. 15. D. Quib. mod. pign. solvit. l. 12. D. de Aliment. vel cibar. legat. & can. 18. de pœnitent. distinct. 4.* maximè memorabilem. Germani in nativâ efferunt linguâ nachmahls. Cui verò sit usui, vulgatissimum JCtorum axioma loquitur: *Posteriora derogant prioribus*: Quam uberiori non dedignatus expositione *Cravett. Cons. 374. 570. & 951.* Exempla in toto jure ubivis obvia. Ut aliqua modò crassâ delibem Minervâ, I. Leges posteriores demunt virtutem prioribus, *l. ult. D. de constitut. Princip. §. pen. J. de J. N. G. & C. cap. 1. X. de constitut. in 6to. l. 1. §. 19. in fin. D. de Quæstionib.* Limita, si sint contrariæ iisdem. Secus non rarò per *l. 28. D. de LL.* his declarandis, distinguendis & supplendis illæ inserviunt, exemplo *§. 3. J. de legat.* & reciprocè hæ illis, *l. 26. & seqq. D. de LL.* exemplo *l. un. §. 2. ibi: Si quid autem optimum. & §. 11. cum seqq. C. de Rei Uxor. act. Matth. Stephan. in tractat. Methodic. de Arte juris &*

ris & ejus principiis. cap. 12. n. 12. & 13. pag. m. 83. Dn. Besold. in præcognit. Pand. ad tit. 3. & 4. libr. 1. qv. 26. & 27. Sed nec lex posterior generalis priori speciali præjudicat. Licet, ut volunt aliqui, generalis clausulam derogatoriam habeat, *l. 3. C. de Silentiar. l. final. C. si contra jus. l. 41. D. de pœn. Cardinal. Tusch. Practicar. Jur. Concl. tom. 4. conclus. 36. n. 57. & seqq. & n. 98.* Postquam generi quidem per speciem in jure derogatur, non autem adeò speciei per genus, *arg. l. 80. D. de reg. jur.* 2. Quoniam ambulatoria est hominis voluntas usq; ad supremum vitæ exitum, *l. 14. D. de Adim. vel transfer. legat. l. 3. §. 3. in fin. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 22. D. de legat. 3.* & nemo paganus cum duobus testamentis decedere potest, *l. 27. C. de Testam. l. 7. D. de reg. jur. §. 5. J. de hæredib. instit.* testamentum prius per posterius æquè perfectum rumpitur & redditur irritum, *§. 7. J. Quib. mod. testam. infirm. ibiq; Dn. Ludvvell. & Schneidevvin. Viv. 1. decis. 13. Cravett. Consil. 143. Pantschman. Quæstion. Practicar. libr. 2. qv. 10. 13. 16. & 17.* Et quidem ipso jure, citra clausulam de annullandâ dispositione priori abundanter adjectam, *§. 2. J. Quib. mod. testam. infirm. l. 27. C. de Testam. l. 18. D. de legat. 3. Novell. 107. cap. 2. Magnif. Dn. Præses. Centur. regul. jur. regul. 100. fol. 271. n. 11. 14. 15. & seqq. & in tr. de pact. ad l. 12. C. de pact. n. 14.* Conf. *Anton. Merend. Controv. jur. lib. 4. cap. 50.* Sive in posteriori hæres fuerit ex asse institutus, i. e. ex tota hæreditate, sive ex parte, *§. 3. J. quib. mod. testam. infirm. l. 29. D. ad SCt. Trebell. Dn. Ludvv. Exerc. ad J. 8. th. 7. lit. c.* Etenim ex eâdem ratione ad totam hæreditatem res illa certa trahitur, *l. 1. §. 4. D. de hæred. instit.* Nec salvari poterit prius jure directo, si, ut etiam

illi

illi suum permaneret robur illæsum, in *posteriori* cautum. Sed recidit ad causam fideicommissi. Ut hæres prioris fideicommissarius ab hærede *posterioris* fiduciario, deductis rebus ipsi datis, aut suppletâ Trebellianicâ, (quam ob convenientiam ratione quantitatis, quartæ scil. partis, seu quadrantis, Falcidiam nuncupat §. 3. *J. Quibus mod. testam. infirm.*) residuum nanciscatur, non ex priori, quod per *posterius* ruptum, sed ex *posteriori* testamento. Jung. *Magnif. Dn. Præs. in tr. de pact. ad l. 8. C. de pact. int. empt. & vendit. n. 10. & 11. & d. Reg. Jur. 100. num. 20.* Quomodo autem intelligatur testamentum *posterius*, quædam in priore testamento immutans, adjectâ generali clausulâ confirmatoriâ, eorum, quæ immutata manserunt, ex *Hartm. Pistor. lib. 3. qv. 29.* item, num præsumatur voluntatem mutâsse, qui, immemor prioris testamenti apud Acta constituti, aliud ibidem disponit *posterius*, ex *Modestin. Pistor. qv. 17.* & an juramentum ad futura testamenta habeat vim clausulæ derogatoriæ, ejusque specialis facienda mentio, ut per secundum testamentum primum tollatur, ex *Anton. Merend. d. l.* & *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 32. th. 38.* addiscendum. Add. *th. 39. 40. & 41.* Conf. *Magnif. Dn. Præses. d. Reg. 100. n. 12. & 20. in fin. & in tr. de Testam. ad l. 27. n. 19. & seqq.* 3. Contractus, transactiones, conventiones, fœdera & pacta priora alterantur per posteriora, per *l. 12. C. de Pact. l. 1. pr. l. 7. §. 7. l. 27. §. 2. l. 58. D. eod. princ. Inst. de Replicat.* Sin utriusque consensu inita, *l. 17. §. 3. D. commodat. l. 11. C. de contrah. empt. l. 11. C. locat. cond.* prioribus contraria, & æquè de jure valida & perfecta sint, *d. l. 7. §. 10. D. de pact. l. 3. & l. 7. D. de rescind. vendit. l. 1. D. de Novat. arg. l. 27. C. de Te-*

de Testam. Magnif. Dn. Præses. in tr. de pact. ad l. 12. C. de pact. n. 6. 14. & 15. ad l. 25. C. eod. n. 22. atq; ad l. 8. C. de pact. int. empt. & vend. n. 5. 6. 10. 11. & d. reg. 100. fol. 269. n. 2. 9. 10. 19. & 20. Gilken. ad l. 12. C. de pact. n. 15. Non tamen ipso jure sed facto hominis, ope nimirùm exceptionis seu replicationis. Quia merus consensus, in quo pacti consistit substantia, facti est. *Magnif. Dn. Præses. d. reg. 100. n. 4. & 5.* & ab Eo allegat. *Coras. Miscell. jur. civil. libr. 2. cap. 16.* 4. Quia per investituram abusivam utile dominium ordinariè non transfertur in Vasallum, nisi in certis casibus, *arg. l. 20. C. de pact. Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feudal. cap. 8. Aphorism. 9. n. 1. 2. & seq. 7. Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 11. lit. b. Schneidevv. de feud. part. 4. n. 9. 10. 11. Dn. Schnobel. disp. feudal. 5. th. 7.* igitur, illis exceptis, regulariter ex duobus abusivè investitis præfertur *posterior*, cui tradita feudi possessio, priori, qui ante eum investitus. *Magnif. Dn. Struv. cit. cap. 8. n. 5. & 6. Dn. Schnobel. d. disp. feudal. 5. th. 11.* Idem, si duobus res vendita, aut donata, & posteriori prius tradita, *l. 15. C. de Rei vindic. Cardinal. Tusch. Pract. Jur. Concl. tom. 8. conclus. 344. verb. Traditio.* Non tamen procedit brocardicum 1. in pignore, ejusque intuitu in concursu creditorum. Ubi creditor prior tempore potior est jure, nisi lex disertè prioritatem indulserit, *cap. 54. de Reg. Jur. in 6to. l. 2. pr. l. 10. D. & l. 2. l. 4. l. 7. l. 8. C. qui pot. in pign. l. 74. D. de Reg. Jur. Wesenb. in Parat. Qui pot. in pign. n. 3.* Vid. non multò post subsequens Adverbium *Potius.* Et 2. in sponsalibus. Siquidem priora *posterioribus* regulariter præferuntur. Etiam, si altera pars condonare velit, quando ad posteriora accessit concubitus, *cap. 1. & ult. X. de sponsa duor.*

ſa duor. Beuſt. de ſponſal. cap.10. §. 14. Magnif. Dn. Carpzov. loco proximè inferiùs allegato, def. 63. & 65. Schneidevv. in Com. J. tit. de Nupt. p.1. n.8. & ſeqq. & ibi Weſenbec. in not. lit. B. Niſi (1) *poſteriora* pura, & priora conditionata, *Magn. Dn. Carpzov. in Juriſpr. Conſiſtor. libr.2. tit. 4. def. 70. Beuſt. d. tr. c. 19.* (2) *poſteriora* publica, anteriora autem clandeſtina, nec copula carnali confirmata, *cap. 2. de clandeſtin. ſponſal. Magnif. Dn. Carpz. d. l. def. 69. & in Jur. For. p. 4. c. 19. def. 7. Magn. Dn. Præſ. deciſ. 8. n. 42. 55. & ſeqq. Beuſt. cap. 14. Schneidevv. d. p. 1. n. 24.* (3) *poſteriora* benedictione ſacerdotali confirmata, *Magnif. Dn. Carpz. ibid. def. 66. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 29. th. 16.* Aut (4) *poſteriora* de præſenti, priora de futuro, *cap. 22. X. de ſponſal. Magnif. Dn. Struv. all. loc.* De reliquis, in quibus vel procedit, vel fallit hæc maxima, ex his judicator. Illud univerſale, non derogare *poſteriora* prioribus, quando non æquè firma & perfecta, nec adverſa, ſed conſona prioribus, compatibilia, & anteriorum confirmatoria, *§. 4. J. Quib. mod. teſtam. infirm.* Perindè eſt, ſi primum deroget ultimo, *l. 12. §. 3. D. de legat. 1. Magnif. Dn. Præſes in tr. de pact. ad. L. 8. C. de pact. n. 10. 11. 12. & d. reg. 100. n. 20. fol. 272. Donell. ad eand. 8. C. de pact. n. 2.*

51. Poſthàc.

Quaſi poſt hoc tempus, reſpicit futurum, *l. 9. C. de bon. proſcript. l. un. C. de Nil. agger. non rump. l. 11. §. 1. de Advocat. diverſor. judicum.*

52. Poſtmodò. Poſtmodùm.

Intueberis *l. 26. D. de Negot. geſt. cap. 24. & 25. X. de Reſcript. cap. 8. X. de conſuetud. cap. 2. X. de Fil. Presbyter. cap. 32. & 33. X. de offic. & pot. jud. deleg. cap. 29. X. de V. S.*

53. Poſtquàm. Poſteaquàm.

Adverbia temporis ad præteritum referuntur. Eoque, quia sui naturâ perfectum significant, deflectunt à particulâ CUM. Quæ, sine vi conditionali prolata, nec verbo plenam desideranti perfectionẽ adjecta, temporis inchoati est nota, *l.217.in pr.ibiq; Gœdd.n.3. Alciat. & Dn.Wegner.D.de V. S. Calv. in Lex.Jur. voc.postquam.* Ex quo conjicit scitè *Arn. Corv. à Belderen. in Com.ad eand. l.217.pr.D.de V. S. lit.a.* inibi conditionem primam, *cum fari potuerit*, statim, cum quis primùm potest loqui, impleri, non it. alterã, *postquam fari potuerit*, utpote quæ tempus aliquod successivũ designaret. Propterea, præterquam quod modum importent & conditionem, *l.43. §.fin.& ibi gl. D.de legat.2. Bartol.in l.40. §.5.n.7. D. de condit. & demonstrat.* uberioris aliquantulum sunt significationis, & actus demonstrant perfectionem, *Bard. tr. de temp. util. & contin. cap.11. n.9. Döring. in Bibl. JCt. Theor. Pract. tom. 1. lit. A. voc. Adverbium. n.102. in fin.* Conf. *Joan. Bertach. in Repertor. part.3. voc. post. & Alb. de Pergam. tr. de præposit. n.82.& 138.* Add. *l.7. C. de hæred.vendit. l.2.§.1. l.6.pr. D. de pœn. l.35.pr. D. de Negot.gest. l. 1. C. de calumn. l. 9. pr. D. de Jurejur. l.4. l.9. C.de Pact. l.15. §.33. D. de damn.infect. l.3. D. de pact. l.1. C.de fidejuss.minor. l.4. §.2. C.de Advocat. diversor. judic. l.52. D. de stat. liber. l. 21. D. de compensat. l 1.pr. l.9. D.si tabb.testam. null.extab. l.5. D. ut legat. caus. caveat. l. 43. D. de hæred.petit. l. 10. D. rem pupill. salv. for. l. 43. D. de pecul. cap.3. & 34. §.quod autem. X. de elect. cap.23. X. eod. in 6to. cap.3. & 32. X. de offic. & pot. jud. deleg. cap. 1. X. de Accusat. in 6to. can. 21. caus.25. qv.2. can.61. 78. & 88. de consecrat. dist. 4. can. 99. caus.16. qv. 1. can.13. caus.13. qv.2. can. 11. dist.50.* At cum fundamentum Adverbii nostri ostensuri, meminerimus *l.9.pr. D. de jurejur.* insinuantis, denegari actionem, *posteaquam* juratum est, pro nucleo ejusdem eò citiùs assequendo monendum,

nendum, loqui textum de juramento voluntario litis decisorio. Ne obstent. *l. 31. D. de jurejur. & l. ult. C. de reb. credit. Bronch. Cent. 2. assert. 26.* Estque ratio assertionis, quod jusjurandum ex conventione partium delatum, speciem transactionis habeat, *l. 21. D. de dolo. l. 2. l. 35. §. 1. D. de jurej.* ideoque, cum juratum, vel juramentum remissum, non quæratur, an debeatur, sed an juratum aut remissum juramentum, *§. 11. J. de act. l. 56. D. de re judic. l. 5. §. 2. & fin. D. de jurejur. l. 6. l. 9. §. 1. D. l. 8. C. eod. Magn. Dn. Struv. Exerc. 17. th. 38. in fin. & alleg. ab Eod. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 24. cap. 13. lit. h. & i.* Unde ejusmodi juramentum nec perjurii prætextu, nisi specialiter in conventione hoc exceptum fuerit, *l. 1. C. de reb. credit. l. 21. & 24. D. de dolo.* nec ob instrumenta noviter reperta, retractatur, *l. 10. l. pen. C. de Transact. l. 9. §. 5. l. 31. in fin. D. de jurej. l. fin. C. de reb. credit. Magn. Dn. Struv. d. Exer. 17. th. 50. 55. & 56. & Exerc. 6. th. 57. Bronch. d. l.* nec ab eâdem appellatur, *Zoes. in Com. D. tit. de jurejur. n. 48.* Conf. *Bachov. in Animadv. & Habn. in Obs. ad Parat. Wesenb. tit. eod. n. 13. Borchold. in tr. de jurej. cap. fin. n. 17. Carocius de juram. lit. decis. qv. 49. in pr. Dn. Vinn. in Comm. ad d. §. 11. J. de actionib.* & *Dn. Ludvv. p. m. Exerc. ad J. 17. th. 2. lit. l.* Hæc de intuitu ejus, qui detulit juramentum, intelliguntur. Quomodo autem ei, cui delatum, consulatur exceptione, vel actione in factum, *ex dd. txx. & Autorib* præprimis *l. 9. pr. D. de jurejur. §. 4. J. de except. §. 11. J. de action. l. 11. §. 1. & 3. D. de jurejur. Dn. Struv. Exerc. 17. th. 50. Dn. Ludvv. cit. loc. & Borchold. de jurejur. cap. 8. n. 9. & seqq.* hauriendum.

54. Postremò. Postremùm.

Postremum, quem nullus sequitur, aut qui solus est, intelligimus. *l. 2. C. de Suis & legit. c. 1. X. de crim. fals. can. 14. de pœnit. dist. 4. c. 36. X. de Appellat.*

55. Potenter. Potentius.

Quo derivatis hisce Adverbiis oriatur lumen, ad primitivum, Adjectivum POTENS, confestim convertimus calamum. Quod ut ut ex pluribus legibus, veluti ex *l. 6. §. 2. D. de Offic. Præsid. l. 3. in pr. D. de Alienat. judic. mutand. caus. fact. l. 1. C. de General. Abolit. l. 13. D. de Rit. Nupt. pr. J. de Nupt. & l. 30. D. Quand. dies legat. ced.* (ubi viri *potens* dicitur fœmella nubilis ætatis, annos nata duodecim, *l. 10. pr. D. de Condit. & demonstrat. l. 68. D. de Jur. dot. princ. J. Quib. mod. tutel. finit.*) atque ex pluribus aliis; Maximè tamen ex *integro tit. C. Ne liceat potentioribus patrocinium præstare litigantibus, vel actiones in se transferre*, stabilire licet. Ut si ad hunc direxerimus Stylum, minimè videamur perdituri oleum & operam. Cum verò *potens* Juri Nostro audiat aliquis, vel ratione officii, vel ratione facultatum & divitiarum, vel ratione privilegii, primo & secundo modo *potens*, per *L. 1. C. d. tit. Ne lic. potent. ibi: potentiorum domorum opibus in allegato* intelligitur *titulo, arg. l. 11. C. de his quæ vi metusve caus. Gothofred. in Rubric. d. tit. C. Cujac. in Paratit. & Pacius. in Methodo, ibid. n. 2. Menoch. de præsumpt. libr. 3. præsumpt. 129. & 130. n. 37. Dn. Hulderic. Eyben. in Observ. Theor. Practic. ad Dn. Peretz. Comm. in C. ad cit. tit. Ne lic. pot. n. 1. lit. a. Sande. de cession. act. cap. 4. n. 8. Dn. Brunnem. tr. de Cession. act. cap. 2. n. 22. 23. 24.* contrà *Trentacinqv. libr. 2. Resol. 2. de postulando. n. 6. & Sichard. in Rubric. d. tit. C. n. 2.* Cui similis quoque, qui ob singularem Principis gratiam eminet atque præponderat. *Dn. Perez. d. n. 1.* Sed fori privilegio extrà singulare statutum nolim eundem tribuere effectum, quod hîc non de rei, qui istud posset allegare, sed de actoris actionem transferentis ludatur corio. *Sande. de Cession.*

ſion. act. c.6.n.7. Dn. Eyben. d. l. lit. c. Dn. Brunnem. alleg. loc. n.25. & ſeqq. Cujac. libr. 8. Obſ.31. Beat. Dn. Frantzk. libr. 1. Reſol. 10.n.10.11.12.13.14. 19.20.21. & 55. Igitur, quoties vel munium eminentiâ vel Principis gratiâ, vel opulentiâ etiam, præcellit atque antecellit cedentem & eum, contra quem facta eſt ceſſio, (eſto enim utroque potentior, *l. 1. C. d. tit. Dn. Brunnem. n. 20.* (ceſſionarius, arbitrariam hic pœnam luit, & cedens jure omni excidit, *l. 2. C. Ne lic. pot.* ad inſtantiam partis, cui, non fiſco, pœna cedit, non ipſo jure, nec ex officio judicis mero. *Dn. Frantzk. n. 60. cum Hilliger. in Donell. Enucl. libr. 18. cap. 11. lit. M.* Sanctionis aſſignant rationem *Dioclet. & Maximian. Impp. in l.1.C.eod.ex Conſtitutione Divi Claudii* ne potentiorum domorum opibus nitantur potius quàm ſuo Marte diſcurrant judiciariæ lites. Idque crediderim obtinere hodie num. Niſi aliud alicubi ſpecialiter inductum. Quare enim ſtare prohiberetur, quod non immutatum, *l.27.C. de Teſtam.* Diſſentit *Dn. Grœnweg. de LL. abrogat. ad l. 2. C. Ne lic. potent.* notatus eo nomine *Dn. Eyben. d. l. lit. d.* Dummodò, (quod generale & neceſſarium requiſitum) fraudulenter & malitiosè ad opprimendum per ceſſionarii potentiam, adverſarium, non bonâ fide, facta fuerit ceſſio, *arg. l. 9. C. de Procurat. l. 31. C. locat. Cardinal. Tuſch. Practic. Jur. Concluſ. lit. P. concl. 461. n. 5. Trentacinqv, d. l. n. 15. Dn. Eyben. d. l. lit. b. Magnif. Dn. Præſes. deciſ. 36. n. 6. 7. 8. 9. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 47. th. 66. Dn. Frantzk. n. 53. 54.* Quæ fraudis ſuſpicio ex probabilibus conjecturis eliditur omninò, quandocunque egenus potenti adverſus potentem ceditactionem, *Trentacinqv. d. l. n. 8.* Item ſi ex certâ, juris ignorantiâ, *Id. n. 12. Dn. Frantzk. n. 41. & ſeqq. usque ad n. 57. Tuſch. d. l. concl. 462. n. 4.* aut in ultimâ voluntate, *Tuſch. lit.*

C.concl.208.n.7. aut ob æris alieni ſolutionem, *arg. l. 10. pr.* D. *de alienat. judic.mut. cauſ.fact.* ſenectutem, negotiorum multitudinem, & ancipitem corporis valetudinem, vel à minore, Eccleſiâ, aut Univerſitate, vel in crimine pœnam ſangvinis inferente ab eo, qui carcere incluſus, fiat ceſſio. D*n. Brunnem.n.33.34.35.* D*n. Frantzk.cit.numer.* Non indiſtinctè, cum pater ceſſit filio, *Idem.n.32.Sande.n.10.11. & 12.* D*n.Frantzk.n.50.51.Mager.de Advoc.arm.cap. 1. n.92. & ſeqq. Tuſch.d.Cond.462.in fin.* neque ſi gratuita ceſſio, animoq; donandi facta, *l.1. C.all.tit.ibi: Vel uſurpatos gratia vel redẽptos.* Quicquid ſit. Cedens quidẽ tunc, excluſo ita dolo, causâ nõ caderet. At ceſſio non ſtatim ideò teneret. Minus multo ceſſionarius à pœnâ arbitrariâ immunis foret, niſi ipſemet quoque fraudis expers, per ea, quæ expoſuere *Dn. Frantzk. n.54. & ſæpè commendatus Dn.Brunnem.n.36.* Vide *Eundem in C. ad crebrò cit.tit. Ne lic.potent.* & pete ex *Dn. Frantzk. n. final. 62.* quousque in caſu ceſſionis potentiori factæ opponi poſſit cedenti exceptio *l.2.C.cit.tit.* Eo coërcetur modo actoris dolus! Si attentaverit idem reus, offerendo creditori in ſolutum *potentioris* ſui debitoris obligationem, decretam in bona executionem oblatione hâc non eludet aut elidet. *Magnif. Dn. Carpz. in Proceſſ.tit.25.artic. 6.n.10. & ſqq.* Jung. *tit.* C. proximè inſequens, & noſtro affinis: *De his qui* POTENTIORUM *nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt.* & ad *eundem* D. *Peretz. in Comm. n.1.* item *tit.* D. *C. &* D*ecretal. de alienatione judicii mutandi causâ factâ.* & in ibi D*n. Frantzk* D*n.Zaſ. &* D*n. Peretz. in Comment.* D*n.Hahn. in Obſ. ad Parat. Weſenb.* D*n. Brunnem. in Repetit. Weſenb.* D*n. Struv. Exerc.8.th.87. & ſeqq. Vallenſ. in Paratitl. Decretal.eod.tit.* Qui quomodo diſceſſum faciat

à *tit.*

à *tit. C. Nelic. poteut.* docuerunt Dn. *Frantz. d. Resol. 10. n. 18.* & Dn. *Brunnem. all. tr. de cession. act. cap. 2. n. 29. & 30.* Tribus demùm in fine notabis ex *Bald. in l. 2. C. Commun. de legat.* potentius trahere ad se minus potens.

56. Potius. Potissimè.

Pro intelligendo eò melius Comparandi atq; Eligendi Adverbio POTIUS, quod idem designat, quod PRIUS, operæ erit pretium legisse *cap. 17. X. de Sponsal. can. 41. Caus. 23. qu. 4. can. 1. & 22. de pœnit. dist. 4. cap. 21. X. de Jurejur. cap. 24. X. de Offic. & pot. judic. deleg. l. 17. §. 2. D. Ad SCt. Vellejan. l. 2. C. de Præscript. 30. vel 40. annor. l. 1. pr. D. de Orig. Jur. l. 11. in fin. C. de Secund. Nupt. l. 17. D. de Peric. & comm. rei vendit. l. 219. D. de Verb. Signif. Novell. 7. cap. 3. §. 1. l. ult. D. de Constitut. Princip. l. 1. C. Nelic. pot. l. 5. D. de LL. l. 28. D. de Jur. fisc. l. 7. §. 2. in fin. l. 11. D. de Senatorib. l. 5. C. de Offic. Rector. Provinc. l. 24. §. 2. D. de Reb. autorit. judic. possid. l. 80. & l. 128. pr. D. de Reg. Jur. tot. tit. D. & C. Qui potiores in pignor. & tit C. de Potioribus ad munera nominandis. libr. 10.* In quo, nec non in *l. 7. princ. D. & l. 46. C. de Decurionib.* intelliguntur *potiores* tàm gradu generis, quàm substentiâ rei familiaris, & optimis in Remp. meritis. *Dn. Perez. in C. de Potioribus ad muner. nomin. n. 1. & 2. Gothofred. ibid. lit. a. 6. c. Calvin. in Lexic. Jur. vocab. Potiores.* ex *Paulo lib. 2. sentent. tit 28. & Cujac. ibid.* Aliquando etiam omissum subauditur istud Adverbium *Potius*, *l. 2. §. 6. in fin. D. de Judic. l. 7. D. deposit. l. 49. §. 3. D. de Legat. 1. l. 2. D. de Reb. Credit. l. 20. in fin. D. de acquir. vel omitt. hæredit.* Confer. *Albert. de Pergam. tr. de Præposit. n. 84. &* Döring. *in Biblioth. Jctor. Theor. Pract. tom. 1. lit. A. Vocab. Adverbium. n. 103.* Quid prosit, scire si anhelas, voto respondebunt ex asse sequentia brocardica. Primum est in *l. 11. l. 32. l. pen. D. de pœn.* Pœnæ *potius* sunt molliendæ, quàm exasperandæ. Secundum

cundum in *l. 8. C. Qui pot. in pign. cap. 54. X. de Reg. Jur. in 6to.* Qui prior tempore, *potior* etiam jure. Et Tertium in *l. 125.* D. *de Reg. Jur. l. 38. in fin. princip.* D. *de Re Judicat. & c. 11. X. de Reg. Jur. in 6to.* Favorabiliores rei *potius*, quàm actores, habentur. Singula profectò digna, quæ ſine expoſitione non dimittantur. Primum ſicuti intelligitur, cœteris paribus, niſi vel frequentia vel enormitas delicti ſvaſerit aliud, *arg. l. 16. §. 10. final.* D. *de pœn.* ita maximè de caſu dubio accipiendum. Quemadmodum, quando pœna rotæ ſimpliciter indicitur, ille modus intelligitur, quo, ad minuendos dolores, & maturandam rei mortem, caput & cervix primùm contunduntur, non brachia & crura, **nicht von unten auff.** *Magnif.* Dn. *Præſes. Centur. Regular. Jur. Reg. 3. fol. 72. n. 41. 42.* Eique *alleg. Magnif. Dn. Carpz. in prax. Criminal. part. 3. qu. 128. n. 66.* Secundum id operatur, ut etiam is, qui unà tantùm horâ vel horæ puncto prior eſt, præferatur, & habeatur *potior. Magnif. Dn. Carpz. part. 1. Conſtit. 28. def. 111. n. 1.* ſicque prioritas temporis non ex dierum tantum & menſium, ſed etiam ex horarum & momentorum intervallis æſtimetur. *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 26. th. 27. Gail. lib. 2. Obſ. 25.* Et quidem promiſcuè in omni ſpecie pignoris. *Magnific. Dn. Struv. Exerc. 44. th. 52. 53.* Soli Chirographarii ſine ullâ causæ vel temporis prærogativâ admittuntur, *l. 6. C. de Bon. aut. judic. posſid. Magnific.* Dn. *Carpz. d. Conſt. 28. def. 158.* Confer. Dn. *Habn. in Obſ. ad Paratitl. Weſenb. tit. Qui pot. in pignor. n. 1. Berlich. p. 1. Concl. 65. n. 155.* & qui materiam hanc pertractavit ex fundamento *Magnif.* Dn. *Præſes. in tr. de jur. & privileg. Creditor. cap 3. fol. 281. 283. 286. cap. 4. fol. 304. & 419. & cap. 5. fol. 494. 497.* tertium procedit in eis quæ ad deciſionem cauſæ ſpectant, non autem in præparatoriis judiciorum Vid. *Gothofred. in not. ad l. 125. D. de Reg. Jur. lit. O. & Broncborſt. in Comm. ibid.*

57. Pravè.

Idem quod distortum, non rectum, perversum, prouti ex *Cic. lib. 2. d. finib.* deducit *Calepin. h. v.* Refertur etiam ad animum, ita ut concordet cum adverbio malè: hinc quæritur, (cum pravitas idem sit ac malitia) an ætatem suppleat pravitas in contrahendo matrimonio? De jure quidem civili negandum arbitramur quæsitum; Æstimat enim illud contrahendi potentiam ex numero annorum completo, videlicet si fœmina annum duodecimum, & masculus decimum quartum confecerint. *pr. Inst. quib. mod. tutel. finit. Schneidew. ad tit. Inst. d. Nupt. part. 2. n. 10. junct. l. 4. d. Rit. Nupt.* Sed jus canonicum quod non annos, sed gignendi valentiam attendit) utique istam malitiam viros perficientem admittere videtur, *c. puberes, c. d. illis, X. d. desponsat impub. add. Joseph. Mascard de probat. vol. 2. conclus. 888. n. 10.* qui duos casus in impuberibus animadvertendos esse inculcat, primus, si quando de facto probata fuerit coëundi potentia, quod scilicet impuberes se mutuo cognoverint: secundus, quando alias apparet, impuberem cum aliis extra matrimonium coisse: Adponantur huic uberius fusiusque in hoc materiæ genere agentes, *Covarruv. d. matrim. part. 2. tom. 1. cap. 5. de ætat. in matrim. requisit. n. 6. p. m. 167. lit. b. ex Gloss. in summ. 20. q. 1. Borcholt. ad pr. Inst. d. Nupt. verb. masculi puberes.*

Pravitatis suæ præmium nemo capere debet, *l. 31. pr. de recept. arbitr.* Unde etiam debitor malitiosè solutionem retardans, moramque nectens condemnatus in judicio ad solvendum, usuras, quamvis sortem pendente lite æquarint, solvere tenetur, per *l. 35. ff. de usur. vid.*

Magnific. Dn. Præses. Patronus ac Promotor noster ubiq; observandissimus Decis. part. 2. decis. 74. n. 97.

58. Præcisè.

Adverbium hocce duplici potissimum modo accipi posse certum est, & quidem (1.) quatenus idem significat quod breviter, concisè, abruptè, quasi adhuc aliquid restet, & subintelligendum sit. Germanicè: kurtz rund. v.g. Si quis de re ardua interrogatus paucissimis saltem verbis & conciso loquendi modo respondeat, tunc *præcisè* & cum compendio sermonis respondisse dicitur. *vid Calvin. Lex. jurid. voc. Præcisè.* Quo sensu etiam Gellius hoc adverbio usus est, quando ait: Obscure & *præcisè* hoc dictum. *Vid. Martin. Lex. Philolog. adverb. præcisè* (2) quatenus idem significat quod *necessariò* & maximam indicat necessitatem, qs. sc. omnis spes ita esset præcisa atque amissa, ut necessitas hoc vel illud *præcisè* postulet. Sic dicimus: Hoc *præcisè* requiritur, i. e. hoc necessariò & ita requiritur, ut requisito hoc deficiente res ipsa plane nulla sit. Eodem sensu necessitatem quoque *præcisam* vocamus, quæ extrema est, urgens, inevitabilis, & qs. ultimum refugium. Die höchste und euserste Noth. Et de hujus effectu pauca addere operæ pretium est. Tali enim efficacia *præcisa* gaudet *necessitas*, ut propter illam contra jura ordinaria aliquid statui possit, quod factum dicitur ex supremo dominationis jure vel dominio superemimenti, veluti si annonæ caritas Remp. quandam premeret & nulla planè adsint victualia, nisi penes civem quendam, qui tamen illa vendere recuset, atque sic periculum sit, ne reliqui cives fame pereant, tunc magistratus intuitu *præcisæ necessitatis* cogere potest illum, qui copiam frumenti habet, ut illud civibus reliquis & egenti-

bus

bus vendat. Nec obstat, quod emtio venditio sit contractus utriusque consensu initus & voluntarius. *l. 1. ff. de contrab. emtion. pr. Inst. eod.* ita ut rescindi debeat, si consensus vi vel metu extortus sit. *l. 11. l. 43. C. d. t. l. 5. C. de O. & A. l. 1. C. de rescind. vend.* Respondetur enim, hoc non procedere in casu *præcisæ & extremæ necessitatis*, quæ hoc *præcisè* quasi voluit. *Vid. l. 1. & 2. C. ut nemini lic. in emtion. specierum se excusare. l. 1. §. 11. ff. de offic. præfect. urb.* Francisc. de Amaga *ad d. t. C. n. 10. & seqq.* Sic etiam in casu *præcisæ necessitatis* subditis invitis bona sua auferri possunt quamvis aliàs nemini invito res sua sit auferenda, *juxta vulgatam regul. jur.* Nam in necessitatibus Leges non observantur, *arg. l. 11. §. 2. & ibi Gothofred. in Not. lit. A. ff. de Munerib. & honorib.* Magnif. Dn. Richter. *cent. reg. jur. regul. 46.* imò ipsæ quoque in Leges in casu necessitatis mutari possunt & debent, modo hæc mutatio in utilitatem Reip. redundet. *Vid. Capitulatio Carol. V. articul. 1. ibiq.* Limn. *in Not. verbb.* wo Noth. Cæterum hac occasione quær. An ob præcisam necessitatem insimulque utilitatem publicam aliquid statui possit contra honestatem? quam quæstionem latè & eleganter deductam & certo respectu affirmativè decisam exhibet Magnif. Dn. Richter *in peculiari disput. de supremo Dominationis jure th. 5.*

59. Præcipuè.

Dictio *Præcipuè* eadem pollet significatione, quâ *potissimum, maximè*, vornemlich. Dicitur autem præcipuè à præcipiendo i. e. præcapiendo, à quo etiam vocabulum *Præcipuum* deducitur, cujus non exiguus in jure nostro usus est. *Præcipuum* namque id dicimus, quod uni vel alteri heredum ita legatum est, ut præcipiatur vel pri-

us capiatur, quam judicio familiæ hercisc. hereditas in partes dividatur. Dicitur etiam prælegatum, præceptum, Germ. **Ein Voraus/ das einem Voraus vermacht worden.** Quær. autem de hujusmodi *Præcipuo* vel *prælegato*: Anne heres fiduciarius portionem suam restituere rogatus etiam prælegatum & præcipuum suum restituere debeat? Et Resp. quod hæc quæstio sit voluntatis. Etenim si testator simpliciter dixerit, quod heres fiduciarius suam portionẽ, vel quicquid ex hereditate ad ipsum pervenerit, restituere debeat, tunc etiam prælegatum restituendum putamus, quippe quod pertinet ad fiduciarii portionem, & ad illum ex hereditate defuncti pervenit. *l. 3. §. 4. l. 18. §. ult. ff. ad SC. Trebellian. l. 7. C. de fideicommiss.* Secus verò est, si testator dixerit, quod portionem hereditariam, (**seinen Erbtheil**) restituere debeat, cum hoc casu prælegatum sub parte hereditaria non complectatur, sed revera legatum sit, & sic minimè restituendum, nisi id expresserit testator. *dd. txx. l. 96. ff. de Legat. 3.* Et ita sentiunt *Fachin. lib. 1. controv. c. 16.* Sande *Decis. Frisicar. l. 4. tit. 5. def. 12.*

60. Precariò.

Ablativus vim adverbii habẽs secundum *Decimator. Thesaur. lingv. h. t.* vel dativus secundum *Calepin. dict. h. v.* idemque est ac precibus, sollicitatione. *l. 19. pr. d. precar. l. 14. §. 11. d. furt.* Est autem precarium, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur, *l. 1. pr. ff. d. precar.*

Ad precarium autem quinque requisita pertinent, (1) preces, (2) concessio precaria & quidem (3) rei non alienæ, (4) avocatio pro lubitu & (5) specialis cautio de resti-

restituendo, *vid. Dn. Præses part. 2. decis. 98. n. 65. ex Rofred. tract. ordin. jud. ad rubr. d. precar. n. 3. fol. 100. & Everhard. loc. topic. à commodato ad precar. 32. Oldendorp. class. 4. act. 16. n. 5.*

Facit autem precarium emptorem præcisè cogi ad tradendum, paritque actionem ex empto emptori contra venditorem ad traditionem rei. *l. 58 in fin. d. pact.* Aliter tamen se res habet, si tempore constituti precarii constituens non possedisset, *arg. l. 32. §. 1. de Acquirend. possession.* item si res esset incerta, cum super ea precarium non valeat: multo minus procedit in clausula, quod nomine emptoris possideat; tunc etenim agi oportet vel rei vindicatione, vel uti possidetis ad rem, non actione ex empto ad tradendum, *vid. de hoc aliosq; Bertachin. Repert. Jur. h. t.*

Cum quid precario rogatum est non solum interdicto, sed & incerti condictione seu præscriptis verbis uti possumus. *l. 19. §. 2. d. precar.* cui non officit *l. 14. §. 11. d. furt.* ubi Ulpianus actionem civilem planè denegat: sed hæc loquitur de actione civili nominata, adeoque contra nos non facit, quoniam de actione innominata scilicet præscriptis verbis sermo ibidem institutus fuit.

Quando rustici dicunt se aliquandiu operas precario præstitisse, dominus verò suo jure se illas exegisse asserat, quæritur, cui in dubio probatio adjudicari debeat? Domino sanè eandem non incumbere arbitror, quoniam minimè præsumitur delictum illud, quod dominus subditos suos ad servitia trahere insolita, abutique jurisdictione vel potestate suâ velit, *arg. l. 51. pr. soc. Carpzov. resp. lib. 1. tit. 6. respons. 56. n. 5.* præprimis cum iterum at-

que sæpius ejuscemodi impudicæ frontis subditi reperiãtur, qui naturalem vindicare libertatem, seque debitis subtrahere servitiis satagunt: quapropter onus probandi rebus sic stantibus in rusticos rejicimus, *vid. Dn. Præses p. 2. decis. 98. n. 46. & seqq.* ubi plura argumenta, quæ pro & contra proferri solent, uberrime adducuntur, adeoque eundem ad locum nos, in re recensenda, quippe breviter agentes B. Lectorem remittimus.

Quandocunque concedens voluerit, precarium revocari potest, *l. 1. pr. h. t.* tametsi etiam adjectum sit tempus, usque quo uti habeat. *l. cum precario. 12. ff. h. t. Dn. Struv. Syntagm. jur. civil. Ex. 6. th. 25.* Interim tamen si talis concedens precariò, vellet sine causà revocare precarium illicò cum maximo damno illius, cui concessum est, merito repellitur obstante doli exceptione, *add. Arnold. Reyger thesaur. jur. h. v. n. 3. ex Hipp. d. Mars. in sing. 363. & Petr. Gregor. in part. jur. canon. lib. 3. tit. 7. Scotan. Exam. Juridic. h. t. q. 6. Vultej. cons. Marpurg. vol. 3. cons. 13. n. 1. Bald. in l. 2. C. Commodat. Alexand. in l. ff. h. Abb. c. fin. x. h. t. Rittershus. ad §. 2. Instit. q. mod. re contrah. Obligat. Accurs. thesaur. h. v.*

Præstatur autem in precario tantum dolus & lata culpa, licet in commodato levissima observetur. Ratio differentiæ est, quia precarium semper revocari potest commodatum minimè. *l. 8. §. 3. h. t. Dn. Struv. Ex. 45. th. 160. Pac. Analys. C. h. t. n. 4.*

Precarium an sit contractus innominatus qu. affirmativa probabilis videtur (1) ex *l. 23. d. R. J.* ubi inter contractus precarium refertur, (2) ex *l. 2. l. 19. §. 2. d. precar.* ubi de precario præter interdictum præscriptis verbis etiam

etiam actio datur, quam ex contractibus innominatis nasci manifestum est per *l. 2. ff. præscript. verb.* Verum tamen contrarium magis ad veritatem accedit, perque. *l. 14. d. precar.* confirmatur. *jung. l. 14. §. 1. d. furt.* Quod attinet *l. 23. d. R. J.* loquitur illa de vocabulo contractus largissimè accepto, ita ut etiam comprehendat ea negotia, quæ similitudinem quandam cum contractibus verè & propriè sic dictis obtinet. Nec quicquam efficiunt *l. 2. l. 19. §. 2. d. precar.* Respondit enim *Hunnius ad Treutler. vol. 1. Disput. 24. thes. 5. lit. C. quæst. 7.* quod constitutiones de precario dent actionem de præscriptis verbis ex bono & æquo potius, quam ex negotio contractus. *add. Bocer. ad. l. 23. d. R. J. cap. 4. n. 4. Ludvv. Disp. 11. thes. 2. lit. f. Cujac. parat. in Codic. tit. d. precar. & 4. observat. 7.*

Occasione precarii ad preces progredimur, quæ nihil aliud sunt quam desiderium, libello supplici comprehensum, ejus, qui principis auxilium implorat, *t. t. C. d. precib. Imperat. offerend.* Possunt autem institui de rebus omnibus, iis tantummodo exceptis, quæ adversantur utilitati publicæ, fisco damnosæ sunt, jure ordinario obtineri possunt, jus tertii lædunt, petenti, non proficiunt ac juri expressè contrariæ sunt, *l. 3. l. 7. c. h. t. arg. nov. 17. c. 3.* offeruntur etiam preces tam per se, quam per quemcunque alium, sive liber homo sit, sive servus, quamvis enim hic suo nomine regulariter supplicare non possit, nisi ad vindicandam domini necem *l. 1. C. h. t.* optimè tamen nomine alieno libellum offerre potest. *l. 6. h. t. Pac. Analys. C. h. t. n. 5. & seqq.*

An contra sententiam supremi senatus liceat preces offerre qv. Resp. quamvis appellare quidem per *l. 1. §. 1.*

de

de quib. non est appell. non valeamus, concessum tamen est per modum revisionis, similiter & enarrationis eorum, quæ per errorem commissa sunt, supplicationem adhibere idque una tantum vice in uno negotio, *l. 5. C. h. t.* Libellus autem inferri debet intra decem dierum inducias post prolatam sententiam, ut hoc subsecuto non aliter executioni sententia contradatur, nisi prius fidejussiones dignas præbuerit victrix pars: sin vero intra memoratas decem dierum inducias post prolatam sententiam non obtulerit libellum is, qui putat se læsum, jubet Imperator causæ executionem sine fidejussore procedere, retractationis jure servando illi, qui se gravatum putaverit, *hæc ex novell. 119. cap. 5. in fin. add. Pac. l. c. Scotan. Exam. Jurid. lib. 1. tit. 4. q. 12. Perez. Brunnemann. aliique h. t.*

61. Presse.

Idem quod subtiliter vel breviter. *Cic. 1. Off. & 4. d. Finib.* Hinc qv. an in confectione inventariorum pressè ac per notas scribendum sit? Negat hoc *Imperator in Constit. Omnem, d. rat. & method. jur. docend.* ubi hæc utiliter posuit, ut nemo audeat eorum, qui libros scribunt, sigla in his ponere, scituris omnibus, qui hoc commiserint, quod pœnas dare debeant utique prægnantes, *add. Besold. Thesaur. Practic. verb.* **Abbreviaturen.** Eodem modo manu suâ, non notis & signis, sed literarum consequentia ultimam suam voluntatem declarare debent literas edocti, nisi notæ non obscuræ & inconsuetæ, sed ubique receptæ & usitatæ sint, ubi illud postremum velle non vitiatur, *l. quoties, 9. §. si quis, 8. d. hered. instituend. Magnific. Dn. Præses part. 1. decis. 29. n. 67.*

62. Pre-

62. Pretiosè.

Quod multi est pretii, usurpatur etiam h. m. apud *Gell. Noct. Attic. lib. 5. cap. 5.* Pretiosiora autem in conjunctis non inspicimus, sed quid cuique accedat, aut quid cuique accessionis sit loco. *l. 19. & ibi Gloss. d. Aur. & argent. legat.* Exceptionem tamen ab hac regulâ animadvertimus in picturâ, quippe cui tabula, non hæc tabulæ cedit, per §. *34. Instit. d. Rer. division.* Cui non obstat *l. 23. §. 3. d. R. Vindicat.* ad quam respondet *Gloss. h. l.* aut tabula fortasse est ex cedro, aut aliâ materiâ pretiosâ, tunc pictura, quæ fortè ex carbone, & id genus alia confecta est, tabulæ cedit; aut contra, de illo intelligatur *l. 23. §. 3. de R. V.* de hoc §. *34. Inst. d. R. D.* Sed ad hanc solutionem probabili modo excipere videtur *Ant. Meyer. in Antinom. Element. h. §. 34.* Hic enim artem picturæ spectandam, non vilitatem vel pretiositatem materiæ pariter ac colorum attendendam arbitratur: Nobis animus est hâc defendere vice opinionem Pacii, quam refert *Nicol. de Passerib. conciliat. LL. p. m. 156.* nimirùm JCtorum nihil aliud *in l. c. 23.* dicere, quam regulam istam, *ei rei cedi, quod sine illa esse non potest*, manere in omnibus firmam, quamvis exceptio habeatur ubique, sive vilioris, sive pretiosioris conditionis pictura adsit.

Redolet autem hæc dictio maximâ ex parte naturam nominis, de quo larga dicendi materies equidem suppeditaretur, ni chartæ angustia votum pariter atque conatum excluderet. Pretium enim est materia publicâ formâ percussa, cujus æstimatio publica & perpetua difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis

ſubvenit, *l. 1. de contrahend. empt.* de ejus neceſſitate vid. *Rittershuſ. ad §. pretium. Inſt. d. emption. & vendit.*

Pretium redactum ex re venditâ poteſt converti in mutuum. *l. 34. pr. Mandat. l. 11. pr. de Reb. credit.* quanquam hosce duos textus pugnare inter ſe probet *Borcholt. tit. de reb. credit. cap. 5. n. 28.* quia *Affricanus in l. 34. mandat.* hanc ſententiam pro prioris ſuæ ſententiæ confirmatione adducit, ita enim inquit: his argumento eſt. At non poteſt hæc ſententia priori ſententiæ argumento esſe, ſi Affricanum dixeris voluiſſe, ut ſtatim mutuum contraheretur, ubi tibi argentum vendendum dedi: ſiquidem hæc à ſuperioribus planè aliena ſunt. Sed poſito hoc Borcholti diſſidio reſpondendum venit cum *Pac. ἐναντιοφ. cent. 3. q. 64.* quem ſequitur *Nicol. d. paſſerib. concil. ll. p. m. 227.* mutuum in *l. c. 34.* non poſſe dici ſecundum rationem juris, & naturam mutui, quia pecunia nunquàm fuit mea, ergò non factum de meo tuum. ſed *lex II. de reb. credit.* Suſtinet mutuũ ex bono & æquo, propter fictionem juris, quia brevi manu videris eam pecuniam, quam ab emptore exegiſti, mihi ſolviſſe, deindè à me accepiſſe mutuò.

Læſus ultra dimidium juſti pretii agere poteſt *ex l. 2. C. de Reſcind. vendit.* ut vel ſuppleatur id, quod deeſt, vel reſcindatur venditio, & hoc procedit in quovis contractu commutativo, *vid. Pinell. ad l. c.* modò ne juraverit, ſe à contractu non receſſurum, *arg. l. 1. & auth. ſeq. C. ſi adv. vendit.* vel renunciaverit huic beneficio expreſsè, *arg. l. fin. §. 3. d. condict. indebit. l. 9. §. 1. de transact. Dn. Strauchius Diſſert. 15. aph. 17. Cujacius* tamen *16. obſervat. 18.* hoc beneficium emtori circumſcripto denegat, motus

potis-

potissimùm sequentibus rationibus: (1.) quia venditor ex egestate ad vendendum minori pretio veluti compellitur, emptor verò ultrò accedit ad emptionem sæpè fraudandi causâ, & plerumque emit affectione oportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli, vel quod illic educatus, quâ incensus cupiditate ultrò sæpè projicit pretia immensa. (2.) quia emtor emit, ut substantiam augeat, venditor vendit, ut minuat. (3.) quia omnes leges tantùm fraudato venditori dant rescissionem, non autem emptori, videlicet si vicesimum quintum annum excesserit: Sed hæc Cujacio lubentissimè intacta relinquimus; veritati tamen congruum videtur esse magis, ut æquè hoc beneficio emptori succurratur, quoniam ratio ejus proxima in bonâ fide & æquitate nititur, non in vendendi distrahendique necessitate, prout nos edocet verborum summa, scilicet: humanum est. Argumenta quod attinet, quuilibet cuncta ad emptorem, in quo eadem rationis firmitas conspicua est, applicare integrum putamus, *add. Fachin. 2. controv. 16. 17. 18. & seqq. Ludvv. D. 13. §. 4. Zœs. ad l. 2. C. de Resc. vend.*

Pretium in jure retractus ab eo, qui retrahere conatur, offerri debet justum & integrum, quemadmodum ille ipse refundere expensas factas ut & sumptus vini, redimereque intra annum & diem tenetur, *Gail. 2. Observ. 19. Mynsing. 3. Obs. 51. Fichard. Cons. German. 34. per tot.* Justum autem hoc loco pretium est, quanti res communiter valet, vel judicialiter est æstimata: hinc reprobam pecuniam, quæ (ut loquitur *Dn. Præses part. 2. decis. 76. n. 131.*) schon abgesetzet / oder auff dem Sprung stehet / und abgesetzet werden soll / à retrahente oblatam emptor acci-

pere non tenetur, sed hoc in casu prædium taxari, & postea retrahens verum pretium ab arbitris vel judice definitum solvere debet. Ast si quis semel declaravit se nolle retrahere, non potest amplius pœnitere, secundum *Böer. decis. 76. n. 9.* contrarium tamen defendit cum *Tiraquell. de utroq. retract. §. 1. n. 143. Fichard. l. c.*

Pretii non numerati exceptio locum etiam obtinet contra Brieff und Siegel & omne instrumentum paratam habens executionem, *Hart. Pistor. q. 12. lib. 4. Rauchb. q. 25. n. 102. Zang. d. Except. part. 3. c. 26. n. 60.*

Pretium in locatione-conductione consistit non tantùm in pecunia numerata, sed etiam in aliâ qualibet re fungibili, *l. 19. l. 35. ff. l. 21. C. Locat.* Comparatur enim locatio-conductio cum emptione-venditione non absolutè, sed secundum quid, quoniam & in multis hi contractus differunt, *Rittershus. ad l. 23. d. R. J. cap. 9. Harpr. ad §. 2. Instit. de locat. num 3. & seqq. Mozz. d. locat. conduct. num. 3. Ludwell. D. 13. thes. 5. lit. a. Ungepaur. Exercit. 12. quæst. 5.*

63. Pridem.

Temporis Adverbium, multò ante, multo tempore prius, item paulò ante, parvo tempore prius, *Plin. lib. 7. cap. 16. Vall. lib. 2. cap. 34. l. 2. de ædilit. action. l. 7. C. de Rer. permutat. l. 6. C. de quæstion. c. 17. 18. q. 2.*

64. Pridiè.

Priori die, ante diem, *Cic. Attic. Ep. 74.* Sic pridiè Kalendas Januarias magistratus neque jus dicere, sed nec sui facere potestatem consueverunt, *l. 5. d. Fer. & dilat.*

65. Pri-

65. Primum. Primò.

Initio, à principio, ante omnia; Est autem primum, quod aliud ante se habere non potest, *Accurs. thesau. h. v.* Accipitur etiam pro meliori, *l. 9. qui sin. manumiss.* Dicitur postremo aliquid primum, quamvis nullum adsit secundum, *Gloss. in l. si finita. 15. §. si plures sunt, 15. ff. de damn. infect. lit. u.*

Si Princeps reliquit post se duos filios, antequam Rex vel elector fieret: primogenitum ante dignitatem, alterum verò per gradum in ipsa dignitate, uter sit præferendus? posterioris partes defendunt *Franc. Cremensis sing. 51.* & suo modo *Gloss. ad l. cum satis. 13. de Agricol. & censit.* Prioris conditionem tanquàm magis receptam tuentur cum aliis *cap. 7. Hugo Grot. d. jur. bell. & pac. lib. 2. §. 28. Autor juris inter gentes, part. 2. sect. 3. n. 11.* ubi rem exemplis illustratam videmus, *add. Arnold. d. Reyger. Lexic. Jurid. h. v. ex Forster. d. success. ab intestat.*

Primogenitus ex propria persona succedit, qvum majoratus successio non perveniat jure hereditario. Communis enim est traditio, quòd in jure primogenituræ legibus aut consuetudinibus roborato pater testando non possit primogenito præjudicare, quia falcem in alienam messem mitteret, pariter ac jus alteri quæsitum absque illius facto tolleret, quod utique lex iniqvum judicat, *vid. M. Anton. Peregr. tr. de fideicom. art. 11. num. 107. Dn. Præses part. 1. decis. 25. n. 16. add. Bald. cons. 121. lib. 3. n. 10. Menoch. cons. 805. n. 4.*

Is, qui primogenituram constituit, censetur voluisse & expresse disposuisse ea omnia, quæ sunt propria & naturalia ipsius primogenituræ: natura autem primoge-

nituræ ea eſt, ut bona ipſa integra & ſine aliqua diminutione gradatim perveniant de primogenito in primogenitum, *vid. Ludov. Molin. d. Hiſpan. primogen. cap. 3. n. 5. & cap. 17. n. 26. Caſtrenſ. conſ. 164. n. 3. Dec. conſ. 397. num. 6. Menoch. conſ. 643. n. 7.*

Ad creditores acceſſum facimus, de quibus diſceptatur, quinam eorum primum in concurſu obtineant locum? Manifeſtum autem eſt chirographarios antecellere alios perſonaliter etiam concurrentes, *vid. l. 9. C. qui pot. in pignor.* quod ſi tamen inter hos exiſtant, quibus ex cauſa depoſiti debetur, vel quorum pecunia res empta eſt, eâ videlicet lege, ut vel interim pignori ſit, vel res inde ematur, cæteris non obſtante hoc præferuntur, *vid. Gail. 2. obſerv. pract. 12. pr. & 25. n. 13.* multi etiam ex temporis prioritate ſe fundant, *vid. Mynſing. cent. 1. obſervat. 59. add. fuſiùs Weſenbec. conſ. 49. part. 1. Seb. Medic. d. conſervat. poſs. n. 129. p. 670. Dn. Struv. Ex. 26. th. 25. Dn. Præſ. p. 1. defin. 12. n. 18. & ſeqq.*

66. Principaliter.

Idem quod primariò, præcipuè, maximâ ex parte, *l. 13. l. 19. C. de liberal. cauſ. Gloſs. in l. fullo. 90. d. furt. & in l. 52. in conventionalibus. ff. de Verb. Oblig.* Hinc principali ſublato tollitur acceſſorium, *l. nihil dolo. §. 1. l. cum principalis. d. R. J. c. acceſſorium. d. R. J. in 6.* & præſuppoſito falſo principali non poſſunt eſſe vera, quæ inde colliguntur, *vid. Vultej. conſ. Marpurg. vol. 2. conſ. 5. n. 54.*

Principaliter cum aliquid agitur, & pœna adjicitur, ſive contractui, ſive compromiſſo, ſive cuilibet actui, cum hâc conditione intelligitur adjecta, ſi id, quod principa-

cipaliter agebatur, vires obtineret, *Jas. cons. 133. n. 20. vol. 4. Bertachin. Repertor. h. v.* Aliàs quot modis principaliter aliquid fieri dicatur, *vid. ap. Bartol. in l. ambitiosa. d. decret. ab ordin. faciend. col. 5.*

Dicens promitto tibi decem pro Titio, erit fidejussor, non autem principalis debitor: licet enim sic promittens videatur quoad verba principalis debitor: attamen quoad effectum dicitur fidejussor; dum semper consideratur, ad quem pecunia pervenit, ut scilicet is dicatur principalis debitor, alter accessorius sive fidejussor, *vid. ex Cravett. cons. 810. n. 2. & Alexand. cons. 159. n. 5. lib. 2. Menoch. cons. 608. n. 4.*

67. Principiò.

Tam in usu bonorum scriptorum, quàm in Scholis JCtorum idem denotat quod primùm. Sic Terent. *in Eunuch.* Principiò vos credere ambos hoc mihi vehementer velim. Eâdem ratione Cicero *1. de offic.* Principiò, inquit, generi animantium omni est à naturâ tributum. Unde & principium dicitur alicujus rei initium ex mente Caji *in l. 1. ff. de Origin. Jur.* certè, inquit, cujusq; rei potissima pars principium est, jung. Bartol. *in l. 11. ff. de furt.* Sunt autem Principia justi vel Ordinaria vel Extraordinaria, vel singularia. De Ordinariis & Extraordinariis vid. latè & eleganter Dn. Hahnium *Observat. ad Wesenbec. tit. de justit. & jur. pag. 57.* De singularibus pauca adjungere operæ pretium duxi. Sunt autem decem: (1.) Decor. (2.) Ordo. (3.) Favor. (4.) Odium publicum. (5.) Urgens necessitas. (6.) Evidens utilitas. (7.) Evitatio majoris incommodi. (8.) Exemplum terroris statuendi. (9.) Vetustas. (10.) Legislatoris voluntas. Ex quibus decem locis plerum-

plerumq; eorum, quæ in jure ſingulariter conſtituta ſunt, rationem reddi poſſe non dubitatur, quorum principiorum tanta vis eſt, ut nonnunquàm haud attendamus ad ordinaria juſtitiæ vel injuſtitiæ præcepta, ſed ad hæc ſingularia. Quamvis enim illa ab his nunquàm ſeparentur, ſæpè tamen illa ab his comiter ad ſe trahuntur, & alliciuntur. vid. elegant. & latiſſimè Henning. Rennemann. *JPt. Roman. Germanic. Diſp. 30. à theſ. 13. usq; ad fin.*

68. Prius.

Idem quod ante vel citiùs. Sic Cicero *ad Attic. lib. 4.* Nihil priùs mihi faciendũ putavi, quàm ut tibi gratularer. Refert hoc adverbiũ uſum inſignẽ in materia prioritatis creditorum, quæ inducta eſt dum ad evitandas contentiones, tum ratione vigilantiæ creditorum, qui ſibi providerunt jus in rem acquirendo. Hinc regula: Prior tempore, potior jure, ſive hypotheca ſit generalis, ſive ſpecialis. *l. 2. π. qui potior. in pign. & l. ſi generaliter. 6. C. eod.* Dicitur autem prior tempore non qui prior credidit vel mutuavit, ſed qui prior hypothecam accepit, *l. diverſis. 8. C. qui pot. in pignor.* quia per eam demum res adficitur. Jung. de hâc materiâ *Tractatum elegant. integrum Magnifici Dn. Præſidis de Privileg. Creditor.*

69. Privatim.

Apud Scriptores bonos ralativè opponitur voculæ publicè, quo in ſenſu dicit Salluſt. in catilinar. Exiſtimans publicè privatimque alieno ære oppreſſos, & Cicer. *5. de fin.* Nam aut privatim aliquid gerere malunt, aut qui &c. Interdum tamen accipitur pro eo, quod vulgò dicitur ſpecialiter, particulariter, vel in particulari: ita accipitur apud

apud Plin. *lib. 6. cap. 7.* De iis privatim condidit volumen, in quâ significatione hoc vocabulum etiam in usu Juris Civilis accipi testatur Simon Schard. *Lexic. Jur. h. v.*

70. Probè, Probiter.

Denotat rectè, benè, præclarè apud Ciceron. *de Orat.* ibi: Antipater ille, quem tu probè Catule meministi, & apud Plaut. *in Mostell.* Profectò nos probè, ut vivimus, viximus.

71. Probabiliter.

Idem denotat quod præsumtivè; Præsumtio enim nihil aliud est quàm ostensio fidei artificialis per argumenta probabilia. Rationes autem probabilitatis illius his fermè regulis subsistunt (1.) Naturalia, h. e. vel qvæ naturâ vel lege requiruntur, semper probabiliter adsunt. (2.) Probabile est, rem semper existere in statu suo pristino, nec mutationẽ sustinuisse. Quò pertinet, quòd qvi semel malus, eum semper esse malum probabile sit. Ricc. *p. 2. Decis. Neapol. Decis. 159.* (3.) Probabilitas tendere debet semper in partem meliorem; Quò spectat, quòd quilibet in statu civili probabiliter sit, usque dum probetur malus. Vid. Coras. *de art. jur. p. 3. cap. 7. & seqq.* Rennemann. *JPt. Roman. Saxon. Membr. IV. Disput. 20.*

72. Prodigè.

Dicitur pro abundanter nimis, profusè; Prodigus enim dicitur, qui neque modum neque finem expensarum habet, sed bona sua dilapidando & dissipando profundit, *l. 1. π. de curator. furios.* Item Connanus *lib. 9. cap. 4. num. 11.* Duaren. *l. is cui bonis. 6. π. de V. O.* indeq; eversorem appellat prodigum Cajus *lib. 1. Instit. titul. de tutel.*

Prodigi nomine venit insuper in usu legali is, cui bonis interdictum est. *l. 18. π. qui testam. fac. l. 6. π. de V. S. l. 3. π. de novation. l. 18. §. 1. & seq. π. de castrens. pecul. l. 10. π. de curat. fur. l. 9. §. idem quæri. π. si cert. pet.* Ejusmodi autem prodigalitas locum facit sequestrationi bonorum, v. c. in marito, qui profundit dotem, *l. 22. §. 8. solut. matrimon.* pariter ac in patre bona liberorum & in viduâ bona mariti profundente. Dn. Mœv. *ad Jus Lubecens. p. 400. num. 42. 43. & p. 405. num. 87.* Ad id tamen ut aliquis dicatur prodigus, requiritur (1.) Constitutio ex morbis corruptis. (2.) Declaratio, quæ fit à magistratu post cognitionem diligentem, dato curatore. *per l. 1. & l. 6.* (3.) Interdictio. *l. 10. eod.* Ac de decreto quidem quod dicitur inter omnes, expeditum non est; Negant enim idipsum Doctores plurimi, in quibus sunt Donell. *ad l. 6. num. 7. inf. de V. O.* & Fachin. *2. controvers. cap. 64.* ideo quòd prodigus furioso comparetur quantum ad alienationem; Facit enim furiosum in bonis suis exitum ea dilacerando & dissipando profundens, & neque tempus neque finem expensarum habens. *l. 1. π. de cur. furios.* Furioso autem ipso jure, i. e. eo ipso, quo talis apparet, bonis interdictum est; Præterea, ut furiosum ostendunt mores, ita & prodigum, ut decretum judicis non videatur expectandum, ne serius interpositum ponat in damno prodigum. Ast, quam supra attulimus, sententia, scilicet opus esse decreto, post præmissam causæ cognitionem receptior est, idque ideo, ne contingat aliquem temerè hâc notâ adspergi, ut ante ejus interpositionem fraudi cuiquam non sit futurum, quod cum tali contraxerit, pro quâ sententiâ militat textus *in l. Julianus. 10. π. d. t. d. curator. furios.* ubi, ut non teneat aliena-

alienatio prodigi, requiritur, bonis ei interdictum ſit, quod fruſtra requireretur, ſi interdictum ei foret ipſo jure. *Jung. l. 6. d. V. O.* ibique Bartol. Jaſon. Cujac. Duaren. Pertinet etiam huc inprimis *l. Patri. 2. π. de minor. 25. Ann.* ubi dicitur, vita adoleſcentis inſpicienda & ex eâ judicandum, an debeat bonis interdici, quod ipſum eſt facti & magiſtratus non etiam alterius officii. Quid verò, ſi interdictio facta ſit illi, qui revera prodigus non eſt? Tum in dubio pro decreto præſumetur, & rata interdictio habebitur, ne facilè convellatur jus dicentis autoritas. Si tamen vitio judicis interpoſitum fuerit decretum aut propinquorum obreptione extortum, nullius momenti erit. Vigl. *ad §. item prodigus. num. 3. inſtitut. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtament. num. 4.* Fachin. *2. controverſ. cap. 66.* Effectus hujus interdictionis eſt, qvod contractus cum prodigis initus non teneat, qvatenus in eorum vergit detrimentum, non etiam ſi in commodum, quum non ut alienando, ita in acquirendo inſtar furioſorum habeantur prodigi; An autem furioſus ſine curatoris conſenſu contrahens obligetur naturaliter, diſquirunt doctores? quod negamus ex ratione ſupra dictâ, quod prodigus non magis velle poſſit quàm furioſus. *l. 40. de R. J. & d. l. 6. de V. O.* Cui non contradicit *l. 25. de fidejuſſ.* Ad quam reſpondet quidem Bachov. *in not. ad Weſenbec.* eſſe ibi fidejuſſorem prodigi ſecundum dici, non ſecundùm eſſe; Aliquando enim obligatur prodigus. *l. 20. §. 4. de fidejuſſ.* ut quando ex re actio eſt. *l. 46. de O. & A.* & quando conditionem ſuam fecit meliorem (quomodo in rei veritate prodigus non eſt) *l. 3. de Novation.* Et his caſibus, quin ipſi & fidejuſſor accedere poſ-

 ſit,

sit, verus etiam quoad esse dubium non est *l. 70. §. 4. de fidejussor.* Quid verò curatori prodigi faciendum, & in quo officium ejus consistat, disquiritur porrò? Resp. Omnia ipsi peragenda sunt, quæ in curatore minoris requiruntur, quantum ad satisdationem, juramentum & inventarium. *l. final. §. & siquidem cum Authent. seq. C. h. t.* Duratque hæc curatio, quamdiu mentis vitium durat. Quòd si enim ad mentem redeant aut frugi esse incipiant, tùm ipso jure cessare videtur curatio. *l. 1. π. de curator. furios.*

73. Prolixè.

Significat admodum liberaliter, largè, sic Cic. *ad Cæsar. lib. Epistolar. 7.* Neque me herculè minùs ei prolixè de voluntate tuâ promisi, quàm etiam solitus de meâ polliceri. Aliquando denotat etiam longè lateque, sic Terentius *in Adelph.* Age prolixè Mitio i. e. nimis multis verbis rem agis.

74. Promiscuè.

Denotat indifferenter, sine limitatione, restrictione, & exemtione, & toties adhiberi solet, quoties in genere aliquid de subjecto quodam prædicatur. Sic actiones populares cuivis ex populo & *promiscuè* omnibus competere dicimus. *l. un. §. 9. ff. ne quid in flum. publ. add. t. t. ff. de popul. act.*

75. Propriè.

Eâdem pollet significatione, qua verè, vel reverâ & naturaliter, atque opponi solet voculis: impropriè, analogicè. Usus hujus adverbii est infinitus, & (ut in re luce meridiana clariore unicum saltem exemplum afferre

ferre liceat) inter alia adhibetur in tritiſſima illa controverſia: An jus naturale cadat in bruta? quoniam ad illam Reſp. re vera & propriè illud in bruta, quippe quæ rationis uſu deſtituta ſunt, *l. 1. §. 3. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dic. pr. Inſt. eod.* cadere non poſſe, ſed ſolùm impropriè & analogicè, ceu intelligendus eſt text. in *pr. Inſt. de J. N. G. & Civ.*

Præterea Reincking. *d. R. S. & E. lib. 1. claſſ. 3. cap. 11. n. 21.* deducit, plurimum inter ſe differre vocabula: Propriè, Non impropriè, & non Propriè ſeu Impropriè.

Propriè, ait, id dicitur, quod ſecundum naturam rei dicitur, & quô nihil dici poteſt ſignificantius, & cum aliqua res ſpeciali ſibi nomine, & deinde etiam cum aliis communi appellari poteſt, illud quod peculiarius ſibi eſt, id ejus eſt proprium, cujus rei exemplum habemus *in l. 6. ff. de adulter.* ubi adulterium propriè in nuptam committi dicitur.

Non Impropriè autem aliquid de aliqua re dicitur, quando aliquam habet ſimilitudinem, analogiam & convenientiam cum propria nominis ſignificatione, nec tamen propria eſt, cujus rei exemplum deſumi poteſt *ex l. 1. §. ſi vir aut uxor. ff. ad SC. Syllan.*

Non propriè vel Impropriè id dicitur, quod proprietati dictionis illius, cui attribuitur, contrarium eſt, cujus rei exemplum habemus, *in l. Propriè 63. de V. S.* ubi JCt. ait, propria bona dici non poſſe, quæ plus incommodi quam commodi habent, *add. l. 67. ff. eod. tit. vid. in aliis termin. loquent.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtat. cap. 17. n. 16. lib. 1.*

76. Protinus.

Dictio hæc denotat (1.) immediatè directè. Veluti in *l. 9. §. 1. ff. ad SC. Macedon.* ubi quæstio movetur, an pater pecuniam filiof. ab alio donatam repetere queat, si filiusfam. illã creditori solverit? Et Resp. *in d. l.* quod non, si hac conditione ipsi filiof. pecunia donata fuerit, ut illã creditori solvat, quoniam hoc casu pecunia videtur *protinus* i. e. immediatè & directè à donante ad creditorem profecta. (2.) significat idem, quod statim, in continenti, ab initio, veluti in *l. 8. ff. de V. O.* ubi dicitur, quod *protinus* i. e. statim & in continenti actio institui possit. Sic etiam *protinus* i. e. statim & in continenti possessio dicitur amissa in *l. 3. §. 6. ff. de A. vel A. P.* si quis in fundo sit, illum tamen possidere nolit. *Confer. l. non ab re. 10. ff. unde vi.* ubi etiam *protinus* denotat: confestim, & non expectato judiciorum ordine. add. Ant. Fumeus *Tr. de conjunct. fol. 276.*

77. Prout.

Vocula hæc importat relationem, similitudinem & identitatem. Angel. *consil. 11. n. 4. vers. nec obstat.* e. g. concedo Titio privilegium, *prout* illud concessi Sempronio. Hoc sane casu dictio: *prout*: habet suam relationem ad aliud præcedens. Tusch. *Pract. concl. concl. 347. lit. D.* Sed non incommodè hic quæri potest: Si v. g. Academiæ cuidam sint concessa privilegia, *prout* concessa antea fuere antiquiori Universitati, hæc autem priora privilegia fuerint postea immutata, anne & posteriora (quæ etiam: *ad instar*: dicuntur) hoc ipso mutata censeantur? Et quamvis dicendum videatur, quod sic, quoniam posteriora privilegia concessa fuerunt, *prout* fuerunt priora vel ad imitationem priorum; tamen quia privilegia posteriora data censen-

cenlentur ad imitationem priorum, *prout* tùm temporis existebant, non verò, *prout* futura erant, hinc contraria opinio pro veriori habetur, & mutato licet originali, exemplar tamen nulli planè mutationi est obnoxium, nisi & hoc in privilegio ad instar expressum fuerit. Et ita decidit Bald. in *l. 34. C. de Episc. & Cler.* Vid. Dn. Hahn. *ad Wes. tit. de Constit. Princip. n. 2. p. 148.*

78. Proximè.

Adverbium hocce denotare solet (1.) qualitatem temporis, puta si quis proximè se soluturum promiserit, *l. 48. pr. ff. de jur. dot.* (2.) propinquitatem loci, **nahe bey einem Orthe.** Sic e. g. loca & civitates quædam hoc habent privilegium, quod extructio castellorum & fortalitiorum ipsis nequaquam proximè accedere debeat: **Daß man ihnen keine Festungen zu nahe bauen darff**/quale Privilegium habet Spira, civitas Imperialis, ad duo milliaria, & Norinberga ad unum. Sprenger. *jprud. publ. pag. 334.* (3.) Significat propinquitatem personarum, quando videlic. una persona alteri proximè conjuncta est. Atque hæc proximitas varios in jure habet effectus, quos inter non postremi sunt hi, quod (1.) Proximè conjuncti gaudeant jure succedendi. Deinde & (2.) propter hoc successionis emolumentum onerentur tutela, §. *un. vers. quia plerumq. Inst. de legit. patron. tutel.* unde tutela legitima, quæ in sangvinis propinquitate est fundata. (3.) Quod proximè conjuncti matrimonia inter se invicem contrahere nequeant, ita quidem, ut in linea recta constituti in infinitum prohibeantur. §. *1. Inst. de nupt.* in linea verò collaterali non æquè. Vid. Magnif. Dn. **Richter** *p. 1. decis. 10. & 11. & p. 2. cons. 2. & seqq.* Dn. Carpz. *jprud. Consistorial.*

rial. lib. 2. def. 84. & seqq. ubi latè de proximitate, quae in matrimoniis contrahendis obstare potest, agunt. B. itaque Lectorem illuc remittimus, cum illi materiæ nimis diffusæ hoc loco diutius inhærere ratio instituti non permittat.

79. Publicè.

Vocabulum hoc significat idem quod palàm, imò adhuc potentius est. Felin. *ad c. exceptionem. X. de Exceptionib.* & variè in jure nostro accipitur: (1.) etenim sumitur pro eo quod fit loco publico, ut in *l. 56. ff. mand. l. 7. in f. ff. qui satisd. cog. l. 7. ff. de minorib.* (2.) pro eo, quod fit publica autoritate. *l. 4. §. in eum. ff. de admin. & peric. tut. l. 121. §. 1. ff. de R. J. l. 12. ff. de fideicommiss. libert. l. 6. §. sacræ. ff. de R. D. & variis aliis jur. text.* (3.) Dicitur publicè de eo, quod ad omnes pertinet, veluti cum dicimus, aliquid publicè interesse. *l. 1. C. de malef. & math. conf.* Doring. *Biblioth. jur. pag. 694.* Calvin. *Lex. jurid. voc. Publicè.*

Cæterùm haud inconveniens huc quadrat quæstio, quotnam testes requirantur ad hoc, ut sponsalia dicantur *publicè* celebrata? Et Resp. quod ad minimum duo testes adhiberi debeant. B. Dn. Gerhard. *Loc. Theol. de Conjug. §. 145.* Hinc si unicus vel planè nullus testis fuerit adhibitus in sponsalibus, illa non publicè celebrata dicuntur, sed pro clandestinis & non obligatoris habentur. Dn. Carpzov. *jprud. Consistor. lib. 2. def. 34.* ubi h. m. supremum Consistor. Dresdense d. 10. Febr: 1609. judicasse refert: Dieweil Klägerin nicht in Abrede/ daß Beklagter nur in Gegenwart eines eintzigen Zeugens sich mit ihr verlobet/ so

so wird er von ihren Zusprüchen der Ehe halber hiermit billich absolviret und entbunden.

80. Purè.

Hacce particula toties uti solemus, quoties absolutè, simpliciter, & absque ulla vel conditionis vel modi vel temporis adjectione aliquid promittimus, concedimus &c, vid. *l. 21. §. 1. verb. purè repromitti. ff. de damn. infect. l. 3. ff. de dol. mal. & met. except. l. 8. ff. de author. & peric. tut. l. 138. ff. de V. O.* Sic e. g. Quæritur quomodo sui heredes ut filiifam. in testamentis parentum institui debeant? Et Resp. quod *purè* & verbis dispositivis, non verò sub conditione sint instituendi? *l. 8. ff. si quis omiss. caus. test. l. 1. §. 8. ad L. Falcid. l. 16. in f. ff. de vulg. & pup. substit. Dn. D.* Richter & allegat. Dd. *ad L. ult. C. de edict. D. Adrian. toll. n. 73.* Quamvis conditionem potestativam, quæ facilè à suo herede impleri potest, adhuc admittendam censeant Dd. ut sub illa filiusf. institui possit heres. *l. 4. l. 86. ff. de her. instit. l. 15. l. 28. & l. ult. ff. de condit. Instit.* Dn. Struv. *Synt. jur. Civ. Exerc. 33. th. 46.* De legitima dicitur, quod *purè* & sine ulla conditione, sine mora & dilatione, sine onere & gravamine debeatur. Vid. Dn. Præses *p. 1. decis. 41. n. 5. & seqq.* De voluntate, quod alia sit mere & absolutè pura, quæ sc. nulla dilatione est suspensa aut temperata, & quodam modo pura, quæ sc. dilatione certa ad tempus aliquod est temperata, agit Althus. *In Dicæolog. lib. 1. cap. 9. n. 16. & seqq.*

Lit. Q.

1. Qua.

Accipitur hoc interdum pro in quantum sive quatenus, sic *Javolenus in l. 112. d. Verb. signif.* eatenus, qva maximè exæstuat: Sumitur etiam pro qua fine, quia, eo quod, idque fieri antiquo & eleganti docendi genere asserit *Calvin. lex. h. v. ex Anton. Aug. libr. 2. emend. cap. 2. add. l. 10. Arbor. furt. cæsar. l. pretia 63. ad L. Falcid. l. 43. §. 12. d. Furt. l. 2. § 3. d. reb. credit. l. 1. §. si pater, ad. SC. Sillan. l. 25. si quis omiss. caus. testam.* Aliquando significat tum sive partim, prout ex *epist. Ciceron. ad Attic.* Exemplis demonstrant *Bud. Decimat. aliiq́.* Plura vid. apud *Matth. Martin. Lexic. Philolog. h. v.*

2. Quæstuosissimè.

Adverbium hoc deducit *Calepin. Dictionar. h. l. ex Senec. lib. 4. d. beneficent.* v. g. Istud non est beneficium, sed fœnus, circumspicere non ubi optimè ponas, sed ubi Quæstuosissimè habeas, unde facilè tollas: Respondet autem ex asse nominis significationi, unde quæritur, Quæstum sive lucrum ludendo comparatum à victore an possit repetere ille qui perdidit? De jure civili affirmativa omnino adstruenda nobis est per *l. 1. C. d. Aleator.* ubi non tantum ipse qui solvit, habet repetitionem, sed etiam heredes ejus idque perpetuò & post triginta annos: quod si vel ipse, vel ejus heredes repetere neglexerint, licet ibidem cuicunque volenti, & præcipuè civitatis, in quâ id factum est, primati vel defensori repetere, & in opera civitatis id expendere. Cessat tamen hæc repetitio, si ludus fuerit institutus de re minima, *arg. l. 3. C. h. t.* & si quis

certet

certet hastâ, pilo, currendo, pugnando, saliendo, luctando, virtutis causa, *l. 2.* § *1. ff. h. t.* vel in convivio vescendi causa *l. 4.* § *1. h. t. Dn. Struv. Ex. 15. th. 55.* Cœterum istam quæstus captationem rem fuisse subinde odiosam apud veteres, vel ex hoc colligere est, quod occasionem & domum sœpius ad ludendum præbere solitis prætor deneget judicium, idque adversus hos, qui eo tempore eos verberaverint, vel damnum dederint, vel quid subtraxerint, *l. 1. ff. h. t.* Moribus tamen licet pecuniam ludo perditam & jam solutam minimè repetere. *Carpzov. prax. crimin. part. 3. q. 134. & 6. resp. 96. n. 8.* quamvis quis victum lusu convenire, ut solvat pecuniam perditam nondum solutam, non possit, Landrecht. *lib. 1. art. 6. ibiq; Gloss. Carpzov. l. c. Dn. Struv. l. c. th. 57.*

Quod datum est ei, quæ corpus in quæstu habet, repeti non potest, quoniam hæc mulier turpiter facit, quod sit meretrix, non autem turpiter accipit, cum sit meretrix, *l. 4. §. 3. d. Cond. ob turp. caus.* vitæque genus eo tempore certis conditionibus toleratum elegerit, nomenque suum apud ædiles ediderit, *vid. Mæstert. d. Just. LL. Roman. lib. 2. dub. 15. Molin. d. J. & J. D. 94.*

3. Qualiter.

Hoc adverbium respondet dictionibus quemadmodum, quomodo, *v. g. Qualit. domin. propriet. feud. privet. 2. F. 47. qualit. olim feud. pot. alien. 2. F. 9. qualit. jur. deb. vasall. 2. F. 5. add. c. 17. c. 24. X. d. accusat. c. 17. X. d. judic. c. 9. X. d. cleric. non resident. c. 3. X. d pact. distinct. 24. distinct. 73.* Similiter quando Dd. quærunt, qualiter probetur negativa, quæ regulariter probari non potest, per *l. 23. C. d. probat?* Nimirum quando testis deponit negativè, debet

removere actum à sensu, non sensum ab actu: hoc est, debet dicere, talis actus non fuit factus, & ego scio per sensum & præsentiam meam, quia tali loco & tempore, ubi & quando dicitur actus fuisse celebratus, ego interfui, & revera ille actus tunc non fuit celebratus, nec potuisset celebrari, quin ego vidissem & audivissem; quemadmodum hoc pulchrè declarat *ex Bald. in l. 1. princip. ult. colum. Schurff. cent. 3. consf. 50. n. 7. & 8.* Restringit igitur hæc *Godofred. in not. ad l. cit. 23.* scilicet negativam juris probationem admittere *l. 5. ff. d. probation.* negativam facti eandem respuere, *l. c. 23. C. d. probat. l. 10. C. d. non numerat. pecun.* nisi hæc tempus & locum habeat adjunctum, quod accidit, si quis se vel adversarium abfuisse probat, *l. 14. in fin. C. d. contrahend. & committend. stipulat.* præprimis cum ista negatio amplius simplex & pura non sit, *arg. l. 5. C. d. Codicill. Vid. Joh. Monach. in pract. judic. p. 10. c. 5. princ. n. 15. & seqq.* Eundem in modum disceptatur, qualiter pupillus committens homicidium puniri debeat? pœnam sanè decollationis ipsum sustinere non arbitramur. Intellectu enim caret, ignoratque adhuc quid agat, *l. 1. §. impuberes. C. d. fals. monet. C. aliquos. 15. q. 1.* quod tamen minimè ad doli capacem extendimus, idq; cum *Abb. ad cap. 1. d. delict. puer.* quamvis id ex parte negare videatur *Bald. in l. etsi severior. n. 10. C. in quib. caus. infam. irrog.*

1. Alias imitatur hæc vox naturam substantivi, qualitatis, secundum quam quis talis vel talis dicitur. Hinc ex qualitate processus judicatur sententia, *Fachin. Controv. lib. 12. cap. 55. Bald. ad l. 50. §. 3. d. legat. 3.* quoniam illa ipsa relationem habet ad processum, *c. cum ad sedem, d. Restitut.*

Restitut. Spoliat. Et qualiter se habere est qualitatibus quibusdam affectum & præditum esse *l. 12. quemadm. servit. amitt. l. 12. §. 3. Rem rat. haber.*

2. Qualitatem probare qui vult, debet prius probare substantiam, in quâ illa qualitas fundatur. *Gloss. ad l. 28. d. probat. Gomez. d. capt. reor. n. 1.* Unde etiam nemo confessione suâ potest facere delictum, nisi etiam constet de corpore delicti, *Farin. part. 1. oper. crimin. quæst. 2. n. 1. Carpzov. pra. crimin. part. 1. q. 16. n. 3.*

3. Qualitas juncta verbo debet intelligi, secundum tempus verbi, *arg. l. 4. §. 1. ubi gloss. & Bart. cum Dd. ff. d. Noxal. action. arg. l. 25. ubi Bald. d. Testamento. Milit. Tiraquell. tom. 3. p. 77. n. 96. in fin. Vultej. vol 1. cons. Marp. 26. n. 268. Menoch. cons. lib. 4. cons. 335. n. 49. item cons. 473. n. 2. ex Berett. cons. 134. n. 23. similiter cons. 606. n. 27. ex Gomez. in §. 5. Instit. d. Action. n. 25. & Paris. cons. 62. n. 37. lib. 4. his adde eundem cons. 886. n. 14. & cons. 970. n. 8. ex Dec. cons. 443. n. 16.* Sed contrario modo se res habet, cum aliis ex verbis colligitur mentem proferentis hanc fuisse, ut senserit etiam de alio tempore, *arg c. 16. Raynutius. X. de testament. Rip. ad l. 15. ff. d. Vulg. & Pupill. Substitut. Bertachin. Repertor. Jur. part. 3. hoc vocab.*

4. In materiâ & dispositione odiosâ qualitas posita in unâ parte non censetur repetita in alterâ parte, *Menoch. lib. 4. cons. 316. n. 15. Dec. cons. 567. n. 6. Barthol. Bertazzol. lib. 1. cons. 94. n. 16. Beros. cons. 120. n. 69. vers. 2. vol. 2. Cephal. cons. 68. n. 17. & seqq.* alias quando eadem adest ratio utriusque casus, qualitas apposita in uno, censetur repetita in altero. *Menoch. cons. 793. n. 12. Ruin. cons. 79. col. ult. vers. & prædicta. lib. 3.*

5. Sine ſubjecto eſſe non poteſt qualitas, *l. 2. d. uſufruct. Menoch. conſ. 706. n. 16. Fachin. controverſ. lib. 11. cap. 56. Gail. lib. 1. obſervat. pract. 49. n. 5. Cephal. conſ. 68. n. 8. vol. 1. Vultej. vol. 3. conſ. 21. n. 31. conſ. 29. n. 50. conſ. 34. n. 178. conſ. 35. n. 251. Bald in l. 2. C. de probat. Bart. in l. 13. de his qui not. infam.* quando verò in uno ſubjecto duæ qualitates concurrunt, attendi debet illa, in quâ magis verſatur & ſecundum illam diſpoſitio intelligi & applicari, *arg. l. 27. §. 1. ad Municipal. add. Jaſ. conſ. 74. col. 2. verſ. tertio facit. lib. 3.*

6. Qualitates tendentes ad diverſum effectum, item quando abſurdum inde reſultat, copulativè concurrere non debent, *Bertazoll. conſ. 103. n. 13. & 14. Alciat. conſ. 57. n. 7. Dec. conſ. 341. n. 4. Burſat. conſ. 36. n. 16. verſ. 5.*

7. Agens vigore legis vel ſtatuti, debet probare, ſe habere qualitatem, quæ exigitur in lege vel ſtatutò, *Natta conſ. 254. n. 2. & 288. n. 2. Cephal. conſ. 327. n. 6. Bertazzol. conſ. 92. n. 15. Bald. in l. 1. ff. d. condict. ex Leg.*

8. Qualitates & conditiones, quæ continentur in termino relato, cenſentur expoſitæ etiam in referente, *arg. l. aſſe toto. 77. & ibi Bartol. ff. d. Hered. Inſtit. Nicol. Bellon. conſ. 59. n. 3. Jaſon. & Dd. in l. 47. d. Verb. Obligat. Ficbard. conſ. German. 57. n. 1.*

9. Qualitatem probare tenetur is, qui in eàdem ſe fundat, *l. 4. §. 12. d. Vi bonor. raptor. arg. l. 33. d. re judicat. l. 23. C. d. probation. Vultej. conſ. 18. num. 26. conſ. 20. num. 58. conſ. 30. n. 6. Vol. 1. ex Dec. in cap. 2. d. Reſcript. & Marſil. in l. 5. d. Quæſtion. Cephal. conſ. 627. n. 6. lib. 5.* ſive ſit agens, ſive excipiens, qui eam allegat, adeò ut non probans in causâ ſuccumbat, *Weſenbec. conſ. 13. n. 43. Pacian. d. probat. lib. 2. cap. 6. n. 8. Bartol. per l. 9. C. d. his qui accuſar. non*

poss. Mascard. conclus. 1247. n. 1. vol. 3. Decian. cons. 42. n. 1. vol. 5. Demonstrat etenim intentionem agentis, *Harpprecht. ad §. 2. Instit. d. Codicill. n. 11. & seqq. Dn. Præses Decision. part. 1. d. 64. n. 8. in fin.*

10. Qualitas nova adjecta feudo illud facit novum censeri, *Bellon. cons. 33. col. fin. Johann. Fichard. cons. Latin. 1. n. 5.* Similiter bonorum qualitas consideranda venit juxta titulum, quem habent actores, *l. 28. C. d. R. Vindic. Gomez. in §. sediste. n. 26. Inst. d. Action. Menoch. cons. 984. n. 12.*

11. Qualitas præsumta tamen eo ipso probata esse censetur quod contrarium ejus non probatur, *Cephal. cons. 206. n. 16. vol. 2. Vultej. vol. 1. cons. 22. n. 50. Mascard. d. prob. conclus. 1248. n. 87. vol. 3. Alciat. d. præsumt. reg. 3. præsumt. 21. n. 2.*

12. Ubi lex requirit actum certâ qualitate notatum, non sufficit docere actum sine qualitate, sed necessaria imprimis est etiam qualitatis ejus probatio: Unde qui in ejuscemodi actu se fundat, ni velit succumbere, & actum & qualitatem docere debet. *arg. l. 5. §. 2. Ne quis eum qui in jus. c. ab eo 31. X. d. Elect. in 6. Jacob. Schultes. cum cit. Dd. Qq. practic. 17. n. 15.*

4. Quam primum.

Importat hoc præsens temporis momentum, vel paucos saltem dies aut menses pro ratione subjectæ materiæ, presertim quando agitur de probatione exceptionum contra instrumentum liquidum aut quarentigiatum, *vid. Carpzov. Responsor. Electoral. jur. lib. 4. tit. 7. Resp. 56. n. 11. ex Rauchb. part. 2. quæst. 20. n. 104. Coler. process. executiv. part. 4. cap. 2.*

Respon-

Respondet autem particulis illico, ſtatim, in continenti, confeſtim, & Germanicæ Forderlichſt / v. g. quando diſceptatur, quo tempore debitor, qui quamprimum poterit, reddere debitum promiſit creditori, ad intereſſe obſtrictus eſt? Reſpondetur omninò, niſi à tempore judicialis interpellationis ac litis conteſtatæ illum non teneri; *add. Carpzov. l. c.* ubi & hoc præjudicio confirmatum animadvertitur *n. 23.*

5. Qamdiu.

Durationem ſub conditione vel ſimplici vel qualificatâ, item modum nonnunquam denotat convenitque cum voce quantumcunque diu, etiamſi mille anni fluxerint, prouti interpretatur *Gloſſ. in Clement. quandiu. d. Appel.* Accipitur etiam hoc modo ab Autoribus Claſſicis, v. g. homo quamdiu vixit clarus & nobilis. Item, ego quamdiu ad te ſcribo, tamdiu requieſco, *Cic. in Verr. & ad Attic. add. Fab. theſaur. h. v. l. 101. §. 4. d. Condit. & Demonſtrat. l. 4. pr. d. Servit. l. 3. pr. Quib. mod. uſusfr. amitt. l. 1. verſ. habebit. ff. pen. legat. l. 1. §. fin. d. ventr. in poſſeſſion. mittend. l. un. in fin. princ. nihil novand. appellat. pendent. l. 3. l. 39. l. 69. d. Acquirend. vel Amittend. Hereditat. l. 6. C. d. Diſtract. pignor. l. 25. ff. d. Bon. Libertor. l. 89. d. Reg. Jur. l 5. C. Qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. l. pr. d. precar. l. 2. §. 2. h. t.*

Aliquando etiam affirmat, aliquando interrogat, ſecundum *Albert. d. Perg. tr. d. præpoſit. n. 91.* Et hoc non infrequenter, apud Dd. potiſſimum quando quæſtio ventilatur de vitâ actionum, quamdiu ſc. quælibet actio vigorem obtinere debeat? quam tamen, cum eis materiâ præſcriptio-

scriptionum pateicat, hac vice lubentissime relinquimus, *add. Brisson. lib. 15. d. Verb. Signif. h. v.*.

Cœterum de hoc verbo ita loquitur *Bart. in l. 1. n. 15. d. Condit. & Demonstrat.* Aut ista dictio apponitur ad inchoationem alicujus beneficii, & facit conditionem: aut apponitur ad suspensionem alicujus beneficii, sive dispositionis præambulæ, ut illa talis dispositio differatur in eventum alicujus casus, & tunc iterum vel suspenditur in eventum certo tempore limitatum & facit diem; vel in eventum aliquem incertum, & facit conditionem: aut denique apponitur ad limitationem beneficii jam concessi, sc. dispositionis præambulæ, ut scilicet id duret in eventum alicujus casus, & tunc inducitur conditio quædam extinctiva dispositionis præcedentis. Hæc variè legibus illustrata vid. *ap. Bart. l. c. jung. Döring. Bibl. JCt. verb. Adverbium n. 111.*

6. Quando.

Dictio adverbialis indefinita rubricis potissimum conveniens, quamvis etiam interrogativa & conjunctio causalis, idemque sit ac siquidem, quia, quoniam, quandoquidem, *Priscian. lib. 15. Rubr. ff. quand. act. d. pecul. ann. Rubr. & l. 29. ff. & C. quand. dies legat. Rubr. ff. quand. dies ususfr. Rubr. ff. quand. appelland. Rubr. ff. & C. quand. ex fact. tutor. Rubr. C. quand. decret. op. Rubr. C. quand. Mul. tutel. offic. Rubr. C. quan. non petent. part. pet. Rubr. C. quand. tut. vel curat. desin. Rubr. C. quand. lic. ab emt. reced. Rubr. C. quand. fisc. vel privat. debit. Rubr. C. quand. Imper. int. pupill. Rubr. C. quand. provocar. non necess. Rubr. C. quand. lic. unicuiq. sin. jud. Rubr. C. quand. libell. princip. dat. Rubr. C. quand. crimin. act. civil. non præjudic. l. 10. C. d. bon. proscri-*

ptor. l. un. C. d. Oblat. votor. Rubr. C. quomod. & quand. jud. sentent. nov. 43. cap. 2. nov. 119. cap. 6. & cap. 11. c. 27. X. d. jurejurand. c. 7. X. d. serv. non ordinand. distinct. 44. c. 8. & 9.

Significat præterea temporis dilationem, veluti probat *Menoch. lib. 4. conf. 473. n. 7. in specie per text. l. 62. pr. d. heredib. instituend. ibi. cum capere potuerit*, quod sic explicat, quando capere potuerit. Adducit etiam *Menoch. l. c. Albert. in lex. verb. quando* scribentem, se aliquando habuisse magnam disputationem, an dictio quando significet dilationem temporis, vel conditionem; & tandem concludentem, esse sumendam, secundum materiam subjectam, *add. Azo Rubr. d. Collat. Calvin. Lex. h. v.* Adjecta quoque hæc vox verbo futuri temporis denotat conditionem ex mente *Bart. in l. 1. n. 17. vers. quæro, de dictione, quando. d. condit. & demonstrat.* & hæc conditio juxta eundem dicitur potestativa, qvum sit in arbitrio & potestate ejus, cui adscribitur, *add. Menoch. conf. 151. n. 33. & n. 50.*

7. Quandocunque.

Vocabulum est indefinitum, ac nullo temporis termino includi, sed potius vim repetitionis usque in infinitum in se continere videtur, *l. uxorem. §. testamento quo, d. Legat. 3. l. 1. d. vacat. muner. Coannett. d. empt. & vendit. sub pact. retrovendend. n. 27. 36.* τὸ *Cunq;* enim vim habet partium sub toto junctarum in divisione, ac inter se distinctarum, *vid. Martin. Lex. Philolog. h. v. Dn. Præses part. 1. conf. 40. n. 3. juxtim & ibid. cit. c. 1. d. in integr. restit. l. 5. d. in jus vocand. Vulp. d. præpos. & adverb. significat. verb. semper.*

Limitatur tamen hęc vox secundum naturam actus, cui attribuitur, *l. 2. C. d. pact. int. Empt. & Vendit. Dd. ad l.* Centu-

Centurio. d. vulg. & pupill. substitut. & ad l. precibus. C. d. impuber. Menoch. conf. 151. n. 33. & n. 50. eique respondent clausulæ **zu was für Zeiten es wolle / über kurtz oder lang/** *Fichard. conf. Latin. 31. n. 16.* quemadmodum & hoc præjudicio Assessorum Curiæ Provincialis Witteberg. confirmat *Dn. Præses part. 1. decis. 47. n. 7. in fin. p. m. 355.*

Ubi in promissione apponitur verbum quandocunque vel perpetuò non currere præscriptionem, volunt *Bartol. & Ang. ad l. 2. C. d. pact. int. Empt. item ad l. 31. §. 22. d. ædilit. edict. Bertachin. Repertor. Jur. h. v. Alex. ad l. 1. ff. d. usuc.* quod tamen minimè ad præscriptionem triginta annorum extendere conatur *Covarruv. variar. resolut. lib. 1. tom. 2. cap. 9. d. retract. convent. ejusq. præscript. n. 4. p. m. 45.* & hanc interpretationem pronunciat justam esse, à lege procedere, verbaque contrahentium admittere. *add. Matth. d. Afflict. d. jur. protimis. §. 3. n. 20. Wehner. Pract. observat. verb.* **Ewig.** *per l. omnes, l. sicut, C. d. præscript. 30. annor. Gloss. ad c. 1. pr. 1. F. 27. & ad l. 1. in fin. d. bon. matern. Dom. à Tautenberg. cum allegat. decis. 70. Tiraquell. d. retract. convent. §. 1. gl. 2. n. 9. Roland. à Valle conf. 21. n. 2. Vultej. vol. 1. conf. 22. n. 98.* Sic etiam τὸ perpetuò, adeoque & quandocunque, intelligitur ad dies vitæ, *l. 1. h Soc. Wurmser. pract. observat. tit. 49. obs. 8.* Alias de hac materia notabilis textus occurrit in *l. 1. C. d. Aleator.*

8. Quandoque.

Adverbium itidem est temporis, jam veritatem, jam dubitationem significans, *Cic. lib. 6. Epist. 19. Roland. à Valle d. confect. invent. quæst. 20. n. 7.* continuatque interdum præcedentia, *Abb. in cap. pastoralis. §. item totum, pr. d. offic. & potest. judic. delegat.*

Reſpondet eidem aliquando, in futurum, poſt aliquod intervallum, *l. 22. d. Adoption. l. 5. §. 5. d. Edict. Carbonian. l. 8. §. manumiſſionis. d. Donat. int. Vir. & uxor. l. 63. d. Rei Vindic. l. 42. d. jur. dot. l. 37. §. 4. d. Legat. 3.* item particula quamprimum, *l. 29. quand. dies legat. ubi τὸ quandoq; reſtituas explicat quamprimum potueris, Briſſon. d. Verb. Signif. h. v. n. 50. & ex hoc Calvin. lex. h. v.* Accipitur etiam pro quandocunque, *l. 2. d. condit. & demonſtrat. l. 9. d. capit. diminut. l. 15. d. Legat. 3. l. 35. d. jurejurand. l. 6. d. tribut. action. l. 54. ad SC. Trebellian. l. 18. quand. dies legat. l. 7. d. Vulg. & Pupill. Subſtit. l. 9. d. Legib.* Et adhibetur communiter in reſolutione & conciliatione legum, quæ particulari veritate innituntur. Significat enim regulam eſſe in contrarium, *l. interdum. ff. d. condict. indebit. Gloſſ. in l. legitima. ff. d. pact. Tiraquell. tract. d. retract. conſangv. §. 1. Gloſſ. 9. n. 224. Menoch. conſ. 99. n. 187.* Sic quandoque plus valet, quod in veritate eſt, quam quod in opinione, ſi ſc. error in facto latet, *§. 11. Inſtit. de Legat.* quandoque etiam plus valet, quod in opinione eſt, quam quod in veritate, *l. 15. d. Acquirend. Heredit.* nimirum quando erratum eſt in ipſo jure, *add. Nicol. d. Paſſer. p. m. 459.*

9. QUANTUM.

Refertur ad numerum, pondus & menſuram, hoc eſt ad pecuniam, ſpecies & corpora, *arg. l. 97. d. Verb. Signific.* Recipit autem in ſe quantum & panis, adeoque in eodem mutuum conſiſtere poteſt, quoniam & appendi & numerari ſolet, *Cujac. lib. 11. obſervat. 37. in fin. Förſt. D. 16. th. 13.* & non tam corpus, quam quantitas in corpore latens quandoque ſpectatur, *Vultej. lib. un. Diſcept. cap. 10. quamvis Caſius lib. 1. ſing. reſponſ. c. 1. n. 22. & Duaren. 1. Diſp. 6.*

ex

ex mente Ludvvel. Diſp. 11. th. 5. illud negent, dum quantum in ſolâ pecuniâ numeratâ conſiſtere adſtruant. Nummum etiam unum quantitatem in ſe recipere & mutuò dari poſſe contendit cum *Berenſ. D. 9. th. 1. q. 7. Ludw. l. c.* quia & is, functionem in ſuo genere admittit.

Propter omiſſam legatorum quantitatem teſtamentum totum non corruit, ſed ſolummodo legata illa, ſi nullo modo poſſint idoneè ad aliquam certitudinem quantitatis reduci, *l. 75. §. 1. d. legat. 1.* quoniam tunc pro deriſoriis & pro non ſcriptis habentur, ſalvo teſtamento in reliquis omnibus, *l. cum poſt divortium, 69. §. gener. 4. d. jur. dot. Mattheac. in tract. d. Legat. & Fideicomm. c. 21. n. 2. & 3. Vultej. Conſ. Marpurg. vol. 3. conſ. 27. n. 61.*

Quantitas donationis propter nuptias, ſi dos minor à novâ nuptâ inferatur, revocabitur ipſo jure uſque ad concurrentem quantitatem, *Authent. æqualitas, C. d. pact. convent. tam. ſup. dot.* ut ſi nihil intulerit, nihil quoque auferat, *Auth. ſed quæ nihil. C. h. t.*

Qvantitatis certę condemnatio non tantum illa eſt, ſi nominatim exprimatur, ſed etiam ſi intelligatur & repeti poſſit ex aliquâ parte actorum. *l. 3. C. d. ſentent. quæ ſin. cert. l. 15. §. fin. l. 59. §. 1. de Re judicat. Dn. Præſes part. 1. conſ. 39. n. 4.*

10. Quantumcunque.

Plus hoc operatur quam ſimplex quantum, videatur de ejus acceptione *Bartol. ad l. Balliſta 32. ad SC. Trebellian. add. c. cum à nobis & ibi Gloſſ. 28. X. d. Teſtib. Bertachin. Repertor. Jur. h. v. Nizol. Theſaur. Ciceron. h. v. Alexand. in l. 2. §. 2. prætor ait. Qui ſatisd. cogant.*

II. Quartò.

Quartò & quartum differre asserit *Varro discipl.* 5. Quartum enim locum significat & tres ante factos; Quarto tempus denotat & ter ante factum. Sed hanc differentiam ab ipsis quoque antiquis scriptoribus non observari, nec ullam satis firmam rationem, quamobrem videlicet differre debeant, afferri posse affirmat *Matth. Martin. Lexic. Philologic. h. v. ex Popma lib. 4. d. different. verbor.*

Sequitur autem hæc dictio undique naturam nominis, de quo communiter quadruplex consideratio ad nos redundat, quamvis *Vultej. lib. 2. Inst. tit. 23. §. 3. num. 7. & Gloss. ad l. filium, 24. C. famil. herciscund. item in l. in quartam 91. in fin. ff. ad L. Falcid.* septem, imo octo quartæ species recenseat, *add. Thesaur. Accurs. h. v. Brisson. d. verb. Signif. h. l.*

Arrogatus sine causa emancipatus aut exheredatus, an quartam bonorum omnium, an portionis tantum ab intestato debitæ accipiat, haud expedita res est: Prius utique probabilius existimamus per *l. 2. C. d. Adoption.* Nec quicquam facit, quod (1.) hoc modo pluribus arrogatis exhauriatur substantia arrogatoris in injuriam naturalium. Etenim non facilè permittitur ei, qui liberos habet, adoptare, *l. 17. §. 3. h. t.* Multo minus ad rem pertinet, quod (2.) melioris conditionis fiant hac ratione arrogati, quam naturales, quibus quippe legitima sufficit: Nam quarta hæc pœnæ loco ob injuriam præstatur filiis, interim *vid. Hænon. D. 2. th. 22. Dn. Strauch. D. 4. th. 22.*

Singulas ordinum classes in quatuor membra distributa esse non pauci Autorum asserunt. Hinc quatuor Comites Imperii, de quib. soli supersunt Comites à Schvvarzburgk

burgk ex mente *Pauermeist. lib. 2. d. jurisdict. c. 10. n. 25. & seq. fol. 555.* Sic quatuor Civitates, Augusta, Aquisgranum, Lubeca, Metum dicuntur speciali privilegio κατ' ἐξοχὴν Imperii Civitates, quasi primariæ, *Pauermeist. d. lib. 2. c. fin. n. 16. fol. 569. vid.* Cantzley Buch *fol. 3. in octavo incerti autoris.* Alias quatuor liberi Barones Imperii: quatuor Abbates principes: quatuor Burggravii: quatuor rustici: quatuor Pagi Imperii: quatuor villæ Imperii: quatuor castra: quatuor montes, &c. *vid. Ludov. Gothofred. in Archontolog. Cosmic. fol. 84.*

Vier Fälle in quibus in Camera Imperiali decernuntur mandata sine clausula pluribus enodantur apud *Webner. in Observat. Practic. lit. U. fol. 322.*

Vir hohe Rügen sind Mord / Brand / beweister Diebstal und Nothzucht / *vol. 1. Jur. publ. D. Arum. disc. 24. q. 5. fol. 697. Knich. tract. d. sublim. & regal. territor. Jur. cap. 4. n. 79. fol. 130. in prim. edit. & cap. 5. n. 71. fol. 151. ibi:* vier hohe *malefiz* Fälle.

Quarta ex *Authent. præterea, C. und. vir & uxor.* qvibus probatis debeatur, *vid. ap. Bartholom. Bertazzol. consultat. lib. 1. cons. 79. n. 25.* Debetur enim etiamsi uxor habeat dotem, modo parvam, *Durant. in tract. d. art. testand. tit. 6. caut. 70. in princ. Corn. cons. 249. 2. col. 3. vol. in princ.* Nec quicquam facit, quod uxor fuerit instituta heres in testamento viri forsan in septimâ parte hereditatis toto tempore vitæ suæ, quia non obstante testamento illa quarta debetur, *Gloss. ad d. Auth. præterea.* Nec sufficit, quod ex illa parte relictâ vivere possit, cum omnino debeatur, si minus sit relictum; nec prohibitio facta obest, quod non possit detrahi aliqua pars, quoniam testator illam

illam prohibere neutiquam valet, *vid. Bertazzol. l.c.* Non tamen debetur, si à marito instituta fuerit heres cum aliis. *Id. l. c. n. 26. Jung. Boer. decis. 44. n. 24.* & si quando per longum tempus possederit fructus, in eam partem computantur.

Quadriennii præscriptio fit earum rerum, quas fiscus, cum alienæ essent, vendidit, §. *fin. Inst. d. usucap.* ubi emtor (quod hac in re privilegium potissimum est fisci) statim est securus, tametsi fiscus conveniri possit, ut solvat damnum domino. Fiscus etiam per idem tempus excluditur à persecutione bonorum vacantium, quæ alius legitimè possidet, *l. 1. l. 2. l. 3. C. de quadrienn. præscript.* Sed ubi fisco delatæ fuerint, quadraginta annis opus est, *l. 2. C. commun. d. usucap. junct. l. 4. C. d. præscript. 30. annor. add. Scotan. Ex. Jurid. lib. 41. tit. 3.*

An liberi instituti & fideicommisso gravati tam Trebellianicam, quam legitmam quartam deducere possint, non levis Doctorum controversia est: De jure sanè civili verius videtur, non posse eos nisi unam deducere, præprimis cum in Trebellianicam legitima imputetur, *l. 6. C. ad SC. Trebell. arg. l. 91. ff. ad L. Falcid. Ludwell. D. 9. thes. 9. lit. d. & fusius Fachin. lib. 5. controvers. cap. 1. 2. 3. & seqq.* Sed jure canonum contraria opinio introducta animadvertitur per *c. Raynutius 16. & c. Raynaldus X. d. Testament. Harprecht ad tit. Inst. d. Fideicommissar. heredit. §. 1. n. 22. Schultz. synops. Institut.* h. t. Interim in praxi dissidium hoc distinctionis fœdere (secundum *Dn. Philipp. usu practic. Inst. lib. 2. Eclog. 98. n. 6.*) conciliatur. Filius enim vel cœteri ejusdem conditionis, legatum aut fideicommissum vel purè adscriptum habent, vel in diem, vel sub conditione:

ditione: Illo casu tantum legitima sive una quarta deducitur; hoc autem filius ultra legitimam & Trebellianicam detrahere potest: quia duplex hic lucrum delatum est ex diversis causis, distinctisque temporibus, quod utrumq; tempore successivo peti potest. *add. Dn. Præses decis. 52. in fin.*

12. Quasi.

Vocabulum hoc fertilissimum est in jure nostro: denotat autem simulationem quandam, uti *Terent. in Eunuch. 4. 4.* quasi verò plurimum intersit: & *Cic. 5. Tusc.* Sic eas exponam, quasi agatur res, non narretur: Item *Plaut. Stich.* fuit olim, quasi ego sum, senex. *add. Dyn. cons. 41. n. 3. Felin. cap. gratum. in fin. d. offic. delegat. Gloss. ad l. 39. d. condict. indebit. l. 30. §. 1. d. pact. l. 13. d. heredit. petit. l. 73. d. acquirend. vel omittend. heredit.*

Interdum est nota impropriętatis per sui naturam sc. *l. 9. pr. d. Empt. l. 1. d. transact.* tametsi quandoque secundum materiam subjectam expressiva veritatis sit, *Card. Tusch. pract. conclus. jur. 350. ex Alex. cons. 15. n. 7. lib. 1. & Ang. cons. 86. Hereditas materna, col. 2. princ. Rebuff. ad l. 101. §. 3. d. Verbor. Signif. add. l. 10. §. 12. solut. matrimon. l. 21. pr. d. Acquirend. Heredit. l. Gallus. 29. §. 15. d. lib. & posthum. l. 23. §. 2. & ibi Gloss. Ex quib. caus. major. l. 6. d. Exercitor. Action. l. 33. Obligat. & Action. l. 17. l. 28. ad SC. Vellejan. l. 2. §. 8. l. 15. l. 19. §. 1. l. 26. l. 28. l. 36. §. 1. d. judic. l. 10. d. Adoption. l. 2. d. prætor. stipulat. l. 1. §. 22. cum Gloss. d. Aqv. & Aqv. pluv. l. 3. §. 7. d. minor. vigint. quinqv. ann. l. 18. §. 2. famil. hercisc. l. 1. §. 13. ad L. Corn. d. fals. l. 2. §. 3. d. interdict. l. 23. d. pecul. l. 9. si pars heredit. petat. l. 2. §. 2. d. itin. actuqv. privat. l. 42. §. 4. d. procurat. l. 8. ad L. Jul. d. Adult.*

§. 1. d. condict. furtiv. l. 3. d. acqu. possess. l. 9. §. 3. d. dol. mal. l. 8. mandat. l. 1. ad L. Rhod. d. jact. Ulteriori legum productione spontè supersedemus, quoniam certi sumus ex hactenus allegatis, si cum Glossâ conferantur, intellectum vocis cuique patescere posse,

Solet autem sœpissimè aliis nominibus adjungi; Hinc quasi possessio, quæ definitur à *Theophilo pr. d. interdict.* incorporalis rei usus: item *à Didac. Covarruv. part. 2. tom. 1. relect. c. posses. malæfid. d. reg. in 6. n. 6. p. m. 429.* quod sit jus exercendi actum convenientem juri incorporali vero vel prætenso procedens ex sufficienti usu illius. Ad hanc autem constituendam unicum actum plenum sufficientem esse tradit ex communi opinione *Covarruv. l. c.* sequutus *Rip. in c. 3. cum Ecclesia X. d. caus. possession. & propriet. n. 52. & seqq. text. Bald. in l. 1. col. ver. extra opp. C. d. fideicom. Abb. not. in cap. cum ecclesia & c. cum olim. d. caus. possess. & propriet.* tametsi quasi possessionem probari ad minimum per usum triginta dierum statuant *Bartol. in l. sicuti. §. si quæritur, si servit. vind. Ang. in l. si quis. §. differentia. d. Acquir. possess.*

Quasi possessio fraternitatis an causetur tractatione & nominatione fratris? Negat *Menoch. cons. lib. 7. cons. 673. n. 4.* cui jungimus *Tiraquell. tr. d. retract. consangu. §. 1. gl. 16. n. 2.* multis rationibus & aliorum (more solito) autoritatibus rem comprobantem.

Quasi possessio filiationis probatur (1.) quod talis fuit filius talis, (2.) quod pater habuit & tractavit eum tanquam filium, idque tamdiu verum permanet, donec probetur contrarium, *l. 14. C. d. probation.* quamvis utrumque cumulativè non requiratur, & per *text. allegat.* probatio

tio in adversarium transferatur, *Hieron. Schurff. cent. 3. cons. 66. n. 1. & 2.*

Quasi possessio an possit acquiri ex actibus merè voluntariis per præscriptionem immemorialem? Affirmat hoc *Covarruv. part. 2. relect. c. possess. malæfid. tom. 1. §. 4. d. præstat. ann. n. 6. p. m. 445.* & suo modo *Dn. Strauch. Dissert. 8. aphorism. 5.* Nec obstat, quod res meræ facultatis, adeoque actus jure necessariò indifferentes præscribi non possint, *arg. l. 2. d. via pub. arg. l. 26. d. damn. infect. arg. l. 1. §. 12. l. 21. d. aqu. pluv. arcend. arg. l. 41. d. acquirend. possession.* Sed Resp. cum *Gloss. ad l. 11. d. Servit. Urban. præd. & ad l. 1. C. d. Servit. & Aqu.* actus meræ facultatis præscribi possunt toties, quoties subditi volentes exercere actum prohibiti fuerint, & huic prohibitioni consentientes ad domini nutum se applicarint: patientia enim tum temporis quid juris liberæ voluntati adjicit, eamque hâc ratione legibus subjectam esse adigit, *add. l. 18. §. 2. quemadm. servit. amitt. l. 6. d. Servit. urban. prædior. Ludwell. D. 6. th. 3. Besold. Thesaur. Practic. verb.* Zwang-Mühlen. *Cœpoll. d. Servit. Urb. præd. c. 50. n. 2.* aliique ab iisdem citati quamplurimi.

Quasi possessionem juris patronatus unâ præsentatione acquiri certi juris est, modo secuta institutio effectum habuerit, *Cravett. cons. 322. col. 5. vers. 7. principaliter. Menoch. cons. 90. n. 117.*

Quasi contractuum & quasi delictorum an plures species, quam quæ in *t. t. Inst. d. Obligg. quæ ex qs. contract. & qs. delict*? Resp. Omnino, v. g. communio finium, quatenus ibi considerantur præstationes personales, *t. t. ff. & C. fin. regund.* Judicium seu litis contestatio, *l. 3. §. 11. d. pecul.*

Detentio rei, in quâ alius jus habet, *t.t.ff. & C. ad exhibend.* Sunt & aliæ quædam causarum figuræ, unde condictiones nascuntur, *add. Dn. Strauch. Dissert. 16. aphorism. 14. Schneidewin. ad tit. Inst. d. Action. §. 20. n. 6. Harpprecht ad pr. Inst. d. Oblig. q. 95. ex contr. Ludwell. D. 14. th. 5. lit. E.* De quasi delictis plura suppeditat *Vultej. jurispr. Roman. lib. 1. cap. 51.*

13. Quatenus.

Hæc particula relativa est, *l. 69. d. contrahend. vend. nov. 44. cap. 1. c. 8. X. d. serv. non ordinand. l. 22. §. 6. solut. matrimon. l. 29. d. dol. mal. l. 18. junct. l. 19. §. 1. d. Re judic.* Sumitur quandoque pro quia, fitque conjunctio causalis, v. g. tunc quatenus dominium ejus auri transit ad artificem, *l. 34. pr. in fin. d. aur. & argent. legat. l. 26. §. 3. Mandat. l. 14. d. aqv. & aqu. pluv. l. 49. de verb. oblig. l. 6. d. Reb. credit. l. 3. §. 1. d. in rem vers. c. 27. X. d. jurejurand.* Accipitur etiam pro in quantum, v. g. quatenus quisque condemnari debet, *l. 5. C. Arbitr. tutel. add l. 14. C. d. usufruct. & habitat. l. 3. §. 13. d. acquirend. possess. l. 1. pr. d. nov. oper. nunciat. c. 8. X. d. pignor. c. 1. X. d. fidejussor.* Similiter quando quæritur, quatenus verum sit, ex factis negativis sive non factis posse sumi præsumtionem. Quod regulariter fieri non potest, *Anchor. cons. 302?* Scilicet hoc evenit, quando is, qui debet aliquid facere, illud non facit: tunc enim ex illo facto colligitur aliquid: *Vid. Vultej. cons. Marpurg. vol. 1. cons. 24. n. 60. ex Menoch. lib. 1. præsumtion. q. 23. n. 8. & cons. 121. n. 83. & seqq.* Aliquando importat conditionem, usurpaturque pro quamdiu, v. g. quatenus meus erit servus, *l. 6. d. legat. 1.* quatenus Reip. causa absunt. *§. 2. Inst. d. Excusat tutor.* Respondent insuper eidem particulæ si, qui,

secun-

secundum *Menoch. conf. 134. n. 19.* qui etiam intentionem suam probare conatur per *l. 2. d. condit. Institut. & l. filiæ. §. 1. d. condit. & demonstrat.* Exponit etiam quatenus per quomodo *Bald. in l. antiquitas. not. 1. C. d. usufr.* & per quousque, *Connan. lib. 4. c. 13. pr. l. 13. §. 2. d. pignor. & hypothec.*

14. Quemadmodum.

Adverbium est similitudinis, *l. 3. §. 7. & ibi Gloss. d. adimend. vel transferend. legat. l. 28. in fin. d. condit. instit. l. 38. pr. d. noxal. action. l. 29. ad L. Aquil. l. 7. d. inofficios. testam.* idemque est ac veluti vel sicuti. *l. 14. §. 1. d. adimend. legat. l. 8. d. acquirend. vel amittend. possession. l. 7. C. d. Agricol. & Censit. 46. d. jur. dot. l. 12. d. supellect. legat. Novell. Leon. 7. 21. 29. 46. 78. 89. c. 9. distinct. 12. c. 4. 23. q. 7. c. 25. c. 26. X. de jurej. c. 4. Extravag. commun. d. pœnit. & remission.* quas dictiones omnimodam similitudinem & in substantiâ & in quantitate importare statuit *Matth. Webn. pract. Observat. verb.* Der Gestalt. easque non conditionaliter, sed causative intelligendas esse in transactione, investiturâ, privilegio, sententiâ, contractu & simili dispositione se aliud referente asseruit *Besold. Thesaur. practic. verbb. 44.* wie/gleich wie. *add. Moller. lib. 2. semestr. cap. 32.*

Aliquando sumitur pro modo, uti in *rubr. solut. matrimon. rubr. quemadm. servit. amittant. rubr. d. usufruct. & quemadmod. q. utat. rubr. quemadm. testam. aper. rubr. C. quemadm. civil. mun. induc. rubr. quemadm. feud. ad fil. 1. F. 24.* item interrogativè, *Gloss. Bart. Bald. & Dd. rubr. cit. solut. matrim.* Est etiam nota impropriietatis & diminutionis, non secus ac dictio quasi, *Bald. ad l. 11. d. lib. & posthum.*

15. Quietè.

Idem quod ſincerè, bonâ conſcientiâ fideque *c. 3. ſanctorum. X. d. præſcription.* item placidè, tranquillè, ſine labore. *vid. t. t. ff. & C. d. Fer. & ibid. Doct. commun.* Hinc quietatio ſ. liberatio, quæ vim habet ſolutionis, *l. ſi fundum. §. ſi Titio, ubi Bartol. d. Legat. 1. Weſenbec. conſ. 14. n. 8. Menoch. conſ. 664. n. 7. in fin.* Fieri enim vel dari non ſolet, niſi tum, cum per omnia creditori eſt ſatisfactum, *Caſtrenſ. conſ. 377. n. 2. vol. 2.*

Eſt autem hæc ſtricti juris, aufferens tantum ſoluta ſive certa, *Weſenb. conſ. 42. n. 42.* non tamen incognita & ignorata, *l. 31. C. d. tranſact.* ſed expreſſa & ſpecificata in eo, ſuper quo eſt facta, *l. emptor. §. Lucius. d. pact. Schurff. conſ. 65. n. 10. cent. 1. Jaſ. auth. unde ſi parens. C. d. inoffic. teſtam. n. 7.* niſi quando conſtat verbis univerſalibus & amplis à liberante & quietante prolatis eum habuiſſe animum comprehendendi etiam incognita & ignorata, qvod cum *Cravett. conſ. 227. n. 11. verſ. 7.* ſtatuit *Menoch. conſ. 561. n. 28.* Cœterum an & quomodo quietatio ad non cogitata & futura extendatur, videri poteſt apud *Alex. Imol. vol. 5. conſ. 19. pr. conſ. 22. col. 2.*

Poſſidens duo quietationis inſtrumenta ejusdem ſummæ eodem loco & tempore facta non præſumitur bis ſolviſſe. *Bertachin. Repertor. Jur. cum ibid. cit. verb. geminatio.* Quamvis in dubio aliter rem ſe habere, adeoque ſolventem debitum unâ vice repetere poſſe aſſerat *Ludov. Roman. ſing. 553.*

Quælibet etiam generalis & geminata quietatio reſtringitur, ut civilem & juſtum recipiat intellectum, *arg. l. 13. Generali. C. d. SS. Eccleſ. Bartol. in l. 1. §. 16. nunciatio. ff. d*

ff. d. nov. oper. nunciat. & in dubio quævis generalis quietatio non debet extendi ad ea, ex quibus poteſt eſſe captio, *arg. l. 5. ff. d. tranſact. arg. l. 6. d. pignor. Alex. conſ. 48. n. 12. vol. 6. Vultej. conſ. Marpurg. vol. 2. conſ. 29. n. 161.*

Quietê poſſidenti rem ab initio poſtea ſuperveniens mala fides uſucapionem impedire non valet, & hoc potiſſimum jure civili, licet jure canonico & conſuetudine in Camerâ receptâ uſque ad ultimum completæ uſucapionis momentum bona fides requiratur, *§. 7. Inſt. l. un. C. d. uſucap. transf. Weſenbec. in π. ff. n. 11. Gail. 2. obſervat. 48. n. 7. Mynſing. cent. 4. obſ. 6. c. 5. c. fin. X. d. præſcript.*

16. Quinquies.

Adverbium numeri, quinque vicibus, v. g. quinquies millies, *Plin. lib. 2. cap. 23.* me defendente quinquies abſolutus eſt, *Cic. 11. Philipp.* Deducitur hoc ab adjectivo invariabili quinque, de quo *Gloſſ. ad l. 28. §. 5. d. judic. l. 3. & ibi Gloſſ. d. ſolut.*

Hinc quinquennalis, quod applicatur ludis apud *Plin. lib. 4. cap. 5.* & magiſtratibus, *Liv. lib. 4. ab U. C.* Inde etiam litteræ quinquennales ſive moratoriæ, quæ conceduntur debitoribus fortunâ & calamitate ad inopiam lapſis; non mercatoribus fallitis, uti loquuntur, & banccæ ruptoribus. R. A. *1548. c. 22. §. fin. Hering. d. fidejuſſor. c. 5. n. 103.*

Quæritur autem an haſce inducias quinquennales à principe impetrans ad uſuras interim teneatur? Negat *Moller. 4. 5. 7* Affirmant *Salycet. in l. 2. C. d. precib. Imperat. offerend. Tab. Cod. lib. 1. tit. 9. def. 8. Dn. Præſes Deciſ. part. 2. deciſ. 74. n. 59. 60.* præprimis cum princeps ſive magiſtratus per reſcriptum moratorium nec ſortem, nec uſuras credi-

creditoribus aufferre præsumatur, *l. 2. l. 4. C. d. prec. Imperat. offerend.* quamvis lubenter concedamus perdurante dilatione usuras à debitoribus exigi non posse; sed potius finalem rescripti extensionem, magisque pinguiorem creditoris fortunam expectandam esse, *add. Dn. Carpzov. part. 2. constit. 30. defin. 46.*

Non extenduntur tamen hæc privilegia ad debita eorum, qui insimul pauperioris fati calamitatem sentiunt, quique interdiu acquisita nocturnis temporibus (von der Hand in Mund) consumere necesse habent: veluti sunt debita opificum & mercenariorum, Ecclesiastica, pupillaria nova & recentia: his adde, ex aliâ quidem ratione, jurata & fiscalia. Nec locum obtinent in repetitione depositi. *Besold. Thesaur. Practic. verb. Quinquennell.*

Quinque pro centum in causa dotis promissa propter onera matrimonii & alimentationem exigere licet; Aliter tamen se res habet, si maritus concessit dilationem ad solvendam dotem, *Menoch. & ibid. cit. cons. 907. n. 15. & 16.*

Adulterii reum intra quinque annos continuos à die criminis admissi, defunctâ quoque muliere postulari posse palam est, *l. 11. §. 4. ff. ad L. Jul. d. Adulter. l. 5. C. h. t. Bachov. vol. 2. disp. 32. thes. 2. lit. 9. Perez. in C. h. t. n. 47.* & non habetur respectus adulterii simplicis & duplicis hoc jure. Sed Jure Saxonico hæc quinquennalis præscriptio in duplicato adulterio sublata est, *constit. 19. part. 4. in fin. verb.* Wollen auch daß die Verjährung der fünff Jahr in dem Laster des Ehebruches forthin nicht Statt haben soll. *add. Carpzov. ad d. constitut. 19. defin. 15.* Quinqunnati etiam præscriptione tolluntur querela

rela inofficiosi testamenti, *l. 8. §. fin. d. inoffic. testament.* item merces, quæ inciderunt in commissum, *l. 4. C. d. Vectigal.*

Inter duo prædia rustica spatium quinque pedum, (velut unus gradus geometricus, relictum Legib. XII. Tabb; quod tamen Jure Saxonico ad tres pedes restrictum videmus. Landrecht. *lib. 3. artic. 51.* Et hoc olim non nisi longissimâ possessione *l. 2. §. 6. l. 7. §. 1. pr. Emt.* 30. annorum spatio usucapi potuit, *l. fin. C. Fin. Regund. Brunnem. h. l.* In pœnâ insuper varietatem quandam animadvertimus. Nam in eos Jure civili, qui terminos statutos extra suum gradum finesve moverint dolo malo, pecuniaria pœna constituta est: quoniam in terminos singulos, quos ejecerint, locove moverint, 50. aureos in publico dari jubet: & ejus actionem, petitionem, ei qui volet, esse jubet L. Agraria, quam C. Cæsar tulit, *l. 3. pr. d. Termin. mot.* huic adde *l. 4. C. Fin. regund.* ubi, si qui post delatam finium regundorum quæstionem, non expectatâ judicis sententiâ partem fundi alieni usurpare ausi fuerint, coguntur hanc & tantundem de proprio restituere; Jure autem Saxonico multo levior pœna scilic. 30. solidorum huic delicto imposita est, in quibus parti læsæ violatores condemnantur, Landrecht. *lib. 2. artic. 28. vers.* Fischet er aber. *ubi Gloss. lit. C.* ac insuper tenentur evulsos terminos suis sumptibus in pristinum statum & locum restituere, & delictum emendare judici 60. solidis, *vid. uberius Philippi us. pract. Instit. lib. 7. Eclog. 79. n. 9. & seqq. ex Zobel. Differ. extravagant. n. 4. Carpzov. prax. crimin. part. 2. quæst. 83. n. 70.*

17. Quodammodo.

Nota est improprietatis, *l. 5. §. 15. ff. commodat. l. 4. §. 1. ff. d. Edend. l. 1. §. 5. l. 4. §. 1. d. Verbor. obligat. l. 34. in fin. pr. d. acquirend. possess. Constit. Omnem. d. Rat. & Method. jur. docend. Marsil. d. Ecclesiast. redit. c. 23. n. 36. Bald. in l. si abducta C. d. Furt. col. 2. vers. 2. secundò quæritur. Menoch. cons. 526. n. 10. Jason. in l. in suis. n. 17. ff. d. Liber. & posthum.* Si huic verbo jungatur particula quasi, facit intellectum impropriissimum, *Bertachin. Repert. jur. verb. quasi. ex Bald. l. c. & Franc. Aretin. in l. si pater. d. vulg. & pupillar. subst.*

18. Quomodo.

Adverbium qualitatis & similitudinis, exprimens impossibilitatem, dubitationem, magnitudinem, administrationem, &c. *Rubr. C. quomod. & quand. jud. sentent. Rubr. quomod. quis ord. conv. Rubr. quomod. oport. Episc. nov. 6. Rubr. quomod. oport. monach. viver. nov. 133. Rubr. Extravag. quomod. in læs. majest. crim.* Exprimitur Germanicè, wie und auff was Weise/ quamvis τὸ wie interdum usurpetur pro quia, *vid. D. Præses Decis. part. 1. decis. 15. n. 43. in fin. fol. 155.* Est etiam interdum interrogativum, *Doring. Bibliothec. JCtor. voc. adverbia. n. 120. ex Albert. d. Pergam. n. 95.* & pro eo pervenustè ponitur qui, ut notat *Calvin. Lex. h. v.*

19. Quomodocunque.

Idem quod utcunque, quoquo pacto, qualicunque ratio-

ratione, quovis modo, qualitercunque: Dictionem hanc satis universalem esse tradunt *Cravett. cons. 294. col. 5. vers. ad idem adduco. Corneus cons. 169. n. 6. Aretin. cons. 104. n. 6.* Includuntur enim modi similes & dissimiles, æquales & majores, *Cephal. cons. 53. n. 18. & 22. it. cons. 150. n. 15. lib. 1.* & quæcunque jura & prætensiones, quæ alicui competere possunt, *Dec. cons. 599. num. 3. Gozad. cons. 14. n. 22.*

20. Quomodolibet.

Idem quod quacunque ratione & modo; maxime universalis vox, *Roffiniac. d. benefic. c. 24. n. 14.* extenditque se cum dictione quovis modo ad quemcunque casum, *Paris. cons. 33. num. 29. lib. 3. Ruin. cons. 123. n. 10. lib. 2. Socin. Jun. cons. 2. n. 21. lib. 1. Menoch. cons. 550. n. 10.*

21. Quoniam.

Adverbium affirmans facit ex *Albert. Perg. n. 94. Döring. l. c. n. 122.* quemadmodum & particulam quia, quamvis in se conjunctiones sint causales, *add. l. 2. §. 1. d. Reb. Credit. novell. 96. 97. pr. nov. 72. cap. 6. nov. 43. pr. nov. 42. cap. 3. novell. Leon. 5. 74. 85. 94. c. 7. X. d. Cleric. conjugat. c. 9. X. d. præbend. c. 17. X. d. election. c. 47. d. elect. in 6. c. 1. d. renuntiat. in 6. Rebuff. ad l. 5. pr. d. Verb. Signific. Bartol. in l. demonstratio, 17. §. quod autem 2. d. condit. & demonstrat.*

22. Quondam.

Adverbium est temporis, & denotat idem, quod

olim vel aliquo tempore, v. g. quondam etiam victis redit in præcordia virtus, *Virg. 2. Æneid.* sic: tutores quondam adolescentium, *l. 5. C. d. Administrat. tutor.* addantur *l. 10. C. d. Donat. int. Vir. & Uxor. l. 3. C. d. donat. ant. nupt. l. 15. C. d. jur. dot. l. 3. C. Rer. amotar. l. 18. C. d. Excusat. tutor. l. 5. C. si quis alt. vel sib. l. 15. C. ad L. Jul. d. Adult. l. 3. C. d. Testam. milit. l. 9. C. d. jur. deliberand. l. 3. C. d. in lit. jurand. l. 5. C. d. Nupt. l. 1. l. 3. C. d. Donat. int. Vir. & Uxor. l. 2. C. d. Donat. mort. caus. l. 3. C. d. hered. tutor. vel curator. l. 3. C. d. Except. s. præscript. l. 4. C. d. fals. caus. adject. l. 7. C. qui pet. tutor. l. un. C. si quis eam cuj. tutel. l. 26. C. d. Administrat. tutor. l. 1. C. d. in lit. jurand. l. 3. d. contr. jud. tutel. cap. 6. X. d. pignor. distinct. 1. d. consecrat. c. 70. distinct. 2. d. pœnitent. c. quando ergo 11. q. 3. c. quando vult Deus. 33. q. 4.* Ponitur etiam pro semper, sicuti diducit ex *Virg. Ambros. Calepin. dictionar. h. v.* Respondet eidem Germanicum Weiland/ hinc etiam hæc dictio significat mortuum fuisse aliquem, *c. cum contra, X. d. pignor. Calvin. Lex. Juridic. h. v.*

23. QUOTANNIS.

Idem quod singulis annis, quamvis quidam distinctionem hic efficere velint, de qua *vid. Calvin. Lex. h. v. l. 58. §. 1. in fin. d. usufruct. l. 17. §. 1. d. ann. legat. & fideicommiss.*

Quotannis alias præstatur feudum illud personalissimum, quod etiam ex neutrâ parte ad heredes transit, *vid. Zas. part. 12. d. feud. degener. n. 32. Rosenthal. synops. feudal. c. 2. conclus. 29. Rebuff. in declarat. feud. num. 19.* pariter ac

ex

exemplificatur in feudo ſoldatæ, *Jaſ. præl. feud. num. 126.* Quæ eſt præſtatio quædam annua gratuita pauperi potiſſimum conceſſa, conſiſtens plerumque in donatione ſolidorum, quamvis etiam præſtari ſoleat in vino, frumento, butyro, aliisque rebus mobilibus, *addat. Nicol. Intrigliol. & ibi cit. Autor. d. Feud. quæſt. 35. n. 3. & ſeqq.*

24. QUOTIDIÈ.

Adverbium temporis, quod uſurpatur pro tempore conveniente, etiam pro ſingulis diebus, v. g. mihi quidem quotidiè augeſcit magis de filio ægritudo, *Terent. Heautont.* ſic: non conſtare poteſt jus, niſi ſit aliquis Juriſperitus, per quem poſſit quotidiè in melius produci, *l. 2. §. 13. d. O. J.* Sumitur etiam pro debitis diebus, *l. 7. in fin. quemadm. ſervit. amitt. Rubr. & l. 1. §. 12. & ſeqq. d. Aqv. quotid. & æſtiv.*

Quotidiano victu legato num etiam veniant veſtimenta qv? negativa rectiſſimè adſtruitur, præprimis cum victus quotidiani vocabulo non niſi victualia & venalia indigitentur; magnaque diverſitas reperiatur inter victum abſolutè, & victum quotidianum legatum.

Quotidianæ diſtributiones ſimplices & non duplices dantur habenti in eadem Eccleſiâ duo beneficia, cum illæ dentur ob perſonalem præſentiam, ſed ex mente *L. Gomez. tract. d. Expectativ. num. 54.* Contrarium tamen afferunt *Bald.* & eidem ſubſcribens *Cardin. conſ. 53. per textum in l. Titia. §. qui Marco. ff. d. ann. legat. vid. Covarruv. var. reſol. lib. 3. tom. 2. cap. 13. n. 6.*

25. Quoties.

Adverbium eſt numeri, *Albert. d. Perg. tr. d. præpoſit. n. 92.* adhibetur aliquando pro ſæpius & ſemper, *l. 7. §. 1. d. Edend. l. 58. l. 80. l. 81. d. Verbor. Obligat. l. 22. rem. rat. haber. l. 22. d. condit. & demonſtrat. l. 8. d. pact. dotal. l. 11. l. 13. C. d fideicomm. l. 67. C. d. Agricol. & Mancip. l. 2. C. d. ponderat. & aur. l 3. C. d. naufrag. l. 3. C. d. privileg. ſcholar. l. 3. C. d. exactor. tributor. l. 1. C. ut nemin. lic. in empt. ſpecies. l. 4. C. d. condict. ob turp. cauſ. add. Döring. Bibliothec. Theoric. practic. verb. adverbia, n. 124.* aliquando pro bis tantum, *l. 138. d. Verb. Obligat. l. 3. pr. quib. mod. uſusfruct. amitt. Bertachin. Repertor. Jur. part. 3. h. v.* communiter tamen interrogativè & relativè uſurpatur, *§. 18. Jaſ. d. inutil. ſtipulat. l. 20. l. 67. l. 91. l. 98. l. 200. d. R. J. l. 34. pr. d. uſufruct. l. 1. pr. d. uſufr. accreſcend. l. 9. pr. d. heredib. inſtituend. l. 1. l. 37. d. ſolut. & liber. l. 9. d. adminiſtr. & peric. tutor. l. 44. d. accipiend. vel amitt. heredit. l. 15. l. 20. d. ſervit. l. 2. d. legat. 2. l. 2. ad municipal. l. 1. l. 18. d. probat. l. 14. d. novat. & delegat. l. 1. ſolut. matrim. l. 2. d. option. vel elect. legat. l. 13. C. d. hered. inſtit. l. 84. pr. ſol. l. 6. ſi ingen. eſſe dicat. l. 16. d. bonor. poſſeſſ. l. 67. ad L. Falcid. l. 1. d. pœn. l. 21. l. 34. d. noxal. action. l. 11. l. 12. d. reb. dub. l. 16. d. jur. dot. l. 29. d. contrahend. empt. l. 13. ſi quis caut. in judic. l. 3. ſi famil. furt. feciſſ. l. 23. ad SC. Trebell. l. 14. d. jurejurand. l. 24. d. Oper. Libertor. l. 41. d. Oblig. & Action. l. 21. præſcript. verb. l. 47. d. pecul. l. 2. d. in diem addict. l. 61. d. ædil. l. un. C. quand. non petent. part. petent. l. 2. C. quo quisq. ord. conven. l. 15. d. R. V. l. 17. C. d. dignitat. l. 1. C. d. diſcuſſor. l. 3. C. d. lucr. advocat. l. 10. C. famil. herciscund. l. 12. C. d. ſuis & legit. liber. l. 2. C. ſi plur. un. ſentent. condemn. l. 12. C. d. quæſtion. l. 4. C. ad SC. Orphitian. l. 3. C. d. donat. quæ ſub mod.*

mod. l. un. C. d. probib. sequestrat. pecun. c. 2. X. d. pact. c. 5. X. d. Simon. c. 5. X. d. purgat. canon.

Quoties terminus obligationis certus debitori principali prorogatus invito vel inscio fidejussore, fidejussor exceptionem prorogationis objicere creditori potest, *arg. l. 60. d. fidejussor. l. 4. C. h. t. Menoch. cons. 120. num. 30. Vult. Marp. cons. vol. 1. cons. 24. num. 272.* Aliud tamen dicendum, si tempus solutioni, non obligationi adjectum sit, *Dec. cons. 400. num. 1. Mynsing. cent. 6. obs. 53.* & fidejussor absque termini circumscriptione datus. Hic enim etsi non de futuris, tamen de præteritis tenetur, hoc est de iis, quæ primum ante prorogationem in obligatione fuerunt, sive sors, sive usuræ sint, *add. Vultej. l. c. n. 274. ex Val. Franc. c. 6. n. 62.*

Quoties per eum, cujus interest, conditionem non impleri fiat, quo minus conditio impleatur, perinde habetur jure civili, ac si conditio impleta fuisset, *l. 161. d. Reg. Jur.* cum hac concordat *l. 174. h. t.* qui potest facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur. Fallit tamen hæc regula, si conditio in alterius contrahentiũ voluntatẽ conferatur, hoc modo, si volueris, cũ volueris: quia licet stet per eum, quò minus conditionẽ impleat, tamen non habetur pro impleta, ne quidem quoad præjudiciũ ejus, qui non implet, *Vultej. d. l. cons. 28. num. 259. per l. 46. §. 2. ubi Jas. num. 5. d. Verb. Obligtat.* Deinde fallit etiam hæc regula, quando testator aut contrahentes hoc egerunt, ut præcisè conditio impleta sit, antequam quid peti possit, *Bald. in l. si pater, in 3. quæst. in fin. C. d. instit. & substit.* adde de ejusdem uberiori intellectu, *Fortun. Garziam in l. 7. §. quinimò, num. 15. d. pact. Sturcium Comm. h. l.* qui etiam ad *l. 40. pr. d. condit. & demonstr. & l. fin. C. de condit.*

dit.insert. quæ vulgo opponuntur, sufficienter respondet.

Deniq; quærere lubet, si eadem quantitas, v.g. 100. eidem personæ *aliquoties* fuerit legata, an *toties* debeatur, *quoties* legata fuit? Et Resp. quod hoc casu voluntas testatoris sit inspicienda, an sc. hic legatum multiplicare voluerit, an non. Priori casu eadem summa bis solvi debet, vel *toties, quoties* fuit legata: Posteriori vero casu sufficit, si semel legata quantitas solvatur. *vid.l.34.§.3.ff.de Legat.1.* Sed quid dicendum, si dubiũ sit de voluntate testatoris, an legatũ multiplicare voluerit, an non, cui nam hoc casu onus probandi incumbat, an heredi, legatum sc. non fuisse multiplicatum, an verò legatario, legatum sc. multiplicandi animo fuisse repetitum? Et Resp. distinguendo, an eadem summa sæpius fuerit posita in eod. testamento, an in diversis: si in eodem testamento, tunc præsumtio est pro herede, legatum sc. non fuisse multiplicatum, ergô hoc casu legatario contrarium asserenti incumbit onus probandi. *d.l.34.§.3.ff.de Legat.1.* Si verò in diversis testamentis aut codicillis ead. summa fuerit repetita, legatum præsumitur multiplicatum, ergo hoc ultimo casu heres contrariũ asserens opinionem suam probare tenetur. *l.12.ff. de probat.* Conf. Dn. Struv. *Ex.35.th.11.* Arum. *18 th.6.* Sutholt. *differt. 10.aph.29.* Cujac. *14. obs.19.*

26. Quotiescunque.

Idem quod quandocunque, *l.41. uxorem, §.7.ff. d. Legat.3. l.5. C.d. susceptor. præposit. & arcar. l.37. C.d. decurion. l.1.§.1. d. vacat. & excusat. mun.*

Atque tantum de Adverbiis, quæ hac lit. Q. incipiunt; Cœtera, qvæ forsan habentur, nullum, aut sane perexiguum in jure exhibent commodum, quapropter scientes volentes iisdem recensendis supersedemus.

Lit. R.

1. Radicitus.

IDem est ac à radice, vel usque ad radicem, si res in totum & omnino tollitur, ut *in l. 1. C. de form. & impetr. act.* radicitus amputari. in *l. 7. §. 8. C. de cur. fur.* exscindere. Convenit ferè cum Adverb. funditus, cujus significatum vide supra.

2. Raro.

Quod non sæpe, insolenter, s. quod bis aut semel fit. *l. 6. ff. de leg.* Br. *in tract. de inf. in pr.* ei opponitur, quod sæpius, frequenter, & facilè accidit in *l. 4. & 5. ff. de leg.* ubi quoque dicitur, quod jura in his, quæ ut plurimum accidunt, non quæ raro, constitui debeant, quæ tamen regula varias limitationes admittit, & cessat in dispositione aut casu legis speciali, in illis enim quæ raro eveniunt, jus quoque posse constitui, dubium nullum est, ut patet *ex l. 12. de leg. hæred. & simil.* Aliàs id quod raro aut interdum accidit, casuale est & contra se habet regulam, juxta Gl. *in l. 6. ff. de pact. &* Bl *in l. nec ei.* §. *fin. in pr. ff. de adopt.* quod autem frequenter & plerunque accidit, pro se habet regulam, & præsumitur veritas ita se habere, *per c. 1. de cler. non resid. l. eum qui. C. de Episc. &*

Cler. l. cui Deus. & ibi Ang. *ff. de ædil. edict.* imò vox plerunque ita posita idem in lege s. canone signif. ac semper, per Salic. *in l. 1. C. quom. & qu. jud. & in l. 42. de ritu nupt.* Everhard. *in Top. l. à comm. accid. & in loco ab except. ad reg. num. 13.*

3. Rationabiliter.

Rationabiliter dicitur ferri sententia i. e. justè & secundum rationem. Illa autem sententia dicitur rationabiliter promulgata, quæ prohibetur falso testimonio niti. Ita in *c. omnibus 35. q. 9. & c. 4. X. de sent. & re judic.* ea quæ rationabiliter ordinata & decisa fuerunt, & juxta morem ecclesiasticum comprobata prohibentur ulla refragatione turbari. Ea autem hoc modo decisa dicuntur, quæ sana prius ratione fundata de jure & sententia Pontificis confirmata sunt. Econtra campus dicitur irrationabiliter occupatus, quando non justè sed violenter possessio est ablata, *c. 1. X. de rest. spol.* & statim restitui debet repulsâ tituli dominiique exceptione à convento opposita. *cap. in literis. c. literas. §. propterea. cap. conquerente. de rest. spol.* etiamsi spoliatus prædo fuisset. *d. c. in lit.* & spoliator Dominus. *arg. c. 1. 3. & ult. in f. 3. q. 1.* Franc. Personal. *tract. de indic. & tort. quæst. 1. num. 24.* Quod ita constitutum est tam in favorem spoliati, quam odium spoliantis. *c. eum qui. 18. de præb. in 6. & l. si quis. 7. C. unde vi.* Pari modo statutum irrationabiliter latum dicitur, quod est contra leges communes, contra naturalem æquitatem & contra rationem. Et si contra leges communes approbatur, correctio tantum quoad id, quod juris civilis est, non verò quod juris naturalis, inducitur, quia tunc esset irra-

irrationabiliter latum. Stephan. Federic. *de LL. interp. p. 2. p. 136.* Heig. *l. 2. q. 35. n. 54.*

4. Rectè.

Huic adverbio proximè accedunt, ritè, verè, benè, atque probè; sed in hoc differunt, quod rectè ad causæ vel rei justitiam, ritè ad solennitates & ordinem procedendi, verè, benè atque probè ad sententiam verborum substantiamque actus requiruntur. Rectè tamen generalius sumitur, quod enim rectè fit, etiam secundum ritus, veritatem atque justiciam fieri dicitur. Inter rectè & ritè nulla alia differentia est, quam quod rite propriè de rebus sacris, rectè verò de aliis, imò apud Livium hæc duo propter paritatem sæpius conjunguntur. *in l. 2. §. 1. ad SCtum V. l. 31. de min. l. 6. in. f. de j. Patr.* &c. significat legitime & secundum juris ordinem; *in d. l. 2.* sapienter & consultò. *in l. pen. ff. de itin. actuq. pr.* quod sine vitio, neque vi neque clam neque precariò fit. *in l. 2. ff. usufr. quem. cav. l. 20. §. fin. ff. d. servit. urb. l. 24. de serv. rust.* significat quod fit idoneè, utiliter, & ut oportet. Pecunia rectè data dicitur, quæ opportuno tempore atque loco solvitur. *l. 40. ff. si certum pet.* In stipulationibus idem est ac arbitratu boni viri, ut inquit Ulpianus *in l. 73. de V. S. & in l. 5. §. 3. ff. jud. solvi.* dicit, rectè defendere i. e. arbitratu boni viri defendere. Opponitur eidem obliquè, & per consequens quod perperam fit. Plures, quas extra jus habet signif. vide ap. Calep.

5. Regulariter.

Quod secundum regulam s. pro regulâ est, ab adj. regularis, quod est ad regulam factus, Gallis fait a la reigle.

reigle. *in l. 9. de hered. pet.* Ulp. dicit, regulariter definiendum est, i. e. pro regulâ habendum juxtaq; eam discernendum: Sequimur hanc, quotiescunque & jus & recta ratio permittunt, aliàs ipsa neque jus est neque jus facit, Bald. *in Marg. verſ. regula.* & ei semper standum est, si casus aliter non excipiuntur. Paul de Castr. *conſ. 109. in 1. col. vol. 1.* Bl. *in l. si tutor. in f. C. de serv. pign. dat. man.* Regulam enim pro se habens, fundatam censetur habere intentionem. Et rectè Salicetus *in repet. l. 5. ff. si cert. pet.* eos reprehendit, qui regulas negligunt, & caput implent casibus singularibus & peregrinis, & specialiter addit, quod ignorantia regularum legumque communium sit lata culpa, non autem singularium & exorbitantium, per Gl. *d. l. 5.* idem Zasius in declaratione *l. quod Nerva. depoſ.* regulariter etiam signif. quod fit modo regulari, legitimo & ordinario.

6. Religiosè.

Significat integrè, piè, & quasi cum metu Deorum, ut apud Cic. *pro Cœl.* Ut sapiens moderatusque vir religiosè testimonium dixerit. (2.) solicitè & accuratè. Col. *l. 3. cap. 10.* (3.) modeste & verecundè. Cic. *l. 1. Epist.* faciam quod facere debent ii, qui religiosè & sine ambitione commendant.

7. Retrò.

A JCtis ad tempus jam exactum & præteritum refertur, ut *in l. 16. de pign.* ad tempus contractus respicit. *in l. 7. pr. ff. de off. proconſ. & leg.* dicitur; retrò obtinuit consuetudo i. e. corroborata est, & *in l. 5. C. de delat.* retrò

juris

juris ordine, pro eo quod hactenus obtinuit. Hinc etiam sumitur pro ante. §. *3. inst. de donat.* ponitur etiam pro vicissim, vel è diverso, *in l. 4. de oper. serv.* *l. 67. ff. de solut. l. 40. de adq. poss.* Propriè significat ponè s. à tergo. Ita *in l. retro. 16. de capt. & postl. reversis* ille retro creditur in civitate fuisse, qui postquam ab hostibus captus erat, rediit juris quadam fictione, & quidem circa locum, fingit enim eum nunquam abfuisse. Ea siquidem forma fictionis est, (quæ modus est materiæ) dicente Vigelio *dial. juris de form.* & Everh. *loco à vi fictionis*, ut quod revera non est, ratione effectus assumatur. Eadem fictione tamen circa tempus, *in L. Aquilia* tempus retrò æstimatur, *l. 18. §. 11. de damn. inf.* annus cæptus pro completo habetur. *l. 8 ff. de mun. & hon.* item dies. *l. 5. ff. qui test. fac. p. l. 6. de usucap.* ratihabitio, quæ negotium gestum consequitur, retrò tamen facta esse, & in vim mandati præcessisse fingitur. *l. 16. §. 1. ff. de pign. l. f. in ff. de Bon. poss. l. fin. ad Sctum Maced.* Ejusmodi fictio semper procedit, si non trahitur retrò in præjudicium alterius. Decius *ad l. 193. de R. J.* Pari ferè modo in clausulâ illâ nunc prout ex tunc & tunc prout ex nunc itzt als dann/ und dann als itzt terminus ad quem retrò jungitur ad terminum à quo, & vice versâ, & clausula hæc in mandato posita importat, ut unum tempus alteri inesse videatur, præsens in futuro & v. v., ex quovis enim tempore sumitur actus initium. Tiraquel. *de retr. conv.* §. *1. gl. 1. num. 85.* Felin. *in cap. licet causam. n. 6. de probat.* item efficit, ut, si quis in termino à judice præfixo non compareat, neque de absentiâ eum doceat, ex nunc condemnatus sit in pænam promissam à

judice. Gylmann. *tom. 2. Sympbor. p. 2. verſ. 18. n. 1. fol. 57.* Wehn. *Obſ. Pr. voc.* iſt als dann.

Occaſione hujus adverbii addere lubet quæſt. illam, an pacto retrovenditionis poſſit præſcribi? Quod N. (1.) iis enim, quæ meræ facultatis ſunt, nullo unquam tempore præſcribitur. *l. 2. ff. de via publ.* & ibi DD. comm. Conſ. DD. Marp. *p. 3. conſ. 33. n. 308.* (2.) Malæfidei poſſeſſor nunquam præſcribit. *c. ſi diligenti & c. fin. de præſcr. c. poſſeſſor. de R. J. in 6.* atqui emtor qui ſcit, rem à ſe evinci poſſe, malâ fide poſſidet, *l. apud antiq. C. de furt.* (3.) quæ infinitatem continent, non ſunt præſcriptibilia: variè probat Cæpolla *caut. 57.* dicens, contractui non nocere præſcriptionem, ſi in inſtrumento dicatur, Quandocunque & quotiescunque me convenire velis liceat. *l. ſi fundum. C. de pact. inter emt. & vend.* facultati autem implendi poteſtativam conditionem nullo unquam tempore præſcribitur. ſec. Bart. *in l. pignori. in f. ff. de uſucap. l. fin. de condit. inſtit.* Plura pro hac & altera parte argumenta, vide apud Gailium *l. 2. Ob. 18.* Mynſ. *cent. 1. Obſ. 10. & c. 6. O. 20.* Zaſ. *ad §. actionum. inſt. de Act.* Zoannett. *in tract. de emt. & vend. ſub pact. revend. n. 28.* Borchold. *de uſur. c. 6. n. 17. 18.* Hart. Hartmanni *l. 2. tit. 22. Obſ. 4. n. 6.* Koppen. *deciſ. 1.* Hænon. *diſp. r. 11. th. 8.* Conſtit. Elect. Saxon. *p. 2. conſt. 1.*

Plures circa pactum hoc oriuntur controverſiæ, nim. an ex eo realis an perſonalis oriatur actio. *(2.)* in qvo differat à contractu pignoratitio, (3.) quis lucretur fructus &c. verum cum non inſtituti noſtri ſit prolixiùs eas hîc tractare, B. Lectorem remittimus ad Mynſing. *Cent. 6. O. 69. 70.* Hart. Hartman. *cit. l. & th. 5.* Hunnium *ad Treutl.*

T. 1. vol.

T. 1, vol. post. disp. 2. th. 59. & 60. Dan. Moll. *semestr. l. 4. c. 3. n. 1.* Gail. *l. 2, Obs. 16.*

8. Retrorsum.

Idem est ac retro versum, ut patet *ex l. 16. §. 2. de divers. & temp. praescr.* retrò tamen latiorem habere significationem videtur, dum quodvis tempus à tergo, remotissimum quoque, hoc verò proximum quodque in ordine denotet. Horat. nunc retrorsum vela dare atque iterare cursum.

9. Revera.

Paris est significatus, si disjunctim, aut conjunctim vel adverbialiter sumatur. Significat autem certè, re ipsâ, aut in rei veritate. Hinc etiam excludit probabilia, famam, rumorem, aut quod vulgus pro facto habet, nisi probetur aut evincatur res ita se habere. Certum enim est, non quod solùm initio statim, sed per relationem. Vant. *de nullit. proc. p. 499. num. 138.* & eventum. Tusch. *Concl. 200. certum quando.* tale est. Excludit rem incertam atque dubiam, omnem conditionem, cum nihil ponat in esse. Idem *Concl. 129. Relatum in ref.* nisi per eventum reducatur ad certitudinem, & tunc incipit revera esse. Oldrad. *Cons. 61. arg. l. quid rel. de reb. dub.*

10. Revocabiliter.

Revocabiliter dicitur fieri, quod fit ut revocari possit, sicuti contra irrevocabiliter, quod non potest. Revocamus autem, quando id quod jam actum est, aut agendum erit, retractamus, & ad priorem statum reductum volumus; e. g. quando id, quod in fraudem creditorum alienatum est, revocamus. *C. de revoc. his.* Diverso paulum

lum sensu sumitur *in cap. fin. de for. comp.* ubi subditus legitimè citatus, si alterius postmodum jurisdictionis esse cœperit, jus revocandi forum non dicitur habere, quod ab illo jam præventus sit, sicuti contra Legatus in causâ necessariâ missus aliquò, jus revocandi domum habet, i. e. ut non in foro delicti sed domicilii conveniri possit; Quod tamen Heigius *p. 2. q. 11. n. 17.* Alb. Gent. *de legation. l. 2. cap. 18. & seqq.* Socin. in *d. cap. ult. n. 78.* in criminalibus locum non habere dicunt.

In cœterum testamentis jam conditis Adverbium hoc locum habet. Revocatio tamen illa non ita simpliciter fieri potest, si testamentum solennitatibus adhibitis aut debito modo factum fuerit, puta si apud acta conditum aut Judici aut Scabinis oblatum est, non aliter annihilatur, nisi coram septem testibus revocetur, nec revocatur, si testator nudè dicat, nolo valere testamentũ, *arg. §. ex eo. inst. quibus m. t. infirm.* Hotom. Schneidvv. *ad eund.* Mantica *de conject. ult. vol. l. 2. tit. 15. n. 21.* Sicuti nec sola voluntate & omissis solennitatibus conficitur. Hænon. *ad l. 35. de R. J.* Phil. Matth. *ad eand. n. ult.* Cagnolus *ibid. n. 2.* Finckelthaus *O. 93. per tot.* Moll. Sem. *l. 3. c. 23. n. 1. 3.* Consf. DD. Marp. *vol. 1. consf. 34. n. 48.* Zaf. *consf. 2. n. 31.* Hippolyt. de Marsf. *in pract. crim. in §. restat. n. 7.* Casp. Anton. Thesf. *sing. quæst. for. l. 1. q. 56. n. 2.* Bald. *ad l. 27. C. de testam.* Dicendum tamen esset de J. Civ. & cum DD. comm. Si decennium elapsum esset, *per d. l. 27. de testam.* hoc enim tempore elapso testator eorum oblitus præsumitur, quæ ante illud tempus conscripserat. Vivius *l. 2. decis. 292. n. 6.* aut si testator ab intestatò se moriturum dixerit. *l. 2. ff. de inj. irr. rupt. testam. l. 21. qui testam. fac. poss.* Ludvvel. *ad d. §. pen. inst. q. m. t. inf.* Rauchb. *p. 1. q. 22. n. 19.* Moll.

19. Moll. Sem. *l.2.c. 23.n.1.* Guido Pap. *dec.200.n.4.* Verum superfluum hoc esse decennium, & in nostris terris atque judiciis neminem esse, qui urgeat, dicit Finckelth. *d. O.* Siquidem illud rescindendi meliores dentur modi, nec opus sit decennium expectare, si vel unâ die declaratâ testatoris mente coram legitimo testium numero revocari queat. Conf. DD. Marp. *c.l.* Berlich. *p.3. concl. 4. num.52.* Cætera quoque verba, nim. si testator se ab intestato moriturum dicat, vim dissolvendi habere negat Gilk. *ad d.l. 27.n.7. in f.* Dauth. *de testam. ad l. 21. §.1.ff. qui test.f.poss. n.5. in marg.* Finckelth. *d. O.* & alii. (1.) quod nuda tantùm verba sint, & eadem ferè cum his, nolo valere testamentum, quæ tamen ad annullandum testamentum neutiquam sufficiant, ut jam dictum. (2.) subtilis utriusque hujus formulæ, quam tradit Bl. *in l.27. C. de testam.* vim vix sentient simplicioris generis homines. (3.) quia dum revocant, ab intestato decedere velle & tacitè legitimos hæredes ab intestatò vocare, semper ferè præsumuntur. Bach. *ad Tr. V.2. disp.10.th.7.l.B.* Denique etiam testator, quos hæredes scriptos voluerat, indignos hæreditate judicaret, & fiscus interdum intestato succederet, & tunc indignum esset, priores ita excludi: nemo enim indignus præsumitur nisi probetur, *arg.l.24.de leg.2.* Contrarium vide apud Fachin. *l.4. contr.8.* Harpr. *ad d.§. inst.* Anchor. & Innoc. *in cap. cum esses.de testam.* Alex. *cons. 104. num. 2. &c.*

Aliis quoque casibus res interdum revocabiliter transit, ut in donatione, quæ multis sæpe modis revocatur, ut si inter vivos facta, non solenniter insinuata summam in jure præscriptam excesserit. Heig. *p.2.q.17.* Aliud

eſt de J. Sax. in donatione propter nuptias, quæ cum non ſit mera liberalitas, ſed fiat ex neceſſitate legis & potius quædam beneficiorum ſit compenſatio, à naturâ quoque donationis præſtringit, ſi quidem etiam ultra quingentos ſolidos non opus habet inſinuatione coram bonorum judice. Coler. *p. 1. deciſ. 10.* Zob. *p. 2. diff. 28.* quæ alias de J. Sax. regulariter requiritur in iis donationibus, ita ut nulla ſubſiſtat ſive magni ſive parvi valoris, ſi non inſinuata ſit actis, & quidem coram eo judice, ſub quo bona per donationem tranſitura ſita ſunt. Landr. *l. 1. art. 52. cum Gl.* in allen Städten *num. 8. text. l. 1. art. 21. in pr.* item vult Weichbild *art. 20. & art. 60.* Fachſius *diff. 4. Reinb. p. 1. diff. 3. &* Zobel. *p. 2. diff. 28.* & ita pronunciatum eſſe M. Apr. anno 79. refert Col. *deciſ. 12. part. 1.* imò revocabiliter tranſit, ſi inter conjuges Parentes atque liberos facta fuerit. Marant. *conſ. 143. num. 11.* Natta *conſ. 609.* Cravetta *conſ. 39. 102. lib. 1.* Hartm. Piſtor. *l. 1. q. 19.* ubi tamen interdum ſubſiſtit etiam abſque inſinuatione, ſi debitam non excedat legitimam. Specul. *l. 4. part. 3. tit. de donat. §. 1. num. 3.* Bl. *in l. illud 16. C. de SS. Eccl.* Berlich *deciſ. 168.* aut revocatur propter ſupervenientiam liberorum. Br. *in. l. Titio Sejo. §. imperator de leg. 2.* Ruin. *conſ. 98.* Surd. *conſ. 19. n. 28.* Tiraqu. (& plurimi ibi alleg.) *in l. ſi unquam. C. d. revoc. don.* niſi res ſit particularis aut modica, quam ex præſumtâ liberalitate & affectione donans liberis tunc deſtitutus contulerit, ut volunt Bl. *in d. l. ſi unquam.* Curt. Sen. *conſ. 1. num. 18.* Aut ſi donatio cogitatione mortis fiat, illo deinde reconvaleſcente, contrariâ voluntate iterùm diſſolvitur. Caſtr. *conſ. 385. num. 1. verſ. ſi quæritur.* Treutl. *diſp. 19. th. ult. lit. pen. v. 2.* ibique probat per reconvaleſcentiam

ſcentiam non ſtatim revocari donationem, ſed novam inſuper accedere debere voluntatis declarationem, quia alias donatore non pœnitente nec voluntatem mutante firma eſt & manet uſque ad finem vitæ. Lud. Rom. *conſ. 330. num. 15.* Econtra verò quod metu mortis ablato tacitè revocatur, cenſeatur, quod ejus gratia donatio facta ſit, dicit Gl. *in l. mortis 3. verbo propinq. verſu. ad hoc. ff. de mort. c. donat. & in l. 4. §. 1. verbo ſpoſpondit v. hîc ff. de doli mal. exc.* Rol. Paſſager *tr. de donat. m. cauſ. num. 10.* Covarr. *de teſtam. p. 3. num. 34.* Clar. *l. 4. ſent. §. donatio. q. ult.* ubi Comm. DD. opinionem dicit. Mandell. *conſ. 65. num. 1. & ſeqq.*

Circa legatum ad piam cauſam quæſtio eſt, an ea ceſſante ad alios uſus converti poſſit, aut revocabiliter collatum cenſendum ſit? & comm. eſt opinio quod non, ſed debet ad ſimiles atque pias converti, *arg. l. 16. de uſu & uſufr. leg.* Tiraq. *de priv. piæ cauſ. priv. 135.* Reuſn. *l. 2. conſ. q. 7.* Schurff. *conſ. 48. & 90. cent. 1.* Finckelth. *O. 97. per totam.* Everhard. *in Top. l. à lib. ad piam cauſ. & ſubſeqq. per tot.*

Denique etiam in omnibus ferè contractibus & negotiis dominium ad nos vel revocabiliter vel irrevocabiliter tranſit. Illo modo tranſit ad emtorem ſub pacto retrovenditionis, de quo vide ſupra in adverb. retrò. ad poſſeſſorem rei pignoratæ in pactione Antichreſeos. Rauchb. *p. 1. q. 20.* Ad malæ fidei poſſeſſorem, qui omnes fructus revocabiliter percipit, dum nullos facit ſuos. *l. 25. ff. de uſur.* imò ad omnes ſive conſumtos ſive extantes & perceptos, ut & ejus hæres reſtituendos compelli poteſt. *l. 2. in f. C. de fruct. & lit. exp. l. 11. C. de acquir. vel am.*

poſſ. Berous *in c gravis, de reſt. ſpol. n. 38.* Vult. *l. 1. diſcept. Schol. c. ult.* Bronchorſt *cent. 2. num. 87.* Mindanus *tract. de mat. poſſ. c. 8. num. 1.* Arn. de Reyger *diſp. 9. th. 33.* Bocerus *c. l. 4. diſp. 4. th. 18.* Menoch. *de recup. poſſ. remed. 15. n. 618.* ubi plurimos citat. Aliud eſt in bonæ fidei poſſeſſore, cui, cum bona fides tantundem præſtet, quam veritas, ſi lex non ſit impedimento, *l. 36. de R. J.* omnes fructus tam naturales quam induſtriales, ut vero Domino cedunt. *l. 48. de A. R. D. l. 45. ff. de uſur.* uſque ad litem conteſtatam, ab illo enim tempore, cum ſciat, rem à ſe evinci poſſe, in mala fide eſſe dicitur. Gail. *l. 2. Obſ. 18. per text. in cap. fin. de præſcript.* Et tunc omnes tam naturales quam induſtriales priori Domino eos vindicanti reſtituere compellitur. *arg.* §. *l. 36. inſt. de R. D. l. 22. C. de Rei V.* Bach. *hic. num. 5.* & Harpr. *n. 29. 30. & ſeqq. ad eund.* §. contra Donell. *in tr. de fruct. c. 4. & lib. 4. de Jur. Civ. c. 26.* & Hortenſ. *ad hunc* §. qui dicunt, ſolum naturales ad priſtinum Dominum tranſire, *per l. 28. ff. de uſur. l. 48. de A. R. D.* quorum argumenta refutata vide apud Harpr. *c. l.* Vinn. *ad Inſt. d.* §. *verbo, de fruct.*

II. Ritè.

Jam ſupra ſub adverbio rectè differentia mutua oſtenſa eſt, derivatur à ritu, & ideo maximus ejus uſus in ſacris conſtitit, ut idem fuerit rite fieri, ac ſecundum ritus fieri: ritus autem mos eſt in peragendis ſacris comprobatus, ut patet *in ff. tot. tit. de rit. nupt.* Spieg. Denotat cauſæ ordinem, ritum, actusque ſolennia, ut actionem ritè intendere. Ulp. *in l. procur. ff. de procurat.* rectè verò cauſæ æquitatem & rationem. Huic adverbio, quod

quod convenit voc. benè, convenienter, legitimè, probè, juxta morem, opponitur vox ritè, id eſt, malè vel perperam.

12. Rotundè.

Eleganter compoſitè & explicatè, à rotundus, qvod eodem ferè ſenſu interdum ſumitur: ut Grajis dedit ore rotundo Muſa loqui. Horat. à forma fortaſſis circulari & rotundâ, quæ uti in hac rerum machina communiſſima & firmiſſima, ita quoque formoſiſſima eſt.

13. Rurſus.

Eſt Adverb. numeri, & vari è, ſumitur (1.) pro iterùm *l. fideic. 11. §. 18. de leg. 3.* & utraque dictio de actu iterato intelligenda eſt, licet, iterum, à Paulo *in l. veluti. ff. de ed.* pro ſæpius ponatur, pro eodem tamen actu, ſæpius tamen iterato, ſumenda eſt, Rebuffus *ad l. ſylva. 30. §. rurſus. de V. S. l. 137. §. 3. de V. O. l. 1. de leg. 1.* & ita utriusque ſignificatus invicem convenit. (2.) pro contra, & tunc eſt adverb. qualitatis. *l. 1. pr. ff. qu. appell. ſit.* (3.) pro poſtea, & tunc eſt temporis. *l. actor. pr. ff. comm. div.*

Lit. S.

1. Sæpe, Sæpicule, Sæpenumerò.

Eſt adverbium numeri, & ornatus causâ eidem ſubſtantivo interdum jungitur, ut ſæpenumerò, & fit una dictio. Denotat autem aliquam numeri perfectionem & crebritatem, quæ eam efficit. Ponitur ſæpe pro inſtanter & uno contextu. *c. ad hæc 1. X. ut lit. non con-*

test. In positivo duos ad minimum actus requirit. *l. justa.* 201. & *l. lib.* 220. *de V.S. c. consideres. de pœnit. dist.* 5. In comparativo ad minimum tres actus. *l. servos. C. ad L. jul. de vi publ. l. veluti in f. ff. de edendo.* In superlativo quatuor ad minimum requirit, *gl. in c. si quis.* 2. *q.* 7. Hæc tamen actuum iteratio arbitrio semper & examini judicis relinquenda est; siquidem in delictis atque maleficiis crebritas semper attendi solet, hinc fur si dimidium initio summæ, quæ suspendium mereretur, reliquum alio tempore aut pauxillum diversis vicibus abstulerit, ob iteratum scelus eandem aut majorem meretur pœnam, quod furtum sæpius intentarit. Constit. Crim. Carolina *art.* 160. Idem obtinet in relegato, qui, quo sæpius in locum revertitur, ubi Urphedam seu cautionem juratam de non redeundo præstiterat. Eò severius etiam punitur, ita ut crebritas reditus atque iteratio capitale demum causetur supplicium. Sed obiter hic adjicere lubet, unde hoc ultimum in fures supplicium originem trahat? Oldendorpius postquam *classe* 7. *act.* 3. omnes furti, quod occultè & sine armis fit pœnas recensuit, quæ tam in Græcis Rebuspl. quam Romanâ obtinuerunt, nullas præter Draconis leges utpote sanguine scriptas adducit, quæ pœnam capitalem in eos statuerint, quæ quoque lex Solonis persuasu iterum mitigata est, & dicit, quod de consuetudine hodiè eam omnes fere civitates amplectantur, tamen, ut ait, non aliter, quam araneæ solent retinere muscas cæteris animalibus impune pervolantibus. Vult enim pœnam hanc tùm demum conformem fieri delicto, si insignius sit aut cum vi publicâ conjunctum, & ob furtum quinque solidorum locum habere posse abscissionem narium, aut mitiorem

pœnam

pœnam. Qui pœnam hanc ex Constit. Friderici *de pac. ten.& ejus viol.* deducunt, in hoc (1.) errare videntur, qvod illa constitutio in grassatoribus & in vi publicâ locum habeat, uti hoc cap. intelligit *Clar.* §. *furtum. n. 7.* (2.) quod ignoretur, quid per solidum veniat: In eadem enim constit. hæc sunt verba: Rusticus si arma, lanceam vel gladium gestaverit, aut arma restituat, aut viginti solidos solvat. Hîc electio penes rusticum est. Sed quæ quæso arma hoc æquabunt pretium, si solidus pro Hungarico venire debeat? Solidus igitur ibi pro asse sumendus est, quemadmodum utrumque vocabulum in *l. 1. C. de Aleat.* conjungitur. Nemo igitur fontem hujus pœnæ hoc caput commodè dixerit. Hæc in transitu: pergimus ad reliqua.

2. Saltem.

I. e. si non aliter, vel salutem, à quo per synæresin videtur ortum u omisso. Si enim petimus, quod nobis denegatur, ejus modi minimam partem ultimum petituri, dicimus; hoc saltem fieri oportere, quasi salutem postremo petentes. Gell. *lib. 9. c. p.* & ita de sui natura est dictio diminutiva & subsidiaria. Bald. *cons. 69. num. 2. versu nam dictio saltem. lib. 2.* Castr. *Cons. 79. num. 7. l. 1.* Hinc petitio ea, quæ tantùm fit in subsidium, non pertinet ad priorem, quia distinctim facta est, imò quia priori planè denegatâ ultimam saltem precariò obtinuit. Aliàs non omnia subsidiariâ illâ petitione excluduntur subjecta, præter ea, quæ expressa sunt, dummodo sint pro portionabilia & petito conformia. Gemin. *cons. 37. num. 6. vers. sed etiam* Card. Tusch. *dict. saltem. concl. 367.* Ita hec dispositioni numerali, juncta præcisè excludit majorem numerum, quam erat expressus: ut si testes debeant esse

duo,

duo, qui plenè probent, hoc non excluditur tertius, aut quartus, cum in pluribus fides potior consistat. Ita nec si canonici debeant saltem esse tres, quartus excluditur, quia non restringitur dispositio. Tusch. *ibid.* saltem in clausulâ codicillari positum tempus futurum respicit. Br. *in l. si ita ff. de aur. & arg.* Bertach. *in repert. hîc.*

3. Sanctè.

Sanctè, i. e. inviolabiliter, ab adj. sanctus, quod descendit à *supino* sancitum vel sanctum, cujus ferè significationem retinet. Sanctum quidem in jure diversum est à sacro atque religioso, siquidem sacrum ad cultum divinum spectat, & id propriè est, quod Deo consecratum est, ut ædes sacræ: religiosum, ut sepulcrum, sanctum quod sanctione quadam firmatum est, licet Deo consecratum non sit. *l. 9. de Rer. div.* & in jure purum atque inviolabile, & ab hominum injuriâ munitum atque defensum dicitur. *l. 8. ff. eod.* Ejusmodi res in jure sunt muri atque portæ civitatis, ita ut eandem ob causam quod sint inviolabiles, pœna capitis in transgressores statuta sit. *l.* ult. eod. Negat tamen Bachovius, esse hîc adæquatam rationem delicti ad pœnam, siquidem in pœnis id, quod mitius est, sequamur. *cap. in pœnis. de R. J. in 6. l. interpret. ff. de pœnis. l. Arrianus. ff. de O. & A.* Insuper cum facti hæc sint, consuetudo ejusmodi probabiliter ignorari possit, & prudentissimos quosque fallere. *l. 2. in f. ff. de j. & f.* ignor. Præterea *in l. ult.* mentionem tantùm fieri Romæ. Ibi enim pœna propter eminentiam urbis, utpote Regiæ atque Imperatoriæ sedis, meritò locum habet, & extendi posset in civitatibus imperialibus, si aut munimenta sint, aut in iis Cameræ Imperiales hebeantur, propter secret aut privilegia, quæ ibi servantur.

4. Sa-

4. Sat, Satis.

Eſt Adverbium quantitatis, & idem eſt ac ſufficienter, abundè, affatim, aut quantum opus eſt. Medium eſt inter nimium & parum. Martin. in Lexic. ad voc. ſatis. Sumitur etiam ſubſtantivè, ut ſatis pecuniæ, undè poſtea derivatur comparativus ſatius, qui degenerat à naturâ ſui primitivi, fit enim adverbium qualitatis, & ſignif. melius. Satis interdum jungitur ſuperque ad magis intendendum, ut ſit pluſquam ſatis, quemadmodum etiam *in l. 2. §. 46. de Orig. jur.* ſuperlativo jungitur. Significat etiam valde. *l. 4. ff. de in integr. reſt. l. 16. l. 45. ff. de fidei. libert.* ut ſatis inhumanum, ſatis impium. *l. 6. in f. de pign. act. l. 20. de acquir. hær. & ſim.* jungitur ſæpe his verbis agere, *l. 10. ff. de condit. & dem.* facere. *l. 1. ff. qui ſatisd. cog.* accipere. *l. 48. de evict.* petere. *l. 14. de adm. tut.* offerre. *l. 5. ff. de ſuſp. tut.* exigere. *l. 103. ff. de cond. & dem.* præſtare & dare. *l. 8. ff. de uſufr. ear. rer. &c.* Ab hoc oritur Adverbium ſatisdatò.

5. Satisdatò.

I. e. datis ſponſoribus ſeu fidejuſſoribus, ut cavere ſ promittere. *l. 4. §. quæſ. ff. ſi quis caut. l. 56. ff. de evict. l. 18. inf. ff. de caſtr. pec. l. 1. ff. qui ſatisd. cog. l. 1. ff. de prætor. ſtipul.* Et hoc procedit in ſatisdatione prætoria: generalis autem etiam pignoribus fieri poteſt. Vid. Gœdd. *ad l. 61. ff. de V. S.* Satisdato debere, i. e. datis fidejuſſoribus debere. Cautio autem quæ fieri debet ſatisdatò non poteſt expediri, ut dictum, per pignus, aut juramentum aut nudam cautionem, ſed fieri debet datis fidejuſſoribus, & quibusdam in locis ita neceſſaria eſt, ut à nemine remitti

posse videatur, quemadmodum adparet in cautione usufructuaria, quæ cum sit prætoria. *l. 9. ff. de usufr. ear. rer.* fidejussoribus necessariò fieri debet. *l. 7. de stip. prat. ff. de usufruct.* Guido Pap. *decis. 449.* Hinc nec ab ipso testatore potest remitti, quia (1.) in favorem hæredis introducta est, quilibet autem illi solum remittere potest, quod pro se introductum est. *l. pen.* & ibi Jason. *num. 14. C. de pactis.* (2.) quia amoto satisdationis metu usufructuario via delinquendi patet. (3.) non potest testator ea remittere, quæ ad substantiam actus pertinent. *l. nemo potest. 55. ff. de leg. 1.* Fachin. *8. contr. 42.* Hunnius *in tract. de usufr. p. 1. cap. V. q. 2. & 3.* Bessel *disp. ✠. 12.* Clar. *§. testam. q. 64.* Oldendorp. *classe 3. act. 6. l. 13.* imò cautio hæc de *substantia improprii ususfructus est,* ratione constituendi non constituti. *l. 2. in f. l. 7. l. 5. §. 1. de usufr. ear. rr.* Vulr. *J. R. cap. 63.* quia ejus naturæ est, ut proprietas penes dantem remaneat; sed nulla factâ satisdatione proprietas apud dantem non remanet, cum cautio hunc in finem à SCto introducta sit, ut proprietatis vice fungatur. *l. 2. ff. de usuf. ear. rer.* Ita pater ratione bonorum maternorum filiis cavere debet, se iis usurum boni viri arbitrio, & finito usufructu restituturum. Colerus *decis. 222. num. 16.* ubi sententias Scab. Lipsi. allegat. Pari modo satisdatio à tutoribus & curatoribus exigitur, qui ante munus suum eam præstare tenentur. Et licet Br. & DD. dicente Schneidvv. *Comm. ad §. 1. inst. de satisd.* sentiant, pignoribus etiam caveri posse, contrarium tamen verius est, siquidem omissa ea ad administrationem non admittuntur, aut si admissi sunt, iterum removentur. *l. 1. C. de curat. & tut. qui non satisd.* imò ea omissio tutelæ nullitatem causatur. Vinc. Caroc.

Caroc. *decis. 129. num. 13.* Hunn. *ad Tr. V. post. T. 2. disp. 8. th. 5.* Ludvvell *in comm. ad inst. §. 1. h. t.* Policeyordnung *Car. V. de anno 1548. sub tit.* Von der Pupillen und minderjährigen Kindern Vormünden/etc.

Hic tamen rigor remissus est testamentariis & à Magistratu ex inquisitione datis, cum illorum fides & diligentia à testatore, horum à Magistratu ex inquisitione probata satis sit. §. *1. inst. de satisd. l. 19. §. 1. ff. de test. tut.* A legatario quoque requiritur satisdatio, in casu non secuturi implementi, ut si studebit, peregrè ibit, aut negativè cautione Mutiana, si non petet, non molestabit. &c. Ab hærede, qui tenetur cavere de solvendo legato in diem vel sub conditione promisso. Variè etiam debetur in contractibus & delictis, ubi tamen pignoribus satisdari posse nullum est dubium, ut late probat Heigius *p. 1. quæst. 36.* plus enim interdum cautionis in re est quam in persona. *l. 24. de R. J.* Q. si ejusmodi sit persona, quæ neque per se neque per fidejussores cavere possit, an ad cautionem juratoriam sit admittenda. Dicendum videbatur quod non, cum utiliter & satisdatò cavere debeat. Schnobel *disp. 6. th. 18.* Cujac. *9. O. 5.* Sed limitamus, aliquem tum demum admitti, si pauper sit, homo probæ æstimationis, non suspectus de fugâ, & si juret, se neque pignora habere, neque fidejussores accipere potuisse. (2.) Illustribus idem licet, si non habent bona immobilia in loco judicii. *l. quoties. C. de dign.* ut & Magistratui. *l. un. C. ut omnes. jud. post. adm. dup.* licet usufructuario inopiâ fidejussorum aliter consuli queat, nim. sequestratione Bonorum. *l. 5. §. 1. ff. ut leg. nom.* Bocer. *cl. 5. d. 9. th. 23.* ut quotannis aliquid de fructibus lucretur. Gail. *l. 2. Obs. 47.* quæ omnia arbitrio judicis sunt relinquenda. 6. Sci-

6. Scilicet.

Propriè idem est ac nimirum, videlicet. Interdum sermonem intendit, ut apud Ovid. Scilicet est aliquid cum sævis ludere ventis. Interdûm eundem minuit & extenuat, maximè si ironicè positum est, in qua significatione eleganter ponitur.

7. Secus.

Diversitatem aliquam importat in re, quæ se secus i. e. aliter habere dicitur, & inprimis hunc habet significatum, quando negatio sequitur. *l. 2. C. de temp. act.* Spieg. Deinde cum ille qui diversum quid ab altero statuit, plerunque contrarium prioris sermonis intendat, deque eo sinistrè judicet, pro malè ponitur, ut in *l. 25. C. de inoff. test.* mulier de mariti moribus malè suspicari dicitur, i. e. sinistre. Signif. etiam contra. *l. 6. C. de ord. cognit.* Utimur plerunque hoc adverbio, quando duo sunt, quæ idenditate rationis aut effectus in multis conveniunt, in quibusdam tamen aliter vel secus se habent & à se invicem discedunt, si diversum vel ratio vel lex vel circumstantiæ monent.

8. Semel.

Est adverbium numeri, & significat una vice. Significat etiam omninò prorsus & immutabiliter, quia quod semel fit, non habet respectum ad plura, & in unà vice adquiescit, nec recipit divisionem. *l. 13. de man. testam.* & apud Ovid. nulla reparabilis arte Læsa pudicitia est, deperit illa semel. Interdum idem est ac summatim vel in summâ, ut semel omnia complectar. Interdum ac nunquam,

ut

ut nec semel de hoc cogitatum erat. Interdum ac penè nunquam, ut quod de Crasso dicitur, eum in vita semel risisse. Varias etiam juris regulas hoc constituit Adverb. ut: semel malus semper præsumitur talis. in eodem mali genere. *c. semel. de R. J. in 6. l. Cassius ff. de Senat.* Fallit tamen hæc regula, si quis ab illo malo abstinuit per triennium, tunc enim non amplius præsumitur malus in eod genere mali. Masc. *de probat. vol. 1005. num. 41. & seqq.* Rosbach. *in process. criminal. pag. 652. num. 7.* Satis etiam nota est vulgaris illa regula, quod licet res ex pluribus causis deberi possit, semel tamen res mea effecta, non possit ampliùs mea fieri. *l. & an eadem. 14. §. actiones. in fin. ff. de except. rei jud. & l. 3. §. ex pluribus. 4. in fin. ff. de acquir. possess.* Quæ tamen regula multis modis limitatur, uti videre est apud Schneidevv. *§. 14. Inst. de Action.* Præterea alia est regula, quod semel hæres nunquam directò desinat esse hæres. Bart. *in l. 7. ait Prætor. §. 10. ff. de min. l. 3. ff. de hær. pet. l. fin. C. de hær. inst. l. 65. de V. S.* & vera manet hæc regula etiam in eo, qui partem suæ hæreditatis vendit, siquidem hæredis nomine semper venit, & exinde satis patet, quod illud tantum ad emtorem hæreditatis transmittit, de quo in præsenti contrahit, non autem quod ei, tanquam hæredi, jure hæreditario aut accrescendi obvenire potest. *l. 2. ff. de hæred. vel act. vend.* Alia etiam regula est, id quod semel placuit, amplius displicere nequit. Et ita M. Septembr. anno 1609. Facultas Juridica Jenensis ad requisit. Andreæ Starcken Med. D. pronunciavit:

Wofern nun mehr gedachter Rath / euern mit D. Bißlern getroffnenen translaction und geschlossenen contract bestätiget / So ist D. Bißler denselben

zu streiten nicht berechtiget/ sondern was er einmahls eingangen/ ihme dasselbe auch künftig gefallen zu lassen schuldig/ V.R.W. Deinde nota est regula, quod semel repudiatum, non potest amplius redintegrari. Bl. *in l. fin. C. de condit. inser.* puta si quis privilegio & juribus sibi competituris renunciat, ut puella, quæ dote contenta totam hæreditatem sibi obventuram repudiat, quæ renunciatio de J. Civili, ne jurata quidem subsistit. *l. 3. C. de collat.* Secus verò de J. Can. ob æquitatem Canonicam, quæ omne juramentum, quod non vergit in dispendium salutis æternæ, vult servari. *c. quamvis. de pact. in 6.* quod caput Pontifex ex allegatâ l. 3. transtulit & suum fecit, sicut etiam dicit de J. Civili reprobatam esse eam renunciationem. Si autem filia nondum consecuta est, quod dotis loco acceptura erat, debet ea præcisè adimpleri, cum sola accepta dos, loco alimentorum succedat, quibus, utpote jure naturæ debitis renunciari non potest. Gail. *l. 2. O. 147. n. 13.* Magnif. Dn. Præses *p. 1. d. 69. n. 15.* Claud. d. Battandier *tract. de legit. artic. 3. num. 3.* Chassaneus *in consu. Burgund. tit. des successions. Rubr. 6. §. 12. versu ne retourne point à la succession. n. 1.*

Alia regula est: semel perjurus semper perjurus, & ad juramenti præstationem non debet admitti. Br. *in l.* si quis major. *C. de transf.* quippe qui semel nomine Dei abutitur, quem tamen testem atque judicem sibi elegit, Deo infidus idem hominibus habebitur, neque postea in diverso licet negotio, & quamvis pœnitentiam egerit, ad juramentum admitti debet. *per text. in c. nullius. 22. q. 15. c. non potest 2. q. 7. c. quicunq. 23. q. 1. c. parvuli 22. q. 5. & DD. in l. admonendi. ff. de jurej.* Insuper cum perjurus ipso

jure

jure infamis fiat, præsertim si juretur super contractu & de futuro. *l. si quis. C. de transf. Gl. in l. Lucius. ff. de his qui not. inf.* actionem, super qua jurat, amittat, & gravi pœnâ afficiatur. *c. animad.* §. *cum ergo. 22. q. 2. c. infames. 6. q. 1.* vide Besold. *in Thes. Pr. lit. A. n. f.* à quolibet testimonio & dignitate arcendus est. *l. quoties. C. de dignit.* Cum itaque de infamibus jam agamus, adhuc aliam regulam de iisdem subjiciemus, nimirum semel infamis, semper infamis, nisi constet de restitutione. *c. ex dilig. de sim.* quod extendi potest in spurio, licet non infamiâ, ut multi volunt, sed labe & maculâ saltem quadam laboret. Ea tamen macula nunquam cessat, licet legitimatio accesserit, aut matrimonium subsecutum fuerit. Heig. *p. 1. q. 21. per tot.* Ea enim sicut statim cum spurio incipit, ita nunquam desinit, cum nec Princeps infamiam facti tollere, uti nec facta infecta reddere possit, licet gradus infamiæ minuere & mitigare possit. *l. in bello. §. 2. de capt. & postl. rev.* Tiraquell. *de constit. p. 1. l. 3. num. 10.* Hinc etiam quia ejusmodi macula infamiæ quam proximè accedit, Tiraquell. *de nobil. c. 15. num. 10. & 30.* Gail. *l. 2. O. 88.* Hartm. Pistor. *l. 1. q. jur. c. 30. num. 410,* Chassan. *de glor. mundi p. 11. c. 15.* Gomez *1. var. resol. 11. num. 38.* Mynsing. *4. O. 31.* eâ notatos ab honoribus publicis & dignitatibus excludit, qualis est (1.) Doctoratus. Sicuti quibusdam in Academiis in natales maximè inquiritur, qualiter fieri Bononiæ & Mediolani scribit Palæot. *tract. de noth. cap. 55. & 56.* ita ut eandem ob causam JCti Mediolanenses Jasonem summum JCtorum à petitione loci in eorum Collegio obtinendi removerint atque excluserint, & Basileæ, aliisque Germaniæ celebrioribus Academiis dicit Heigius *p. 1. q. 21.*

num.

num.59. Ad alteram tamen ſententiam magis inclinat Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 3. p. 2. c. 14. num. 127.* & ſeqq. quam etiam publicè Roſtochii ſe defendiſſe dicit *Cent. 2. quæſt. Jur. Contr. q. 81. l. 6.* limitat tamen tùm demum procedere, ſi ſingulari virtute inclareſcant, ut etiam legitimorum luminibus officiant. (2.) Decurionatus. *l. 2. C. de dignit. cap. infames. de R. J. in 6.* quia dignitas eſt, quâ illegitimè nati indigni ſemper cenſentur, admittuntur tamen, ſi non honeſtiores adſint competitores. *l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decur. c. nunquam. 56. diſt.* (3.) Officium judicis, invitis enim judices dari non poſſunt; aliud eſt in arbitris, quippe quos utraque pars mutuo conſenſu eligit, & ita dignos judicat. *l. 7. de rec. arb.* (4.) Adſeſſoratus Cameralis. Ord. Cam. *p. 1. tit. 3.* Mynſing. *cent. 4. O. 31.* (5.) Cardinalatus. Gomez *in reg. triénn. q. 2. n. 2.* (6. Ad certamen publicum non admittuntur, ſicut Henricus Auceps in legibus certaminis ſolennis *anno 938.* Göttingæ promulgatis omnes excluſit, qui non avos ſuos atavosque ciere potuerunt. Goldaſt. in Reichsſatz. *pag. m. 4. tit.* Käyſer Heinrich des Fincklers Tornierordnung *num. 4.* Imò ſatis eſt ab honeſtis & gravioribus viris eos pro infamibus haberi, ut non ſine dedecore tam patres quam liberi, quamdiu de iis conſtat, turpitudinis notam retineant, & in fronte, quaſi circumferant, meritoque inde à muneribus publicis excludi, non quod inſontes puniantur, ſed ut alii parentes deterreantur, & ſanctum inter conjuges matrimonium meliori & honeſtiori viâ ingrediantur. Addere lubet Johann. Sarisb. verba: Benè meretur de majorlbus, quorum ſanguinem ſobole furtivâ non vitiat: Benè de liberis, quibus nec de matre erube-

erubescendum, nec de patre dubitandum. Bene inprimis de se, quem à contumeliâ alieni corporis vindicat.

9. Semiplenè.

Probatio à DD. dividitur in plenam & semiplenam, ibi aliquid dicitur plenè probatum, si res dubia evidens sit, & judici per modos legitimos duosque testes omni exceptione majores demonstratur: hìc, si saltem per unicum testem integrum, indicia aut argumenta quædam quid colligere licet, quod judicem tamen neque plenè instruit, neque plenam fidem facit. Monach. *in pr. judic. part. 10. c. 7. principal. num. 5.* nisi aliquo adjuta fuerit (probatio scil. semiplena) adminiculo. Carpzov. *in process. tit. 13. art. 3. §. 2. num. 10. & seqq.* Et Magistralis hæc dicitur distinctio, quæ tamen impugnatur à Magni nominis JCtis, Donell. *ad l. 3. C. de reb. cred. & jurej. & ad l. 4. C. de edendo. & de jurejur. c. 11. num. 3.* Coras. *ad l. admonendi 31. ff. de jurej. num. 31. & seqq.* Duar. *2. disp. 33.* Bocer. *in tract. de quæst. c. 3. num. 22.* Gilcken *in prælud. tit. C. de probat. n. 16.* Fab. *in error. pragm. dec. 19. err. 1.* multis rationibus, quæ recensentur ab Hunn. *in Tr. V. disp. post. tom. 1. d. 4. th. 2.* Verum cùm adeò recepta sit hæc divisio, ut etiam communis sit DD. opinio, præterea ex *Constit. Car. V. art. 23.* dieselbe ist eine halbe Beweisung / &c. adstrui possit, & ubique in foro sit frequentata, non est, cur eam rejiciamus. Gail. *2. O. 20. num. 5.* ubi ait, inter mercatores, in quorum causis de bona fide agatur, nec congruat de apicibus juris disputare, semiplenas probationes recipi, & in foro mercatorum judicari ex æquo & bono. Mynf. *1. O. 68. & 93.* Hilliger ad Don. Enucl. *l. 24. c. 11. lit. D. & seqq.* Cujac.

22. C. 28. Mascard. *de probat. vol. 1. q. 4. num. 11.* Setser *de jurej. l. 4. c. 10. & c. 12.*

10. Semper.

Est Adverbium temporis, cujus continuitatem & perpetuitatem sine distinctione significat, aut sine exceptione alicujus casus, ut in *c. 1. X. de summa Trin.* Maria dicitur semper virgo. Interdum tamen ad locum quoq; refertur, ut in §. *servi. J. de libertin.* non tempus sed locus, ubi manumissio fit, designatur, ceu notat Raynald. Cors. *Indag. jur. l. 1. c. 15. ex d. §.* Döring. *in Adverb. hoc.* Interdum semper illam perpetuitatem non denotat, ut in *l. 1. sol. matr. l. ult. ff. ad L. Pomp. de parr. l. inquis. ff. ad Silan.* &c. & dicitur etiam semper, quod momentum aut intervallum temporis recipit. Bl. *in l. adversus, versu ult. C. de usur.* & verificatur in anno, biennio, triennio, vel etiam ulteriori tempore. Alex. *cons. 173. num. 5. l. 6.* Bertach. *in repert. hic.* Jura alias maximè inquirunt, an aliquid rarò, an crebriùs, an verò semper contigerit, ut patet in furioso, in ebrio, & ebrioso, siquidem ille nim. ebrius arbitrariè à judice punitur, cum vini vires ignorasse præsumatur, nec interdum honestè ab ebrietate abstinere possimus: sed ebriosus, quia non ex casu ebrius fit, sed de consuetudine & ex proposito ebrius semper est & peccat, pro meritis punitur, sicut etiam ejusmodi immoderata compotatio expresse prohibita est publicâ lege *in Comit. August. anno 1500. 1530. 1540.* Gail. *l. 2. O. 110. num. 24.* Continuitatem temporis importat lex, quæ jubetur semper & irrefragabiliter servari, donec per aliam corrigatur. Ita lex, quæ jubet fures, adulteros &c. capitali pœnâ afficiendos, vult ordinarie atque semper illud fieri, quippe cum

nec ipse Princeps possit remittere pœnam capitalem, licet ejusdem gradus corrigere & mitigare possit.

Ejusmodi quoque continuitatem temporis habemus in illa quæstione: an fœmina semel per masculum exclusa semper exclusa dicenda sit? & sunt qui negarunt, Schenck *ad c. unic. §. quin etiam, verbo; relicto masculo ulterius fœminæ non admittuntur*. Th. de Marinis *tit. 11. num. 38.* Iatrigliolus *p. 891. q. 57. num. 6.* Schrad. *p. 7. c. 4. num. 83.* Bocer. *de success. feud. c. 3. q. 4.* Knich. *de vestit. pact. p. 1. c. 3. num. 28. & in comment. ad privil. Sax. c. 8.* Gail. *l. 2. O. 148.* Natta *cons. 676. num. 33. 34. cons. 687. num. 5.* & plures alii. Dicunt enim fœminas æquè ac clericos feuda non hæbere posse, siquidem clericus licet habitum induat secularem, nusquam tamen admittatur, cum ad servitia præstanda inidoneus planè sit: præterea jus illud Masculis concessum jam extinctum esse, & quia potior ad jus regulare debeat esse regressus & respectus, dominum feudi præferendum esse. Adducunt etiam pro se aliquot juris feud. textus; Verum eos nihil ad hanc quæstionem facere latè ostendunt Magnif. Dn. Struve *synt. feud. c. 9. aphor. 8. numer. 6.* & Heig. *p. 1. q. 26. per totam.* Hartm. Pistor. *l. 2. q. 26. num. 1.* Vultej. *de feud. l. 1. c. 9. num. 51.* Rosenthal. *de feud. c. 7. concl. 96.* Loriotus *de feud. tit. de his qui feuda dare poss. §. & quia.* Sonsbec. *p. 9. n. 130. & seqq. & plures.*

II. Separatim, Seorsim, Sigillatim.

Eorum, quæ in Jure separatim fiunt, crebra fit mentio, & nituntur contrario fundamento illorum, quæ similiter fieri dicuntur. Hæc enim ex identitate, illa ex diversitate rationis fiunt: Ibi cum eadem sit ratio & æquitas,

eadem etiam est juris dispositio. *l. illud. ff. ad L. Aquil.* & *l. à Titio. ff. de V. O.* Hîc verò cum diversa sit, diversa quoque est. *l. fin. de calumn.* Cessat ille arguendi modus, si positio consequentis stat aliqua ex parte cum veritate antecedentis. *l. non hoc. C. unde cogn. c. in præscr. de probat.* Separatorum enim separata ratio est, & à separatis non rectè fit illatio. *l. si mar. C. de donat. inter v. & u.* Adverbii autem hujus natura ad ea propriè, quæ inter se confusa & commixta fuerunt, pertinere videtur. *l. 1. §. 6. ff. de separat. l. 19. §. 2. de aur. & arg. leg.* Sic bona, quæ diversis ex partibus coacta fuerunt, officio judicis separationem interdum patiuntur, eum in finem, ne confusione hac novæ lites oriantur. Conceditur autem, si diversi sint creditores & diversi debitores, horum unus alteri ut hæres ex asse succederet, utriusque autem bona creditoribus non suppeterent. Tunc illi creditores, qui debitum spem consequendi potissimam habent, sui debitoris bona ab alterius separari petunt, quæ alioquin hæredis creditoribus suffectura non essent. *l. pen. C. de hær. vend.* Creditorum enim conditio facto hæredis deterior reddi non debet. *l. 25. cum ibi not. C. de pactis. l. 2. §. ex his. in f. de V. O. l. 2. §. incert. de præt. stip.* Petere possunt creditores solùm defuncti, & qui iis annumerantur, ut & legatarii, si illis prius satisfactum fuerit. *l. fin. §. etsi præfat. & §. lit. C. de jure Del.* Non autem hæres, *l. 2. de sep.* ex hac ratione, quod sciens damnosam hæreditatem abstinere potuisset, vel beneficio inventarii ita adire, ne ultra vires hæreditarias teneretur. *l. 3. C. de j. delib.* Et ita adeundo se defuncti creditoribus obligavit. *l. 16. de j. del.* Neque ejus creditores. *d. l. 1. §. 2. h. t.* nisi ex æquitate in id quod post solutionem

alio-

aliorum ex bonis defuncti superenit, principali debitore solvendo non existente, admittuntur. *l. 1. §. pen. h. t.* Imò tantus priorum creditorum habetur respectus, ut quisquis demum fuerit, sive mere privilegiatus, aut nudus chirographarius, præferatur tamen hæredis creditoribus, etiam hypothecariis, seu quibus hæres jure pignoris & hypothecæ pro debito res obligavit. *d. l. 1. §. 3. h. t.* Et si unus saltem creditorum separationem petierit, Prætor tamen omnibus, qui creditorum nomine veniunt, eandem concedit. *l. cum unus. 12. de rebus auct. jud. poss.* Finckelth. *O. 69.* Si verò hæres suspectam hæreditatem adire coactus & compulsus fuerit, tunc ei contra defuncti creditores (à Prætore olim) hodiè officio judicis nobili succurritur, non data actione, sed extra ordinem, arg. *tit. de var. & extr. cogn.* Impetranda quoque est separatio re adhuc integra i. e. priusquam inter se bona ita confundantur, ut discerni amplius non possint, aut priusquam distrahantur, aut per novationem & creditor et debitor obligationem mutet, aut si satis acceperint pro debito, licet non idoneè, sibi imputent quod minus idoneos fidejussores acceperint, & quidem intra quinquennium à tempore aditæ ab hærede hæreditatis. Licet aliàs honorariæ actiones intra annum finiantur, quia tamen hæc rei persecutoria est, ultra annum conceditur, *arg. l. 35. de O. & A.* Cessat tamen hoc quinquennium in hypothecariis, cum jus ipsis sit constitutum in re. *l. 2. qui pot. in pign.* Schot. *in ex. jur. h. t.* Magnif. Dn. Præses *tract. de jure & privileg. credit. c. 1.*

Alia quoque separatio, sed conjugum, in jure notissima est, quæ ob gravissimam causam inter eos concedi

ſolet. Non enim quos pœna damnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat, homo ſeparat. *33. quæſt. 2. c. 18. & de conſang. & affin. cap. de infid.* Olim multis ex cauſis intra privatos parietes concedebatur, ut ex hiſtoria patet Romanâ, inprimis ob ſterilitatem. Hodiè verò duabus ex cauſis adulterio & malitioſâ deſertione, cum in aliis cauſis ſemper ſubſit ſpes reconciliationis. Ob impotentiam tamen mariti aut uxoris ſolvi poſſe matrimonium, aut potius declarari nullum, dicit Carpzov. *l. 2. jur. conſ. t. 11. d. 200. & 101.* Et hæc totalis ſeparatio propriè divortium appellatur, licet & altera, quæ tantum ad menſam & thorum fit, de J. Can. etiam divortii nomine veniat. Lancell. *l. 2. inſt. J. Can. tit. de divort. 16.* Salvo manente vinculo conjugii. Hæc proprio nomine ſeparatio dicitur, & facilius quam divortium impetratur, ut ſævitiâ conjugis. Hîc cum ſolùm domeſtica fiat ſeparatio, & ſperetur interea reconciliatio animorum, conjuges ſemper eſſe dicuntur. *cap. quæſ. Xtra de divort.* Maſcard. *de prob. V. 2. concl. 1020. n. 6.* Farinac. *de del. Carn. p. 5. q. 143. tit. 16. §. 157.* Beuſt. *de matrim. p. 2. c. 9. p. 112.*

Hinc uxori, licet mariti domo abſit, maritus alimentis proſpicere debet. Coler. *de alim. c. 10. num. 30.* Teſſaur. *deciſ. 130. num. 30.* Ex quo fundamento ſolvi poteſt illa quæſtio, an maritus factâ hâc ſeparatione bonorum dotalium illatorum uſufructum & dominium ſuum civile amittat? N. cum uxorem alere teneatur, adhuc onera ſuſtineat matrimonii, quorum gratia dos conſtituitur. E. etiam fructus lucrabitur. *l. pater. 17. ff. de doli mali except.*

12. Se-

12. Serò.

Propria hujus adverbii ſignificatio juxta Grammaticos eſt, veſpere, ſeu poſt ſolis occaſum. Veſper enim, utpote pars noctis, ſtatim poſt ejus occaſum incipit, ſicut ſemper adhuc dies eſt, quando ſol eſt ſuper terram. *c. conſuluit. de off. leg.* ibique dicit Pontifex, licet more Romano dies à medietate noctis incipiat, in medio noctis deſinat ſubſequentis, & quod in dimidiatis duabus noctibus agatur, perinde ſanciat legalis auctoritas habendum, ac ſi qualibet parte lucis actum fuerit: tamen hunc computandi modum à ſe non probari, ſed de die tantùm teſtes eſſe recipiendos, depoſitiones publicandas, aut ſi pars citata contumaciter ſtatuto tempore ſe abſentaverit res adhuc ceſſante die conſideratis circumſtantiis ſerò vel veſpere aut expediatur, aut in diem ſubſequentem differatur, quod de J. Civ. diem proferre dicimus. *l. 27. & 33. de recept. qui arb.* Hîc enim officio & arbitrio judicis ſemper opus eſt, ſicut etiam in delicto, ubi ſemper attendendum, an de die an verò ſerò vel veſpere commiſſum ſit, an lux, an verò tenebræ prævaluerint; licet hoc caſu illud ſemper, quod mitius eſt, ſequamur, & ſi delictum initio ſtatim noctis aut poſt mediam peractum fuerit, dicendum eſſe, quod non fuerit nox, dicit Clarus *in prax. crim. §. fin. q. 82. ver. ſtatutum 9. num. 4.* Et quod extendenda ſit hæc computatio ſeu fictio temporis in Notario dicit Alex. *conſ. 90. num. 20. l. 6.* ſi infra aut poſt mediam noctem, ſeu ut loquitur Bart. *in l. qui duos. §. 1. de mxnum. teſtam.* quando nox moritur, rogatus ſit de inſtrumento. Aliàs præciſè invicem diſtinguuntur, & unumquodque ſuum terminum à quo & ad quem habet, vel poſito uno, ut di-

cit Proculus *in l. 124. de V.S.*, necesse est tolli alterum, quando dicimus, aut dies est, aut nox est, ita ut sæpissimè in jure tempus à momento ad momentum computetur, ut in *l. 6. & 7. de usuc.* præscriptio, quæ horâ 6. die Kalend. Jan. cœpit, horâ 6. noctis prid. Kal. Jan. impletur, in usuris, quas debitor in cessatione solutionis in omnibus bonæ fidei judiciis debet, si aut cum creditore de iis convenerit aut diem solutioni adjecerit, qui dies si venit & cessit, pro creditore interpellat. *l. 12. C. de contr. stip.* Duar. *ad l. 77. ff. de V. O.* Tusch. *concl. 408. dies interpellat.* Secus est in judiciis stricti juris, in quibus non aliter nisi ex stipulatu debentur, ut in mutuo, & licet hæres aut alius easdem legati vel fideicommissi nomine præstare teneatur ex morâ, in hoc enim casu ea cum judiciis bonæ fidei comparantur. *l. 3. ff. de usur. l. 24. 26. ff. de pos. l. 92. de condit. & dem. l. 2. §. 13. ut leg. nom. cav.* &c. Deinde adverbium serò sumitur pro tardè, non justo vel opportuno tempore. *l. civitas Rhodiorum. 6. C. de offic. Rect. provinc. & l. si uxor. 13. §. ult. sub fin. ff. ad l. Jul. de adult.* Ita in solutione canonis quæstio est, an quis ob ejusdem cessationem, seu quod serò solverit, possit expelli è re censuali, & dicitur quod non, nisi in casu deteriorationis simul, sed agi potest ad præstationem interesse. DD. *in l. 2. C. de jure Emphyt.* quale interesse de jure Sax. necessariò præstandum est in censu promobili s. Rütscher Zinsen / siquidem solutione destinato die omissâ, emphyteuta postero die ad duplum tenetur, tertio ad triplum & ita consequenter, ut in immensam demum molem excrescat, & ideò dictæ putantur quod promoventur. Germ. fortrütschen oder rücken / und je länger sie anstehen / grösser werden.

Moller

Moller super Const. Elect. Sax. *p. 2. c. 38. in f.* Reinh. *p. 1. diff. 11.* Zob. *in gl. nov. art 54. lit. B. l. 1.* Landrecht. Dicerem tamen ejusmodi pensiones non aliter ex mora deberi, nisi quatenus Emphyteuta à Domino, à quo bona sua recognoscit, prius de solvendo simplici canone certioratus fuerit, per text. in Landr. *l. 1. art. seq.* Der Herr soll den Zins aus seines Mannes Hause heischen. Secùs tamen de Jure Comm. ubi Emphyteuta ad annum censum obligatus ire ad ædes Domini, ipsumque offerre. Panorm. *in c. cum venisset. 9. de rest. spol. & in c. signif. 7. num. 9.* Br. *in l. item illa. 18. in pr. num. 7. ff. de constit. pec.* Schultes. *in addit. ad Mod. Pist. illustr. quæst. 133. num. 29. &c. & ad Col. decis. 25. part. 1.* Coler. *in processu execut. p. 1. c. 5. n. 23.*

Leuteratio seu declaratio sententiæ & Appellatio si serò fiant, neque statuto tempore aut modo, pereunt, puta si Leuteratio non intra decem dies à die latæ sententiæ & scientiæ interponitur. Moll. *in comm. ad constit. Sax. p. 1. const. 19. num. 6. & 24.* & comprobat Sereniss. Elector Saxon. Joh. Georg. *in Ordin. judiciaria tit.* Von der Leuterung und Oberleuterung. *35. in pr.* Sicuti etiam ad ejusdem prosecutionem intra spacium 6. septimanarum & trium dierum quis petere debet, quæ si omittuntur, leuteratio pro desertá habetur, & sententia vires rei judicatæ obtinet. Const. Elect. *p. 1. const. 19.* Moll. *in comm. num. 3. d. l.* Ita Appellatio si fieri debet vivâ voce, statim coram judice pro tribunali aut judicii loco sedente fieri debet, & sufficit tunc, si actor dicat: appello, & peto hoc actis insinuari: & hic modus de Jure Sax. maximè probatur. Konig. *proc. c. 104. num. 4. & 124. per tot.* licet hæc Juris Sax. dispositio paucis in locis observetur, ut testatur idem *cit.*

in l. Zob. *p. 1. diff. 41. num. 4.* Gail. *1. O. 119.* Mynsing. *C. 3. O. 15.* Marant. *de app. num. 136. & seqq.* vel in scriptis, puta coram Notario & testibus, qui modus etiam de Jure Sax. probatur, licet copia judicis haberi, & is tutò adiri potuerit. Constit. Elect. *p. 1. const. 20.* vel per se tantum, & licet ei hoc per spacium decendii à tempore latæ sententiæ & scientiæ. *Auth. hodie. C. de App. Nov. 23. c. 1. c. 36. §. mand. X. de test. c. anteriorum. 2. q. 6. c. 32. in f. X. de Elect. c. 15. X. de sent. & rejud.* Speculat. *in tit. de Appell. §. restat. 5. n. 1.* Mynsing. *2. O. 2.* Olim in propriâ causâ de J. Civili biduum. *l. 1. §. 5. & ult. l. 2. in pr. & §. 3. quando app. sit. l. 20. §. 1. de app. l. 6. §. 5. C. eodem.* in alienâ triduum concessum erat. Althus. *Dicæol. l. 2. c. 55. l. 3. ff. de app. rec. l. 1. §. 5. & fin. ff. quando app. l. 2. pr. eod. l. 6. §. pen. C. de app.* Ille quoque qui appellat literas dimissorias seu ut vocant Apostolos à judice petere debet intra 30. dies, à die interpositæ appellationis de veritate juris. *Nov. 126. c. 3. c. ab eo in pr. de App. in 6.* Mynsing. *C. 4. O. 36.* licet altera sententia magis recepta sit, quæ tempus à die latæ sententiæ computari jubet, licet serò faciat & ultimo die. *c. biduum 2. q. 6.* imò ultimâ horâ. Bl. *in cons. 34.* Col. *2. n. 4.* Berlich. *concl. 3435. n. 100.* interponat illis verò statuto tempore non petitis, sententiæ latæ acquievisse præsumitur. *l. 24. C. de App.* Marant. *de App. num. 220.* De Jure Cameræ Ord. Camer. *p. 2. tit. 30. in pr.* Mynsing. *4. O. 36.* Vultej. *Jurispr. Rom. l. 2. c. 33.* ut etiam de Jur. Saxon. per text. in Landrecht. *l. 2. artic. 12.* impune possunt omitti, licet in Camerâ appellanti necessaria semper sit actorum petitio. Ord. Camer. *p. 2. tit. 31.* & de J. Sax. aliud observetur. Zob. *p. 1. tit. 41. f. 183.*

13. Sicut.

13. Sicut.

Eſt Adverbium ſimilitudinis & denotat ſimilitudinem per contrarium. Alb. de Perg. h. l. interdum tamen ſi in priori membro ponitur, non ſimilitudinē, ſed planè diverſitatem inducit. Quintil. *l. 10. c. 1.* Sed hæc eloquendi præcepta, ſicuti cognitio ſunt neceſſaria, ita non ſatis ad vim dicendi valent, niſi &c. Ita pari ferè in ſenſu Hiſpanus apud Boxhornium fœdus cum Belgis percuſſurus promiſit, ſe eos ſicut ſtatus Imperii tractaturum: Quod illi non ſatis prius cognitum crediderunt, & ſe ab illo ceu ſtatus liberos Imperii Rom. Germanici habitum iri putarunt; ſed fraudem denique ſub hoc vocabulo latere deprehenderunt, uti etiam experti fuiſſent, niſi ab aliquo detecta fuerit. De proprio enim & ſibi ſubjecto imperio locutus eſt, & voluit, ſe illos tanquam ſubditos tractaturum: Sicut in priori ſenſu & præcedit & ſequitur, ubi ſi oratio generalis præceſſerit, illam tanquam regulam ſequitur & loco exempli eſt. Rom. *conſ. 328. num. 7.* Quia importat relationem, & limitat ſecundum eam totam diſpoſitionem. Ang. *conſ. 338. num. 4.* Tuſch. *Concl. 374. dict. ſicut.* niſi aliqua diverſitatis ratio obſtet; ſimilium enim idem debet eſſe judicium, & licet in iis aliàs magna ſit diſſimilitudo, ſufficit tamen, ſi in parte, ubi comparatio fit, conveniat. Interdum ponitur cauſativè, interdum conditionaliter, ſi aut de incerto præterito aut de futuro agitur, & in utroque ſenſu ſæpe ponitur in legibus, privilegiis, ſententiis latis, contractibus, & confirmationibus ex certâ ſcientiâ factis, ubi in incerto, & ſi non conſtat de relato, cauſa eſt, ſicut eſt conſuetum, vel quia ita eſt: & conditio, ſicut erit. Ut ſi Papa, Cæſar vel alicui concedat

feudum vel caſtrum,& ſpecialiter addat, confirmamus illa privilegia ſicut majoribus tuis confirmata fuerunt, aut ſicut majores tui habere conſueverunt. Hinc ſi majoribus nunquã conceſſa fuerunt,quæritur, an actus hic ſubſiſtat? & dicunt quod ſic.Br.& Jaſon. *in l.ſi quis in al.C.de edendo.*

14. Similiter.

Idem eſt ac æqualiter ſeu pariter. Similia quæ ſint, docet Everh. *in Top. loco à ſimili*; nimirum quæ habent unam eandemq; qualitatem, & circa perſonas res & cauſas in una & eâdem ratione conveniunt, licet inter ſe differant. Ariſt. *5. Metaph. c. 9.* hæc enim differentia ſemper neceſſaria eſt ad inducendam ſimilitudinem, ſiquidem nullâ exiſtente, nullum ſimile eſt, ſed idem. Hinc Boëtius inquit, ſimilitudinem eſſe rerum inter ſe differentium comparationem, ut refert Johan. Andr. *in c. non poteſt 8. de præbend. in 6.* Bl. *in c. translato. num. 3. de conſtit.* dicit ſimilitudinem eſſe parilitatem rationis in diverſis terminis. Et hæc mutua proportio, quæ qualitatum unitatem & paritatem inducit, ſimiliter aliquid reddere dicitur, & quaſi ad alterius exemplum.

15. Simpliciter.

Eſt adverbium qualitatis, & tam in bonam quam in malam partem ſumitur. Alb. de Perg. *d. tract. hic.* Originem debet adjectivo ſimplex, quod etiam in utroque ſenſu habetur, & aliàs nomen numerale eſt, unitatem denotans, qui numerus cum ſolus ſit, minimèque compoſitus, ſimplex dicitur, quaſi ſine plicis, ut etiam hominem qui ſine fraude eſt, ſimplicem nominemus, cum contra hominem duplicem pro fallaci & dolo quaſi compoſito

pona-

ponamus. Et Horat. hominem nequam & versipellem duplicem nominet: Et cursus duplicis per mare Ulysei. Varias habet hoc adverbium significationes & est simpliciter. i. e. sine malitiâ. Br. *in l. 1. C. de ædil. act. & in l. manif. §. 1. C. de furt.* generaliter, nullo addito vel nulla adjectione. *l. 6. §. si quis. 4. ff. neg. gest.* credibiliter & verè. Bl. *ind. l. 1. C. de ad. act.* sine rigorosà subtilitate. *c. dilect. X de judic.* non extra propositum. *l. fin. C. de dot. promiss.* ad literam Bl. *in l. intestato. C. de suis & leg.* sine destinatione. Br. *in l. coiri. ff. pro soc.* purè, & sine ambagibus, ut accusationi rogatus debet simpliciter respondere, ille autem simpliciter non dicitur respondisse, qui dicit se fecisse ad sui defensionem. Ita nec dicit simpliciter, qui dicit factum, & negat qualitatem. Br. *in l. contra negantem ad L. Aquil.* nec simpliciter respondet, qui dicit se habuisse rem, tamen restituisse. In primâ significatione respondet suo primitivo simplex, & utrumque Cic. *quæst. Acad. l. 4.* conjungit; Cùm homine simplici simpliciter agerem. Ejusmodi simplices sunt ex parte imperiti, rustici &c. quibus jus nostrum multifariam patrocinatur, & excusationem merentur, cum in iis nulla calliditas, versutia aut dolus præsumatur. *l. 2. ff. si quis in jus l. contum. ff. de re jud.* ita ut Baldus in *l. 2. C. de interd. matr.* citante Renato Choppino tract. de priv. rusticorum *l. 1. cap. 5. in f.* opinetur, privilegia illa ad simplices tantùm, non ad sagaces, aut ut vocant, quadratos esse extendenda, ne ipsis astutia eorum prosit. In propriâ suâ significatione simplex variè attenditur, nimir. quando est numerale; ut simplex ratio in jure tantum non obligat quantum duplex, nec paris est efficaciæ, nisi sit adæquata duplici, ut una causa tantum opere-

tur, quam plures. Bl. *cons. 188. in subst. l. 1. per tot.* Ita plures actus, ut in juramento, quod convalidet donationem inter virum & uxorem, non valent, veluti si fortè supra summam debitam esset aut non esset insinuata. Mulier SCto Vell. non juvatur si duplicem consensum præstitit super eodem actu. Socin. *cons. 45. num. 5. l. 1.* Insuper si quis nudè promittat & insuper juret se facturum, & faciat, valet & non revocari potest, licet in contrarium sit statutum quod prohibeat. Prohibitio duplex legis & hominis semper plus operatur, ut extendatur etiam ad casus, qui non veniunt in simplici prohibitione legis vel hominis. Tusch. *concl. duplex vinculum. &c.*

16. Simul.

Est Adverbium congregandi & significat unà, pariter, & omnes casus, qui simul fieri dicuntur, complectitur. Et si non constat de aliquo temporis intervallo, omnia simul facta præsumuntur. Bald. *in l. petens. C. de pact.* Neque solùm id simul factum dicitur, quod eâdem horâ eodemque momento fit, sed quod successivè ab uno post alium etiam in die aut tempore fit, *l. 26. in operis.* ibique Br. *in 1. opp. ff. locati & in l. 16. §. 8. ff. de pign.* ut testes qui simul signare dicuntur in eodem instrumento, & tamen signant successivè. Interdum multum refert scire, an aliquid simul acciderit, ut in eo casu, quando in bello aut ruinâ domus parentes cum liberis simul violentâ morte pereunt, an illi an verò hi prius periisse dicendi sint? Et distinguitur: Parentes priùs periisse dicuntur, si liberi adhuc impuberes sunt, si verò puberes, & puer 14. annis, puella 12. & 13. ætatis annum attigerit, parentibus super

vixisse

vixiſſe credendum eſt. Covarr. *l. 2. var. reſ. c. 7.* Menoch. *l. 6. præſumt. 50.* Maynard. *l. 3. deciſ. Tholoſ. 83.* ubi in fine deciſ. Pariſ. refert, quod contrarium tempore lanienæ Pariſienſis ſub Rege Carolo IX. pronunciatum fuerit, ex hâc fortaſſis causâ, quam ſicarii illi prius aggreſſi fuerint validos atque juvenes, quam ætatis provectioris homines, quo minus reſiſterent: ea ſiquidem ratio etiam militat in contraria ſententiâ. Puberes enim, utpote ætatis robuſtioris parentes fragiles imprimis & imbelles visâ ſuperaſſe præſumuntur. Finckelth. *O. 52. per tot.* ubi allegat reſp. Fac. jurid. Lipſ. *anno 1633. die 17. Jul.* ubi liberi impuberes adhuc fuerunt, & ita prius parentibus mortui.

17. Simul ac, atq;.

I. e. quamprimum §. *ſi quis. Inſt. de rer. div.* ſtatim ſeu poſtquam. *§. ferè. Inſt. de rer. div. & pr. Inſtit. de emt. & vend.*

18. Simulatè.

Simulatè, i. e. fictè ſeu ſimulato modo, à ſimulare, quod juxta Pontanum nihil aliud eſt, quam ſub ſpecie veritatis velle decipere. Hinc etiam in *l. 21. C. de tranſ.* ea, quæ ſimulatè geſta ſunt, pro infectis habentur, quia plerunque fraus intervenit. Et ſemper plus valet, quod apertè agitur, quam quod ſimulatè atque tectè geritur. In pactis, contractibus &c. ſæpiùs ſimulatè agitur, ſi quis forſan ſpe lucri, aut alia ex causâ ſub contractu aliud quid intendit, de quo ipſi palam contrahere non licet: ut ſi fœnerator contractum mutui aut quod pignoris loco accepit, colore emtionis tegit & obfuſcat. *l. 3. C. plus val. quod*

ag.

ag. Testis qui simulat, se facto, ad quod requisitus est non interfuisse, cum tamen interfuerit, aut se esse inimicum inquisiti dicat, cum non esset, & sic mentitus sit, cogi potest ad testificandum. *c. inquisitionis. §. pen. X. de accusat.* Conf. Dn. D. Richter *in prælect. publ. ad Decretal. tit. de testib. & attest. c. 8. Carpzov. p. 1. c. 16. def. 47. num. 6.* licet adhuc ob mendacium in peccato mortali sit, permittitur in odium ipsius testis, ne omnis facultas probandi subtrahatur, & deficiat, ut in simili dicit Br. *in l. 1. §. cum quis. ff. de quæst.* casus esse aliquos exceptos, in quibus criminosi in peccato mortali adhuc perseverantes testari possunt, refert Hess. *pract. concl. de testibus cent. 4. concl. 92.* Deinde si simulatè quis quid gesserit in contractu aut sim. & tamen instrumentum insuper confectum sit, an exceptionem simulationis instrumento guarentigiato opponere possit? & negat Br. in *l. 1. §. at parvi. num. 4. quod vi.* Mind. *de mand. l. 2. c. 24. num. 2.* Gail. *de arrest. c. 9. n. 18.* nisi aliud constet per præsumtionem juris & de jure, vel simulatio notoria sit, & in continenti probari possit, tunc ut loquitur Bl. *in l. si non. C. de donat. inter v. & u. & in l. fin. §. in comput. num. 17. C. de jure delib.* instrumentum superficialiter quidem est & dicitur instrumentum, sed substantialiter & intellectualiter non est instrumentum. Idem in *l. 1. num. 7. c. plus valet.* Panorm. *in c. item cum quis num. 7. de rest. spol.* Col. *processf. ex c. 1. p. 4. num. 92.* In fine hanc addere lubet quæstionem, an judex simulatis verbis reo impunitatem aut pœnæ lenitatem promittens, ut fateatur factum veritate elicita nihilominus condemnare possit? Affirm. cum quæstio quidem in arbitrio judicis sit, pœnæ verò persecutio soli legis autoritati refer-

reservata sit, ut loquitur Marcianus *in l. 1. §. 4. ff. ad SCtum Turp. l. 15. in fin. ibid.* nec ipse juri publico derogare possit, aut facere, ut delicta maneant impunita. *l. 15. C. de pœn. Nov. 17. c. 7.* Et ejusmodi simulationem propter utilitatem interdum adhibendam esse ipse dicit Pontifex *c. utilem. 22. q. 2.* & satis ibi illustrat exemplo Jehu & Davidis & Salomonis *in c. afferte. X. de præsumt.* Simulantis divisionem infantis. Covarr. *var. res. l. 1. c. 2. num. 16.* licet metu magis quàm promissis veritatem exploraverit, quod tamen itidem licere dicit Farin. *q. 81. c. 8. num. 304. & 313.* Gœdelmann. *de Mag. l. 3. c. 7. num. 26.* Vid. Carpzov. *in prax. crim. p. 3. quæst. 149. num. 9. & seqq.*

19. Simultaneè.

Derivatur ab adverbio simul. Reusn. *disputat. feud. 5. th. 60.* & simultanea investitura est, quæ duobus aut pluribus vasallis simul facta & concessa est. Et opponitur investituræ singulari, ubi unus tantùm de feudo investitur. Hæc etiã differt ab investitura abusiva, von dem Geding/ expectantz, Anwartung / Hartm. Pist. *lib. 2. quæst. 25. n. 1.* Alemann. *in discurs. de simult. investit. fol. 113.* quæ jus reale non tribuit. *Constit. Elect. Sax. 45. p. 2. ibiq; Moller. num. 2. Vid. Zanger. de except. c. 20. p. 3.* Dicitur etiam conjuncta manus, nostris, gesambte Handbelehnung / *it.* Mitbelehnung. Vid. Schrader. *de feud. p. 6. c. 1. n. 7.* Schneid. *de feud. p. 5. n. 20.* Schultz. *Synops. Feudal. c. 9. n. 81. & seqq.* Carpzov. *p. 2. Const. 45. def. 13. & seq.* in hâc, cùm plures sint simultaneè investiti, nulla ratio graduum in successione habetur, quia omnes simul investiti sunt, omnes quoq; simul succedunt, nisi obstet loci consuetudo, aut aliud in investitura dictũ sit, Schneid. *de feud. c. 6. rubric. de*

successf. collater. num. 23. Carpzov. *p. 3. c. 49. def. 12. & Novissimè* Dn. Richter *part. 3. conf. 4. per tot.* Hinc quæritur, an plures simultaneè investiti in capita, an verò in stirpes succedant, aut ad successionem admittantur, & distinguendum est, an nominatim & personaliter vocati fuerint, & tunc successio fit in capita, quia (1.) quilibet in partes viriles vocatus censetur, nec ordo successionis tùm curandus est. *l. 124. l. 54. §. 3. de leg. 1.* (2.) quia is, qui plures propriis vocat nominibus, singulos speciali amore prosecutus esse creditur. Aliàs si simul & nullo expressè determinato vocaverit, ut, per nomen liberorum, hæredum, & tunc successio fit in stirpes, quia conjunctim omnes pro unâ personâ habentur: nisi dictum sit, quod unus æquè aut pariter ac alter succedere debeat, tunc etiam succedunt in capita. Conf. Hartm. Pistor. *l. 2. qv. 21. num. 14.* Dn. Richter. *Tractat. de succession. ab intest. sect. 3. membr. 1. n. 48.* Carpz. *ad d. c. 49. def. 13. & seq.* Dn. Struv. *Synt. Feud. c. 9. aph. 16. pag. 350.* Cessat hæc simultanea investitura (1.) mutatione Domini vel Vasalli morte vel alio casu secuta. *Const. Elect. 45. p. 2. §.* **Der gesambten Hand aber.** (2.) facta divisione, *per d. Const.* (3.) Assumtione aliorum in jus hoc conjunctæ manus, scientibus nec contradicentibus simul investitis, *arg. §. preterea. 1. quib. mod. feuda amitt. 1. F. 5.* Mod. Pist. *V. 2. cons. 40. q. 1. num. 41. & seqq.* (4.) Consensu expresso circa alienationem feudi præstito. *d. Const. 45. §. ult.* (5.) omissione renovationis, quæ in simultanea investitura intra annum & diem fieri debet. *d. Const. Elect. Aug.* (6.) præscriptione. Circa refutationem aut renunciationem dubium est: an quis investituræ simultaneæ e. g. hoc in loco coram Curiâ provinciali per

si per epistolam & apud acta renunciare possit, & renunciatio valida sit? & dicendum quod non, quia Principi alibi fidem, quæ à Vasallo exigitur, præstitit. Ergò & ibi renunciare debet. Et quia maximè Domini interest, ut sciat, quos Vasallos habeat, *arg. 2. F. 52. 55.* Vid. Dn. Struv. & alleg. *d. aph. 16. pag. 365. in f. & c. 10. aph. 1. num. 3. aph. 3. n. 6. & c. 15.*

Porrò hujus qq. adverbii usus est in conventione & reconventione, quando scil. duæ causæ *simul* vel *simultaneè* in uno eodemque judicio tractantur atque unâ sententia finiuntur. Reconventio etenim seu mutua petitio nihil aliud est, quàm rei conventi adversus actorem durante conventionis judicio sub eodem judice instituta, parique passu ac *simultaneè* agitata actio. *c. ex literis. 1. in f. X. de mut. petit.* Vocatur Germanicè die Gegenklag/ Wiederklage/ Nachklage. *Vid. Ordin. Camer. p. 1. tit. 7.* Admittitur autem tàm de jure Civili. *l. 14. & Auth. seq. C. de sentent. & interloc. l. 22. ff. de judic.* quàm Canonico. *d. c. 2.* & Camerali. *d. Ordin. Camer. p. 3. c. 30.* ita quid. ut duæ diversæ causæ in eodem judicio simul ventilari possint, & unâ sententia finiri, ut anteà traditum, hoc tamen observato moderamine, ut conventio actoris ceu primi & principalis litigatoris per singulas judicii partes primo loco, mox reconventoris negotium tractetur. Henn. Göden. *consil. 33. num. 10.* Dn. Carpz. *p. 1. const. 7. def. 1. n. 4. & 6.* Jura verò Sax. quod attinet, illa reconventionem non indistinctè admittunt, sed tum demum, si causa reconventionis conventioni sit annexa. Wenn beyde Sachen einander anhängig / aus einander fliessen / oder sonst Verwandnis haben. *Vid. Constitut. Elector. Sax. 7. part. 1.*

verf. so ordnen/ setzen 2c. *ibiq.* Carpzov. *def. 8. num. 4. &* *def. 9.* & (2.) si prius finita & discussa fuerit conventionis causa. *d. const. Elect. 7.* Carpzov. *d. def. 8.* Zanger. *de Exception. p. 2. c. 1. num. 385. & seqq.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 102.* Plura qui desiderat de hac conventionis & reconventionis materia, evolvat quæso Pract. judiciar. Johann. Monach. *part. 5. §. 8. cap. 1. & seqq. pag. m. 178.* Dn. Carpzov. *d. def. 1. & seqq.* & novissimè Dn. Joh. Georg. Nicol. *Process. jur. part. 1. cap. 13. per tot.* ubi latè hanc materiam prosequuntur. add. etiam supra adverb. *cumulativè* & adverb. *Electivè.*

20. Solenniter.

Solenniter, i. e. solenni modo. Solenne autem est, quod certâ observatione ita constitutum est, ut solennia munera, quæ certo ex more mitti solent. Zas. *in l. 2. ff. de orig. jur. & l. 2. §. pen. ff. de adm. tut.* & solennia patrimoniorum onera, *l. 2. ff. de Veter.* solennes pensiones. *l. 4. C. quo app. non rec. l. 27. C. de J. dot. l. 25. C. de Rei V.* Solennes feriæ. *l. 26. §. si ferox. ff. ex quib. caus. maj.* & hæ sunt, quæ stato tempore atque die quotannis recurrunt. Unde probat Brisson. magis probari eam scriptionem, quæ fit per duplex n. quam quæ per m. & n. cùm descendat à voc. annus, & sæpiùs id, quod annuum est aut in anno redit, solenne dicamus. Cœterum in omni ferè actu in jure debito modo atque solenniter debemus procedere, tùm interdum propter ordinem & concinnitatem, tum interdum propter necessitatem, siquidem solennitates intrinsecæ in actu aliquo omissæ, eum totum vitiant & annihilant, ut sunt solennia in testamento. *l. 20. §. pen. & ult. ff. qui testam. f. poss. l. 2. C. de testam.* destructio enim solennita-

nitatum arguit mutationem voluntatis testatoris, ut Bl. etiam dicat & Sichard. *in l. 30. pr. C. de testam.* ad emtionem solennitatum inducere sententiæ mutationem atq; nullitatem. Simile causatur omissio solennitatum in oblatione: ea autem oblatio solenniter fit, si pecunia debita justo loco offeratur. *l. mora. 32. ff. de usur. l. 39. ibiq; DD. de solut.* Brisson. *l. 1. de solut. p. 347. & l. 2. de obsign. p. 412.* Schneidevv. *ad §. fin. n. 17. inst. q. m. t. oblig.* Val. Francus *tract. de fidej. c. 6. num. 39.* Menoch. *d. A. J. Q. l. 2. cent. 3. casu 232. num. 3.* Meier. *ad tit. ff. de solut. th. 13. not. 3.* Cyr. Herdes. *Exerc. inst. 18. th. 26.* atque tempore opportuno. *l. 39. verbo, quid enim si in opportuno tempore. ff. de solut.* Mol. *cons. 57. num. 11.* Negusant. *tr. de pign. & hypoth. p. 5. memb. 3. p. 2. num. 9.* Pacius *ad l. usuras. 2. num. 16. & ad l. 19. n. 4. C. de usur.* Edict. monet. Sereniss. Elect. Joh. Georg. I. *anno 1623. die 31. Jul.* promulgatum. §. Also daß den Glaubiger das Geldt zu rechter Zeit/ ꝛc. coram testibus. *l. si creditrici, verbo, testibus præsentibus, & l. 19. ibiq; DD. C. de usur.* Vult. *l. 1. jur. Rom. 61. num. 6.* in loco publico coram legitimo judice, & quidem coram judice creditoris. *Consult. Const. Sax. l. 1. p. 3. q. 15. num. fin.* aut si non commodè atq; opportuno fieri possit coram proprio judice, per *c. dilecti filii. 17. X. de foro comp.* Boër. *decis. 114. n. 9.* Bertach. *in repert. verb. oblatio.* & quidem tota offeratur, obsignetur & deponatur, nisi creditor in parte acquiescat, particularis enim solutio maxima habet incommoda. *l. 3. ff. fam. bercisc.* Cravett. *cons. 1. n. 15. & cons. 692. num. 15.* Tiraquell. *de retract. lignagier. § 1. gl. 21. num. 10.* Berens. *disp. ad inst. 12. th. ult.* Forst. *p. 1. disp. 19. th. 6.* Arum. *disp. inst. 16. thes. 2. disp. ff. 23. th. 15. & in tract. de morâ. c. 7. num. 8.* Cöpp. *d.*

l. 2. U. 6. nec unquàm resignetur aut mutetur. *l. 8. verbo, & hodiè quoq; in eâdem causâ permanet. C. de distr. pign.* Hinc si quis resignatam in suos usus, licet ipse judex fecerit, converterit, non dubium est, quin furti teneatur, *per text. in §. furtum autem. inst. de oblig. quæ ex del. l. 16. ff. de cond. furt. l. 3. ubi DD. C. depos. & sim.* idemque confirmat Const. Car. V. *art. 170.* Wer mit eines andern Gütern/ die ihm in guten Glauben zu behalten und verwahren gegeben sind/ nicht muthwilliger uñ gefährlicher Weise den Glaubiger zu Schaden handelt/ solche Missethat ist dem Diebstahl gleich zu straffen. De solennitatibus ejus etiam est, ut debeat realiter offerri. *l. 28. in f. ff. de adm. & per tut. l. 1. §. fin. l. 7. ff. de usur.* Zang. *de except. p. 3. c. 2. num. 2.* Heig. *ad pr. num. 27. inst. de except.* Gilhausen. *in arb. judic. c. 5. r. 10. num. 89.* Meier. in Coll. Argent. ad *tit. ff. de solut. num. 24.* nec promissa hic locum habent, nec sufficit pecuniam paratam esse, sed in alio loco depositam, quia semper, quandocunque creditor petierit, præsto esse debet, & de manu in manum tradi, ut etiam Bart. dicat *in l. prætor. ait. 20. §. 9. versu dicitur. ff. de oper. nov. nunc.* quod illa verba, si dicitur, debitor debet esse paratus, ita intelligenda sint, quod debitor debeat ire cum denariis in manu, aliàs non dici posset paratus ad offerendum, quod etiam confirmant & seqvuntur DD. comm. *in d. l. prætor. ait.* Rol. à Valle. *cons. 53. num. 34. V. 1.* Pract. Pap. *in form. libel. quo agitur ex comprom. §. legit. obtulit. num. 2.* Gravett. *cons. 502. num. 3.* Natta. *cons. 631. num. 2. tom. 3.* Molin. *tr. de usur. num. 197. n. 318.* Cothm. *resp. 45. num. 135. v. 1.* Francisc. Viv. *comm. opin. 557. l. 2.* Hering. *tract. de fidej. c. 20. §. 1. num. 34.* Negusant. *tr. de pign. & hypoth. p. 5. memb. 3. p. 2.*

num. 3.

n.3. Reyger *in thes. jur. lit. O. verbo oblatio.* Ea quoque solennitas de substantia oblationis est, quod debeat reddi pecunia in eâdem qualitate & bonitate, quæ erat tempore contractus, cùm aliud invito creditori obtrudi non possit. per *text. in l. 3. ff. de reb. cred. c. olim. 20. & c. 26. in f. X. de cens. exact. & prov.* inprimis si ita convenerint, ut in certâ & eâdem specie, Stück für Stück pecunia reddatur, & tunc, licet minuatur aut excrescat, in eâdem tamen specie debeat restitui, nec attendi, an bonitas intrinseca am Schrot und Korn melior vel deterior facta fuerit, Berlich. *concl. pract. 35. p. 2. num. 33. & 46. conclus. 36. num. 36.* Scheplitz *ad consuet. Marcb. p. 4. tit. 2. §. 6. n. 9.* Reinh. Rosa *in addit. ad Moll. const. 28. num. 2.* Knichen. *in comm. de Sax. non. prov. jure. c. 5. num. 396.* Aliàs semper bonitas extrinseca spectatur, i. e. quoad valorem & usum, in der Wirderung/wehrt/valvation oder æstimation, wie sie geng und gebe gewesen. Et tempus solutionis ordinariè ad tempus contractus regulatur. Lindem. *tr. de contr. mutui, cap. 2. num. 125. p. 59.* & ratio hæc est, quia contrahentes non de alio valore, quàm qui fuit tempore contractus, sensisse præsumuntur. Fichard. *cons. 31. num. 1. V. J.* Alb. de Ros. *in l. vinum. 22. ff. de reb. cred. col. ult.* Alb. Brun. *tr. de monet. p. 4. num. 2.* & sententiâ hæc æquitate nititur & approbatur ab omnibus *Castr. in l. 3. n. 5. ff. de rebus cred.* Tesaur. *decis. 174.* Hotom. *q. illustr. q. 15. sub fin.* Wehner. *obs. Pr. lit. G. verb.* Goldgülden Müntz. Andr. Gerhard. *disp. inst. 12. thes. 7.* Moll. *ad Constit. Elect. p. 2. const. 28. num. 1.* in Camerâ etiam adprobatur, & sæpissimè ita pronunciatum est, ut anno 1549. in causâ Ducis Cymbriæ contra March. Badenses, teste Regn. Sixt. *tract. de regal. l. 2. c. 7.*

n. 16.

n.16. anno 1552. in causa Episcopi Basil. contra Comitem de Schaumburg. Mynsing. *O.1. num. 4. Cent. 4.* & pluribus vicibus, quas vide sis apud Autorem des außführlichen Müntzbedencken. *num.121.* ut inde non immeritò stylum Cameræ reliqua inferiora judicia sequantur. Idem rescripsit ad Senatum Spir. anno 1620. 23. Febr. Frid. II. Imper. ut semper tempus contractus inspicerent. Idem volunt Const. El. Aug. *p. 2. const. 28.* & ita semper à Coll. Fac. jur. & Scabinatu Lips. pronunciatum esse, refert. Modest. Pist. *cons. 21. q. 2. l. 2.* & à Wittebergensi, dicit Borcholt. *tr. de reb. cred. c. 7. n. 17.* licet hæc regula, quod semper debeat tempus contractus inspici, certis in casibus variet ob æquitatem, quæ stricto juri interdum derogat, & præferenda est. Mynsing. *l. 1. resp. 40. num. 10.* Hartm. Pistor. *l. 1. q. pract. 14. num. 18.* Col. *cons. 31. num. 27.* Gœden. *cons. ult. num. 316.* Cothman. *Vol. 2. cons. 39. num. 164. Vol. 3. cons. 21. num. 193.* Pingitz. *quæst. illustr. 49. num. 25.* Budel. *de mon. l. 1. c. 7.* Mart. Garratus Laudensis *de mon. q. 1. num. 9.* Gilhaus. *in virid. jur. c. 1. de pers.* Rittersh. *cons. Altorff. fol. 240.* Gœdd. *in resp. jur.* quod annexum est tract. Noe Meurers *de jure flum. n. 220. & 300.* Pantschmann. *q. pract. p. 2. q. 11. num. 158.* Et hæc dicta sint de oblatione pecuniæ, quæ solenniter fit, siquidem hæc omnia solennitates & requisita intervenientia efficiunt, aliàs enim per nudam oblationem nec cursus quidem usurarum sistitur, per *l. 6. C. de usur.* argumento ibi sumto à contrario.

Cœterùm in aliis actibus, quando solennitates tantùm sunt extrinsecæ atq; leves, ob sui omissionem actum non vitiare solent. *l. 1. de ventr. inspic.* Si verò majoris sunt momenti, licet in fine contractus demùm adjiciantur,

eum

eum tamen per sui supervenientiam velut forma informant. Ut si quis dicat se à pupillo vel ecclesiâ rem emisse, probare debet, decretum judicis atque alias justas solennitates emtioni & venditioni accessisse, siquidem regulariter accessisse non præsumuntur, cum sint facti. Anton. Gomez. *var. res. tom. 2. c. 11. num. 17.* Redoa. *de reb. eccl. non alien. q. 38. p. 147.* Ben. Bon. *de cens. art. 18. num. 42.* in actu tamen ante decennium celebrato intervenisse præsumuntur. Ummius *process. judic. disp. 15. th. 8. num. 43. inf.* inde concludunt Simoncell. *de decret. l. 3. tit. 7. num. 32.* Surd. *cons. 181. num. 1. & seqq.* Menoch. *de præsumt. 2. præs. 75. num. 12.* tutius esse, si emtor in instrumento poni curet omnes solennitates, à jure in actu alienationis requisitas, tunc enim in asserentem contrarium probatio statim devolveretur. Aliæ etiam sunt solennitates, quæ omissæ quidem actum non vitiant, quales sunt, quæ intercedunt in nuptiis: Sicut tamen ex causâ possunt omitti, ita absq; causâ non temerè omitti. *cons. DD. Marp. V. 2. cons. 1. num. 11.*

21. Solùm, solummodo.

Hæ dictiones faciunt implicitam negativam, & sunt exclusivæ non expressorum, ut si cautum sit illos solùm debere succedere, qui in familiâ sunt, excluduntur omnes, qui non sunt de familiâ, quia eorum nulla mentio facta est. Simile exemplum est *in l. 7. C. de rev. don.* Non autem excludit casus similes aut qui ad rem pertinent, per text. *in Clem. exivi. de paradiso. §. cum a. de V. S. l. ob æs. C. de præd. min.* ut si statutum permittat, aliquas solùm exceptiones debere opponi, per hoc similes non excludun-

tur, ut dicit Ang. *in l. sciendum. ff. de evict.* præsertim si inde resultare posset absonus intellectus, aut aliqua contrarietas: ut si statutum sit, quod soli Episcopo hoc agere liceat, per hoc non excluditur capitulum, quia non excludi præsumitur id, quod connexum est. per Gl. *in c. episc. 24. dist.*

22. Sordidè.

I. e. avarè ac tenaciter. Et locum habet in ejusmodi homine, qui officium suum aut studium aliis pretio impertit, aut juxta Alb. de Perg. *sæpiùs cit. tr.* significat omne id quod pretio fit. *l. tutor. §. nunc. ff. de susp. tut.*

23. Specialiter, Speciatim, Singulariter.

Specialiter i. e. in specie. Interdum etiam idem est ac expressè. *l. 2. si quis caut.* Utimur sæpissimè hoc adverbio in locutionibus, si quid denominare volumus, quod singulare quid est, & à modo aut regulâ generali discedit: speciale enim semper derogat generali Paul. *in l. si serv. urb. de leg. 3.* & hinc utrunque adverbium quoad significatum convenit, quia quod singulare est, pari modo excipitur à suo universali, ac species à suo genere. Cæterùm nullus in toto jure actus est, qui non aliquid speciale vel singulare habeat. Et sub hoc speciali non illud tantùm, quod in hoc vel illo contractu singulariter intervenit; sed etiam ordo, modus, atque solennitates comprehenduntur. Nullus enim actus juris ita cum alio convenit, ut easdem solennitates requirat, siquidem nec invicem convenire possunt, aut debent. Aliàs enim unus

idemque actus esset, nec speciali nomine indigitari posset, quod tamen juris atque materiarum diversitas nunquam patitur aut permittit. Vid. Dn. Præses *in tr. regul. jur. ad reg. 37. & ad auth. habita. C. ne fil. pro patr. fol. 45. & 131.*

24. Spontè.

Est Ablativus nominis spontis, qui tamen in adverbium degenerat. *in rubr. C. de his qui sponte & l. si quis. ex cons. C. de Episc. aud.* & idem est ac ultrò, seu voluntariè, à quo posteriori tamen set. Bl. *in c. 1. §. inj. de pace jur. firm. col. 8. v. quæro.* differt tamen in hoc, quod spontè sit absque torturà, tortus autem voluntariè confessus dicatur. Bertach. *in repert. hic.* & ideò magis ferè conveniunt spontè atque liberè in effectu; & licet ut diversa posita sint, unum tamen præsupponit alterum.

25. Studiosè.

I. e. diligenter aut studio. In delictis malum animum significat. Nicol. Boer. *tr. de sedit. v. 7. & ult. num. 34. col. 1.* & ideò idem est ac dolosè vel malitiosè. Ang. *in Auth. de def. civ. §. decreto. in f.* qui animus in jure in quovis facto vel delicto attenditur, ut in injuriis, nunquam enim injuriarum agi potest, si non verisimile est, reum animum injuriandi habuisse; videl. consanguineus, in quo cessat suspicio usque ad septimum gradum. gl. singularis est *in l. vestim. ff. de injur.* nisi in atrociori injuriâ. Bart. *in l. ut vim. ff. de just. & j.* Gail. *2. O. 106. num. 1.* Mascard. *de probat. concl. 902. num. 6. & seqq.* & arguitur

ejusmodi studium atque animus ex hominis natura consuetudine, aut ex circumstantiis, quæ semper in omni casu attendendæ sunt.

26. Statim.

Aliud est Adverbium statim, quod à stare derivatur, & idem est ac constanter; aliud est, quod significat illico, protinus, & confestim, & in hoc tantum differunt, quod illud primam syllabam producat, hoc verò corripiat. Posteriùs est adverbium temporis, & quod statim debet fieri, id, quam citò potest expediundum est, nullo temporis intervallo interjecto. Interdum tamen cum temperamento accipitur, & statim quoque fieri dicitur, quod post annum & diem fit. *c. puella. 20. q. 2.* triduò, *gl. in verbo triduò in l. 3. C. de err. ad.* Imò denotat omne tempus, quo aliquid commodè fieri intelligitur. Pari modo in exceptione solutionis res se habet, ibi enim secundum rescriptum Electorale de anno 83. exceptionis probatio statim debet opponi, ubi alii intelligunt debere fieri in momento, per *l. 3. ut in poss. leg. num.* alii concedunt biduum vel triduum. *l. ult. & ibi Castr. de err. adv. l. fin. C. de jud.* alii decennium. *l. 20. §. 1. de const. pecun.* Wesenb. *cons. 3. num. 32.* & *cons. 6. num. 38.* Alii 15. dies, *argum. c. 1. de rest. spol. in 6. Const. El. 6. p. 1.* Alii duos aut tres menses, ex *l. 45. §. 10.* Alii quatuor. *l. fin. C. de usur. rei jud.* Plerique tamen dicunt eam temporis determinationem arbitrio judicis relinquendam esse, siquidem in probatione, quæ per testes fit, necessariò intervallum requiri, si solenni modo atque ordine debeat procedi. Hart. Hartm. *tit. 9. O. 1.* Petrus Frider. *l. 2. de mand. c. 24. num. 3.* Côler.

de proceſſ. exec. p. 4. c. 2. num. 12. More Saxonico ſtatim fit & in continenti, ſi fiat intra terminum executioni præfixum legitimo modo, ita ut poſt ulteriori deductione non indigeat. Cöl. *d. c. 2.* ejusdemque ſententiæ ſunt Anton. de Butrio. *num. 11.* Felin. *num. 15. in c. veniens. X. de teſt.*

27. Summariè, Summatim.

I. e. breviter & in ſummâ. Prætor aut judex dicitur ſummariè cognoſcere. *l. 15. §. ſi ſuper. ff. de re jud. l. 1. inf. de præt. ſtip. & pluribus.* quæ cognitio quondam intra privatos tantum parietes, aut in loco judicii, nullis tamen juris adhibitis ſolennitatibus, neque pro tribunali fiebat, ſed de plano, ut vocabant, vel ſummariter, ab eo quod cauſæ ordinariæ vel plenariæ coram judice in tribunali, quod in loco editiore poſitum erat, ſedente proponerentur: Summariæ verò de plano & in tranſitu quaſi à judice aliis forſan negotiis impedito cognoſcerentur. Unde etiam hæc duo, pro tribunali & de plano ab Ulpiano *in l. 3. §. 6. ff. de bon. poſſ.* ſibi invicem opponuntur. Hodie illæ ut plurimùm cauſæ ad proceſſum ſummarium pertinent, quæ per ſe liquidæ ſunt, ſi patet reum dare vel facere oportere, ut quæ paratam habent executionem. Aut ſi ejusmodi cauſæ ſint, ubi non appareat, quis dominus ſis, aut cui res debeat adjudicari; ut cum duo de poſſeſſione diſceptent, & uterque ſe Dominum eſſe dicat *l. 1. §. inter. verſ. ſed ſi. ff. uti poſſ.* judex ſummariè procedit, & alterutri tamdiu poſſeſſionem adjudicat, quamdiu alter in petitorio obtineat, ne interea temporis ſuper poſſeſſorio ad arma veniant. *l. ſi ſuper poſſ. 9. C. de tranſ. c. cum veniſſent.*

X. de instit. latiùs, quid & quæ sint indicia summaria, vide apud Jac. Schultz. *Obs. for. 3. per tot.* ubi centum & quinquaginta recenset. Gilhaus. *in arb. judic. c. 2. num. 4.* Zanger. *de except. p. 1. c. 1. num. 19.* Umm. *disput. 1. Proc. jud. th. 2. num. 7.* & plures, quos allegant Schultz. *in Syn. judic. th. 4. inf.* Petr. Theodoricus *in Synt. proc. jud. propos. 3.* Interdum fieri potest, ut causæ, quæ summariæ sunt, ordinariæ fiant, tam mutuâ partium voluntate, quam aliis supervenientibus circumstantiis. Glock. *de contrib. c. 19. numer. 121. 23. & seqq.* Hinc Maranta *in spec. p. 4. distinct. 9. num. 87. & in disput. 4. num. 1. & seqq.* quærit, an in causâ summarià, oblato libello, lite contestatâ & reliquis, quæ ingressum ad judicium ordinarium faciunt, peractis, debeat ulterius summariè & levato, quod ajunt, velo, an verò ordinariè procedi, ea enim omnia in judicio summario omitti debent, nec opus est libelli oblatione, nec tam plena ut in aliis actibus probatione, sicut neque contra latam sententiam appellatio. per *l. unic. C. si de moment. poss. c. unic. §. de poss. 2. q. 6.* neque nullitatis querela, neque supplicatio admittatur. Frid. Hiltropf. *in proc. jud. p. 1. c. 4. num. 82.* Schultz. *in process. jud. p. 1. c. 1. num. 18. 19.* & prolixè satis utriusque sententiæ Autores allegat & examinat, ad quem locum B. L. remittimus.

Alia deinde quæstio est: an in causâ summariâ testes non jurati debeant admitti? & N. quia nunquam in jure testi injurato fides adhibetur. *l. 9. C. de test.* & licet videatur, quod testes ibi eum tantùm in finem vocentur, ut judicem meliùs informent; ita quia sine strepitu & de plano debet procedi in hoc judicio, & alias leviores atque semiplenæ probationes admittantur. Rauchb. *p. 2. q. 6.*

num.

num. 64. Mascard. *de probat. Vol. 3. concl. 1198. numer. 1. & seqq.* & quos citat Cludius *rer. quot. c. 1. num. 198.* Glock. *cit. l. num. 86. 87.* illos injuratos loco semiplenæ probationis esse posse. Marant. *l. 4. dist. 9. n. 46.* & per eum cit. Br. Bl. Alex. & Jas. *in l. judices. C. de jud.* Ita ut etiam dicat, in momentaneâ possessione, cum sit res modici præjudicii, *per rubr. l. unic. C. si de mom. poss.* soliùs judicis informationi & relationi standum esse. *num. 74. cit. l.* Imò testem unicum atque famam probare, *ibid. num. 75. 76.* quæ regulariter nihil probant, & quomodo quid solidi per famam probetur, vide apud Everh. in Top. *loco à contr. numer. 13.* ubi dicit decem testes ad probandam famam requiri. Denique etiam in possessionem ex primo decreto missus, non perpetuò duraturam consequitur possessionem, sed usum tantum, siquidem possessionis usus ei quasi commodatur, donec aut res evincatur, aut ipse in plenario possessorio succumbat. Pruckmann. *V. 1. cons. 23. num. 9.* ita cum ibi absque strepitu debeat procedi, & id ipsum sit saltem quasi judicii ordinarii ingressus. Menoch. *de ret. poss. remed. ult. num. 58.* posset facili viâ redintegrari per petitorium id, quo parti præjudicatum erat in possessorio. Clud. *rer. quot. c. 1. num. 197.* Sed contraria sententia & verior & in foro receptior est. (1.) enim. resp. quod simplici testis adsertioni nunquam credatur, neque per eam judex aliquid concludere aut decernere possit, cum utriusque partis argumenta bene examinare debeat; aliàs enim processum ab executione auspicaretur, quod tamen absurdum esset. Imò omni in jure, si aliquid leviter saltem aut aliqualiter probatum fuit, judex ex officio ulterius in veritatem inquirere debet, aut

in

in defectum probationis juramentum deferre, quæ omnia hic planè omitteret, ſine quibus tamen, ſi posſint haberi, & iis opus ſit, cauſam nunquam decidere poteſt. Deinde negatur poſſesſionem momentaneã modici eſſe præjudicii, elumbe enim argumentum eſt, quod DD. à rubricâ *l. un. C. ſi de moment. poſſ. fuer. app.* & à nomine momentum ducunt, ex eo quod momentum plerunque res modica ſit. Maranta *ſpec. aur. p. 6. de app. numer. 305.* Siquidem contra quis concludere poſſet, quod idem verbum rem quoque maximi ponderis importet, uti in alterum extremum prolapſus eſt Parlad. *rer. quot. c. 9. num. 1.* Sed momentum hic non ad rem ipſam, ſed ad tempus, in quo res expedienda eſt, ſpectat, quod nimir. ejusmodi cauſa breviter & in momento ferè finiri debeat. Imò nulla tam modica erit poſſesſio, ſi de ea diſceptatur, quæ non alii creare poſſet præjudicium. Demum quod petitorio iterum recuperari posſit, quod in poſſeſſorio alteri conceſſum erat, non tam ſimpliciter procedit, Beati enim posſidentes, & poſſeſſor melioris ſemper conditionis eſt. *l. 32. ff. de procur. l. 5. §. 1. ff. de calumn. §. 4. J. de interd.* Et ſola naturalis vel corporalis poſſesſio ſæpe cauſa eſt proprietatis, *per l. 1. §. domin. ff. de adquir. poſſ.* Imò ſi in poſſeſſorio ſummarisſimo poſſesſio ad potentiorem adverſarium devolveretur, alius, qui ſequioris eſſet conditionis, ex litis diffidentia litem deſereret, & omnem ſpem in petitorio quidquam obtinendi abjiceret, ubi injuſtum eſſet, eum, ſi meliorem forſan cauſam haberet, ab omni petitione removeri. Vide Rauchb. *p. 2. q. 6. numer. 61.* Cacheranus *deciſ. Pedem. 25. num. 4.* Græveus *ad Gail. concl. Pract. l. 1. concl. 7. c. 1.* Zanger. *de except. p. 1. c. 1. numer.*

mer. 59. Gilhausen. *in arb. jud. c. 2. n. 4.* Rittershus. *in expos. meth. Nov. p. 9. c. 3. n. 8. 17.*

28. Supernaturaliter.

I. e. supra naturam, quod non fit secundum ordinem vel leges naturæ, sed sortitur effectum ab ipso Deo specialiter agente, ut statio solis; ejus enim natura est, ut in motu sit continuo: si ergo per voluntatem divinam in eo detinetur, ut solito more cursum suũ non absolvat, dicitur id supra naturam fieri. Keckerm. *system. phys. l. 1. c. 4. p. 17.* Zapf. *tab. 4. phys. p. 1.* Et differt hoc adverbium ab eo, quod præter aut contra naturam fit: illud enim est, quod alio modo, quam naturâ exigente fit, non tamen eidem specialiter repugnat, ut si homo sex nascitur digitis; hoc est: quod fit repugnãte natura. Sic lapis aut omne grave, quod secundum sui naturam descendit deorsum, licet in sublime feriatur, tamen ex sui natura semper repugnat, & non priùs subsistit, nisi ad locum, ubi detineatur aut quiescere possit, pervenerit, est enim contra ejus naturam in aëre sine impedimento detineri. Interdum hæc duo, contra & super naturam confunduntur, cum sibi propius accedant; ex effectu tamen statim differentia patet & dignoscitur. Ita quod virgo, quatenus virgo est & manet, pariat, contra naturam est, licet cesset in Maria Deiparâ, ibi enim Deus non contra naturam, quod de eo planè negatur, Sperling. *Instit. Phys. l. 1. q. 5.* sed supra naturam egit. Et casum illum de virgine extendit Imp. *in l. si major. C. de legit. hær.* ad mulierem majorẽ quinquaginta annis, mulier enim ad quinquagesimum usque annum parere dicitur. Sic in illo casu, ubi gemelli masculi sunt editi, & singulariter constitutum sit in gratiam primogeniti privilegium, non autem con-

ſtet, quis horum lucẽ primus adſpexerit, uter debeat prior natus dici? & ſunt qui ponunt caſum ex Plinio, gemellos uno impetu unaq; vice editos eſſe, & idem ſupernaturaliter fieri dicunt; alii verò idem commentis Plinii adſcribunt, & dicunt eſſe contra naturam, ſiquidem ex rerum naturâ impoſſibile ſit hoc poſſe contingere, niſi idem per fictionem quandam juris in utriusq; gratiam ob utilitatem ſucceſſionis admittere velimus. Sæpiùs etiam hoc verbo abutimur, & ad omne extendimus, quod non ſecundum naturam aut naturales leges ſit.

29. Superfluè.

[I. e. abundanter, & ita convenit utrumq; hoc adverbium, ut etiam ſignificatum ſuum à pari ducat metaphorâ. Utrinq; enim idem eſt, ac ſi unda vel fluvius ſolito major fluit & è ſuo alveo exundat. Hinc cum ejusmodi exundantia vel eluvio parum agris commodi adferat, ſed potius vaſtet, & limum eis atque glaream inducat, ut coli nequeant: ita in jure plurimis in locis Imperator eas abundantias & ſuperfluas ſolennitates removeri juſſit, cum non modo nihil proſint, verùm magis longâ atque obſcurâ ambiguitate obſint, & proceſſum aliasque res expediundas remorentur. *l. 1. §. quibus ſpec. de nov. Cod. fac. l. ſi ita quis. in f. ff. de evict.* Ut in interrogationib9, probationibus, ſi nihil faciant ad quæſtionem vel probationem facti, & nec judicem informent, nec partes & factum relevent, omittendæ ſunt, cum nimirum ob rerum varietatem cauſa poſſit confundi, judex turbari, partes magis irritari, & lis ita in infinitum protrahi. Similiter diei vel conditionis adjectio nonnullas vitiat obligationes, ſi planè inutilis

lis ſit, aut omitti debeat. *l. actus legit. de R. J. l. gracè. §. illud. ff. de fidej. l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſtr.* Gilken. *ad l. teſtam. 17. numer. 3. C. de teſtam.* Ita ſi actus ſuſpectus ſit, & inſuper variæ cautelæ, ut additio judicis, varia inſtrumenta &c. interponantur, augetur ſuſpicio contra agentem. Decia. *conſ. 32 num. 65. l. 3.* ita heres, ſi propter adeundam hæreditatem judicem conſulat, & requirat, dubius eſſe videtur de hæreditate, & per hoc ſibi præjudicat, cum judex deinde ex officio inquirere, & ille ſe hæredem eſſe, judicem docere debeat. Et ſimile eſt in illo, qui rem propriâ autoritate occupare poſſet ex pacto executivo, & judicis decretum requireret, adeundo judicem, cauſam amittit. Neguz *de pign. p. 4. num. 25. 9.* Ita ſi quis re aliquâ potiundi plurimas haberet vias, & ipſi licitum ſit, quocunque modo agere vellet; ſi poſtmodum unum elegerit, ſibi præjudicat, ſi forſan difficulter eo rem expedire poſſet, ob regulam: Via ſemel electa tenenda eſt. Tuſch. *concluſ. 67. via ſemel.* Aliàs ſi ſuperflua non ſunt impedimento, optimè tolerari poſſunt, faciunt enim interdum ad meliorem evidentiam, ut eſt in obligatione aliquâ, ubi ſæpe bis vel ter & tempus ſolutionis & pecuniæ ſumma exprimitur, ut eo melius cautum ſit, & id, ad quod debitor ſe obligat, determinatur. Ubi communis regula locum habet: ſuperflua non nocent: & procedit hæc regula in teſtibus. *l. 21. in pr. ff. qui teſtam. f. poſſ.* ubi ultra ſolitum numerum teſtes adhibiti, qui deponant de veritate, non quidem rejiciuntur, ſed jubetur prius ordinarius teſtium numerus admitti, ut ita reliqui, qui ſuper-

ſuperfluè adſunt, tanquam ſuccenturiati melioris lucis gratia prioribus accedant, benè tamen omitti potuiſſent, quia jam dum plenè probatum erat per legitimum teſtium numerum. Ita nec verba in inſtrumento aut ſcripturâ ſuperflua nocent. *l.94. ff. de R.J.* ut ſi ſcriptum aut dictum ſit in citatione, citatim poſt certos dies aut ſeptimanas debere comparere, cùm tamen dies aliquot ante vel poſt terminus ſolennis præfixus ſit, per hoc non vitiatur, inprimis ſi adeò neceſſaria non fuerit, & utraque pars ſponte comparuerit. *l.3. §. penult. & ibi Gl. ff. de bon. poſſ.* Aut ſi ſolennitates ſunt ſaltem extrinſecæ neque neceſſariæ, ut aliàs optimo jure omitti poſſent, ſi inſuper accedunt, actui non nocent, imò magis proſunt, & interdum ad majorem dilucidationem faciunt, aut ſi de certitudine aut perfectione actus quæratur, ſuperflua illud poſſunt tollere dubium. Guid. Pap. *deciſ. 149. in f.* & tutius ſemper eſt verba atque ſolennitates multiplicare aut ſuperflue adjicere, quam dubitare & ſolicitè demum in rei veritatem inquirere. Ita cum ille, qui proprio motu & authoritate, puta ex conventione rem ab aliquo extrajudicialiter repetere potuiſſet, ſi inſuper decretum judicis accedat, facit ei ad majorem ſecuritatem, licet nullo modo opus habuerit. Bl. *in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de off. proc.* Sic in teſtamento militis, ſi non opus eſt teſtes adhibere, & quis teſtes non idoneos adhibuerit, per hoc non vitiat actum, ſiquidem idem eſt ac ſi nullus intervenerit. Jaſ. *in l. vinum n.33. in f. ff. ſi cert. pet.* Superflua in conditionibus adjecta ſimiliter non nocent, quia tota res ab eventu judicanda erat, & dubitari poterat, an implementum ſubſequi poſſet, aut

fieri

fieri poterat, etiam superflua impleri potuisse, ideoque ejusmodi conditiones adjectæ nullo modo nocere possunt. Cum verò circumstantiæ aut actus natura non patiatur, illud tantum, quod ad implendum eum facit, eligitur, & reliqua vel superflua, si nullius momenti sunt, pro non adjectis habentur. Inprimis autem superflua adjici possunt in cautelis, quando quis sibi non satis cautum esse existimet, aut inde discrimen aliquod propter brevitatem oriri posse metuat. *l. 17. C. de testam.* Sicut enim superflua non nocent, ita tamen prodesse possunt, & patet in filia, faciente pactum de non succedendo, ubi reliqui, in quorum gratiam renunciatum est, hanc adhibere cautelam possunt, ut insuper faciat pactum de non petendo in futurum; per renunciationem enim successionis, licet generalis sit, non tamen excluditur petitio in futurum. *l. fin. C. de pact.* aut si solùm renunciet, neque successionis, neque petionis ulla mentio fiat, tunc meliùs & cautiùs est utrumque adjicere, quia exceptione se tueri posset, se vivis adhuc parentibus solùm renunciasse, non verò quod post mortem petere non licuit. Bl· *in d. l. fin.* Cæpolla *cautelâ 235.* Idem est in emtione rei alicujus, ut est hæreditaria vel res furtiva, ubique enim maximè cautelis opus est, & nunquam ferè satis in hisce casibus caveri potest. Sicuti enim res furtiva de Jure Civil. regulariter pristino suo Domino absque refusione pretii atque expensarum debet restitui. *l. 2. C. de furt. l. 23. ibid. l. 16. C. de evict.* in foro tamen Sax. emtor meliùs sibi cavere atque prospicere potest, si judici prius denunciaverit illius loci, ubi res emit, & tunc non aliter restituit, nisi alter pretium, quod expendit, restituat. Finckelth. *obs. 56. & seqq.* per tot.

Sub finem hujus adverbii aliquid de superfluis sumtibus addere lubet, & (1.) quæritur, an Pater id, quod liberis ultra alimenta & impensas in studiis necessarias suppeditavit, tanquam superfluum conferri debeat? & N. nisi Pater vel etiam mater, per *l. Nesennius. 34. ff. d. neg. gest.* impensas eas in librum rationum retulerint, diligenter consignarint, & insuper protestati fuerint; alias non conferri debent, cum superfluum illud in favorem & liberorum & studiorum à liberalitate parentum profectum esse præsumatur, licet aliud constet. Simile est in sumtibus nuptialibus, qui similiter non conferuntur, nisi Pater in testamento aliter disponat, arg. *l. 3. §. 7. ff. de mun. & hon.* major tamen semper favor est studiorum, quam hujus casus, & ideò hanc diversitatem in collationibus inducit, & favor studiorum & privilegium juris, tum æqualitas inter liberos, quæ hîc faciliùs potest induci. Schifordegker. *l. 2. tr. 23. q. 2. f. 359.* Freundeberg. *de morat. rescript. concl. 42. n. 19.* Imò si pater liberos elocarit, & postea mortuus sit, reliquæ filiæ nondum elocatæ eos sumtus petere nequeunt, sed coguntur propriis sumtibus nuptias celebrare. Coler. *decis. 62. n. 30. p. 1.* König. *in proc. cap. 133. n. 6.* Brunner. *de collat. c. 4. n. 827.* Berlich. *decis. 8. n. 4. in f.* In bonæ fidei & malæ fidei possessore dubium est, an superfluos sumtus recipiant, quales sunt utiles atque voluptuarii? & primò constat b. f. possessorem eos recipere, maximè si cedant in Domini utilitatem. *l. utiles. in f. ff. de hær. pet.* ita ut si Dominus pretium reddere vereatur, ipse secum tollere & abradere possit, salvo tamen rerum statu, & nisi Dominus tantum offerat, quanti res valituræ erant, tunc enim auferre prohibetur, ne sub prætextu rerum suarum

Domi-

Domino nocere & malitiis suis indulgere possit. *l.38.ff.de Rei V.* Aliud est in m.f.possessore. *l.5. & 37. C.de Rei Vind.* *§.30. Inst. de R.D.* & dicunt Cujac. & Zœs. *ad d.l.41. n.60.* Men. *2. Arb. cas. 258. n. 8.* Sarmient. *select. interpr. C. 10. n. 7.* Garsias. *de exp. c.5. n.9.* per *l.38. ff. de hær. pet.* hoc tantum procedere de jure stricto, ex æquitate verò & benignitate impensas eum debere recuperare, siquidem alter cum ejus damno locupletior fieret. Verum ita ditari Domino concessum est, non enim alterius injuriâ vel damno locupletior redditur, nec malæ fidei possessor aliquid vindicare potest, cum illi exceptio doli mali denegetur. *§. 30. Inst. de R. D. l. 37. ff. de rei vind.* præterea quoque donasse præsumitur. *d. §. Inst. de R. D.* Semel autem donanti nulla datur repetitio. *l. repetenti. C. de Cond. indeb.*

Denique omne, quod superfluè aut indebitè per errorem solvitur, condictione indebiti repeti potest ob defectum tituli, quem error impedit atq; dissensus, & semper ferè ea condictio locum habet, nisi tempore solutionis alius dantis animus probetur, videl. si sciens indebitum solverit. *l.9. C. de cond.indeb. l. 53. de R. V.* aut ex causâ transactionis, licet non secuta, vel licet jure infirmata fuerit. *l. 23. de cond. inst.* tunc enim debito imputatur. *l. 7. §. ult. ff. de transact.* aut ex causa jurejurandi *arg. l. 9. §. 1. & l. 5. §. 2. de jurej.* aut judicati. *l. 1. C. h. t.* aut eo casu, ubi compensatio locum habebat, aut ex causâ præteritâ, licet nulla fuerit. *l. 52. eod.* aut pœnæ nomine. *l. 23. §. fin. ff. de cond. indeb.* aut si cum alius deberet, solverit. *l. 6. eod.* hoc quoque casu nunquam repetitur, nisi aliud circumstan-

tiæ

tiæ jubeant. *l.6. de Cond. ind.* Nicol. de Passer. *in concil. Leg. ad l. 19. §. 1. ff. & l. 5. C. h. t.* aut si naturaliter saltem debitum fuerit. *l. 10. ff. de O. & A. l. 16. §. 4. de fidejuss.* & procedit etiam hoc in usuris, si in contractibus stricti juris pacto promissæ & solutæ fuerint, non enim in sortē computantur, cum naturaliter debitæ fuerint. Robert. *2. Animadv. 15.* Diss. Clud. *tractat. de cond. indeb. c. 3. num. 49. & seqq.* ita ut si quis diu atque longo tempore præstiterit, de iisdem postea semper teneatur; non enim usuræ solùm ex morâ & conventione, verum etiam ex longa earundem præstatione debentur. *l. 1. C. de fideic. l. 20. C. de agric. & cens. l. 8. C. de usur.* Riemer. *tract. de act. disp. 6. num. 11. & seqq.* Et hoc procedit in usuris licitis, quales hodie *jx. Recess. Imp. de anno 1654.* sunt quincunces. Quid verò juris, si ad usuras quidem obstrictus fuerit debitor, illas autem solverit ultra modum & *superfluè*, v. g. quotannis ex sorte 1000. debuit 50. ipse verò solvit 80. *an superfluum* 20. repetere potest? Quod Affir. ita ut usuræ superfluê solutæ vel in sortem imputari vel condici possint, per *l. 9. ff. de usur. l. 20. C. eod.* Carpz. *p. 2. const. 30. def. 4.* Dn. Richter *Tr. de jur. & privil. creditor. cap. 7. num. 8.* ubi h. m. responsum fuisse refert à Dnn. JCtis Jenens. So ist der Gläubiger/woferne er etwas von übermässigen Zinsen von euch empfangen / solches an der Hauptsumm oder hinterständigen Zinsen sich abkürtzen zu lassen verbunden. Confer. latius jam alleg. Dn. Richter *part. 2. decis. 74. n. 10. & seqq.*

Lit. T.

I. Tacitè.

ADverbii hujus in Jure nostro egregius est usus, veluti inter alia perspicere licet exinde, quod nulla fermè detur materia, in quâ consensus non fiat mentio. In omnibus enim Contractibus, Conventionibus, ultimis Voluntatibus, aliisq; negotiis civilibus consensum vel unius vel plurium personarum adhiberi necesse est. Ille autem consensus duplex est, vel *expressus* vel *tacitus: Expressus* dicitur, quem consentiens expressis declarat verbis. *Tacitus* quem ex non factâ contradictione & silentio alicujus lex inducit, colligit atque præsumit. Sic sæpè tacitè quis consentire dicitur, V. G. in Judicem, in Procuratorem, in sponsalia, in libertatem &c. Quæritur autem, anne semper tacens pro consentiente habeatur, vel, is, qui tacet, semper consentire credatur? Et Resp. quod non, velut latè & per varias distinctiones ad hanc quæstionem respondent *Gl. & Dd. in l. cum quid. ff. si cert. petat.* Mynsing. *decad. I. respons. 2. numer. 33.* Menoch. *l. 6. præsumt. 99.* Decius *vol. 1. consil. 98. in fin.* Socin. *Reg. 391. & seq.* Novissimè circa hanc quæstionem distinxit, Joh. Jacob. Wissenb. *ad l. 142. R. J. Disp. 21.* Utrum id quod agitur, totum ad utilitatem ejus, qui ta-

cet, pertineat, an verò ad eundem obligandum, onerandum, vel ad rem aut Jus ejus imminuendum spectet. Priori casu silentium habetur pro consensu; V. G. qui præsens & tacens alium pro se fidejubere patitur, tenetur actione mandati, quia utilitatem ex fidejussione sentiens debitor *tacitè* illi consensisse præsumitur. *l. 6. C. mandat. add. c. 15. qui tacet de R. J. in 6. l. 11. & seq. ff. de spons. Cujac. lib. 16. obs. ult.*

Pari ratione, si quis Procuratori suo in Judicio agenti non contradicit, ex illâ taciturnitate Dominus ratam rem habiturus creditur. *Innoc. in c. ex part. decani in Glossa in verb. protulistis. prima in verb. & ex hoc dicto. de rescript. Bald. in marg. agere.* Et quod de Procuratore dicitur, de substituto ejus id dici posse probat. *Abb. in c. ex part. decani. de præscript. in 3. col.* de Arbitris. *vide Joan. de Imo.* Sic etiam ex facto advocati quis *tacitè* obligatur, si sc. cliens in Judicio præsens tacuerit, neque intra triduum contradixerit. *l. 1. C. de err. advoc. ibiq. Dn. Brunnem. Schnob. Disput. ad ff. 3. th. 7. in fin.* Et Judicia nonnulla, quibus ejusmodi personæ inserviebant, Romanis tacita dicebantur, de quo Judiciorum genere loquitur *Cic. 3. offic.* dicens: Quamvis demersæ sint leges alicujus opibus, quamvis tremefacta libertas; emergunt tamen hæc aliquando aut judiciis tacitis &c. nec non tacita Scta, de quibus vid. Capitolin. *in lib. de reb. gest. Gordian:* tacitæ pecuniæ mentio fit *in l. 47. ff. de pact.* Et hæc de priori casu, quô negocium quoddam in utilitatem ejus, qui tacet, vergere potest.

Posteriori verò casu silentium pro consensu haberi non debet, sed is, qui tacet, magis pro invito & dissenti-

ente habetur, e.g. Taciturnitas & patientia uxoris non nocet, propter reverentiam, si maritus alienârit bona uxoris, & hæc non contradixerit. Boer. *decis. 100. num. 20.* Mollen. *lib. 2. sent. c. 6. in fin.* Et ita in Collegio Jurid. Jenens. mens. Jun. 1622. ad requisitionem Rosinen Hansen Ochsens Weib zu Bisenect decisum fuit: Hat euer Ehemann wider euern Willen das Eurige vor etzlichen Jahren los geschlagen / welchem ihr wegen sonst schuldiger reverentz bißhero nicht widersprochen / und gleichwol euch an seinen Gütern nicht erholen könnet. Auch nicht das geringste in euren Nutz davon gewendet / so seyd ihr euch an eure väterliche und mütterliche Güter zu halten berechtiget / und mag euer Bruder Samuel Moses sich der Gewehr halben an euren Ehemann halten / V. R. W. Si debitor tacente Creditore distrahit hypothecam, creditor non dicitur tacitè consentire. *l. sicut. 8. §. non videtur is ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. add. l. 8. §. 1. ff. de Proc. l. 5. ff. S. U. P.* Sic etiam evidentissimum hujus sententiæ vestigium exstat in Jure retractus personis consanguineis aliisque competente, modò illo intra anni spatium utantur. Tiraquell. *de Retract. p. 1. §. 1. Gl. 11. n. 17. & seqq. Gail. 2. Obs. 19.* Reinking. *Tract. de Jur. retract. qu. 7.* Berlich. *p. 1. concl. 40. add. de* foro Sax. *Constit. Elect. 32. p. 2. verbb.* So soll er innerhalb Jahres Frist zuläßlich seyn / *Dn. Carpzov. def. 4.* Magn. Dn. Richter. *p. 2. decis. 76. n. 141.*

Quær: porrò de hoc jure retractûs, an v. g. consanguineus illud perdat, si intra statutum tempus extraneus emptor sese offerat, consanguineus verò præsens ad hoc taceat? Et Resp. quod non, cum tacens hoc casu, quo de imminutione juris sui agitur, pro consentiente non sit ha-

betiaus, uti antea dictum. Et h. m. responderunt JCti Jenens. in Aug. Anno 1622. Da gleich mehr berührte Erbgüter vier Sontage nach einander offentlich feil gebothen/ und euch angetragen/ ihr auch gegenwärtig gewesen/ **still geschwiegen**/ und wider die Verkauffung nicht protestiret hättet: Dennoch aber und dieweil ihr euch der Nähergeltung nicht begeben/ sondern nach beschehenen vierdten Ausruffen in Monatsfrist/ vermöge der Hennebergisch. Lands Ordnung/ euch zum Käuffer angegeben/ so habt ihr euch daran nicht **verschwiegen** noch versäumet. Magn. Dn. Richter *laudat. decis. 76 num. 173.* Excipiuntur tamen certi Casus, quibus tacens pro consentiente habetur etiam in sui obligationem & juris sui imminutionem, de quibus vid. Socin. reg. 585. *& seqq.* Bronchorst. *4. ant. 94.* P. Peck. *ad d. c. is qui tacet. de R. J. in 6.* Wissenb. *d. l.*

Sed quær. h. l. (1) an in contrahendis filiorum sponsalibus silentium parentum habeatur pro consensu, vel an Parentes non contradicentes *tacitè* consentire censeantur, & an *tacitus* hicce consensus sufficiat? Quod affirm. Quamvis enim Jure Civ. differentia constituta videatur inter sponsalia filii & filiæ, ita ut in sponsalibus filiæ Pater semper consentire intelligatur, nisi evidenter dissentiat, *per l. 7. §. 1. ff. de spons. & l. 12. pr. ff. eod. Bart. ff. de spons. l. si servus. §. fin. de donat. inter vir. & uxor.* Secus in filio adhuc in patriâ potestate constituto, quem Consensus Patris semper necessariò concomitari debebat, quo non adhibito matrimonium erit nullum, & liberi illegitimi: leges, quæ Consensûs hujus fundamenta dicuntur, notiores sunt, quam ut ignorari, clariores, quam ut obscurari, sanctiores, quam ut aboleri queant. vid. Dn. Franzk.

Ex. 2.

Ex.2.q.4. Magn. Dn. Struv. Præceptor & Promotor meus ætatem colendus. *Ex. 29. th.23. &c.*

Hodie tamen ejusmodi differentiam inter filium & filiam, quoad contrahenda ſponſalia, & adhibendum Parentum conſenſum non admittunt Dd. ſed in utriusque ſolennitatibus parentum conſenſum vel expreſſum vel tacitum requirunt, modô tacitus legitimè à liberis probetur. vid. Dn. Carpzov. *Conſiſt. lib. 2. tit. 3. def. 42.* Huc ſpectat, quod tacens non habeatur pro conſentiente, quando lex exigit expreſſum conſenſum.

Quær. 2. An in novatione & delegatione ſufficiat, ſi Creditor & debitor novæ ſaltim obligationis mentionem faciant, ita ut priſtina obligatio *tacitè* ſublata cenſeatur? Neg. per *l. ult. C. de Novat.* ubi dicitur, quod novatio non ſit pro firma habenda, niſi Creditor & debitor ſpecialiter remiſerint priorem obligationem, & hoc expreſſerint, quod ſecundam pro anterioribus elegerint. vid. Schneid. *in §. præterea. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* Brunnem. *ad d. l. ult.* Cujac. *in parat. C. de novat.* Arnold. de Reyger *theſaur. jur. lit. D. verb. delegat.* Dn. Richter *p. 1. conſil. 57. n. 2. & 10. vid. ſupra Diſput. 5. adverb. Expreſsè. pag. 264.* Nec obſtat, quod tacitum dicatur idem operari, quod expreſſum. *l. cum quid. 3. ff. ſi cert. pet. l. ſtipulationem 21. ff. de Jur. dot. l. quod ſi nolit. 31. §. qui mancipia. 21. ff. de ædil. edict.* Fallit nimirum hoc ipſum, quando verba expreſſa pro forma actus requiruntur, prout hic fieri videmus *in d. l. ult. verb. & hoc expreſſerint.* Dn. Carpzov. *Reſponſ. jur. Electoral. lib. 5. tit. 9. reſp. 105. num. 12. & ſeqq.* Ubi teſtatur, quod anno 1632. menſ. Jul. à Dnn. Scabinis Lipſienſ. ita pronunciatum fuerit: Dieweil aber

dennoch nicht zu finden / daß der novation gedacht / oder vorige Obligation und hypothec. **mit außdrücklichen Worten** cassiret und uffgehoben worden / so gleichwol zu einer beständigen novation zu recht erfordert wird / etc. Eodem planè modo responderunt JCti in Academ. Witteberg. dennoch aber und dieweil die verglichene 9000. Gülden in solcher renunciation mit außdrücklichen Worten excipiret, auch sonsten die novationes nach Verordnung der Rechte nicht vermuthet worden / so mag auch solche Vergleichung vor eine beständige novation nicht geachtet werden. vid. Dn. Richter *d. Consil. 58. n. 10. fol. 353.* Neque aliud de delegatione dicendum, dissentientibus licet nonnullis Dd. cum illa sit (1) species novationis. *§. praeterea 3. Inst. quib. mod. toll. Oblig.* Quod autem traditur de genere, id recte quoque ad omnes species extendendum erit. (2) propter verba generalia *d. l. ult. ibid. vel aliquid fuerit &c.* Immo (3) de ipsissimâ delegatione loquitur *d. l. ult.* apparet ex verbis: si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutaverit. Confer. Dn. Carpz. *dict. Respons. 105. num. 24. & seqq.* & similiter ibi responderunt non solum Senatus Appellat. Dresdens. attestante Dn. Carpz. *d. l. n. 32. & 33.* sed etiam Dnn. Scabini Lips. M. octobr. anno 1638. Dieweil aber dennoch bey gethaner delegation vorige obligation nicht mit **außdrücklichen Worten** cassiret, noch uffgehoben worden / so doch Inhalts der Rechten / und nach gemeinem Wahn bewehrter Rechtsgelahrten geschehen sollen / etc. Plura de hâc materiâ reperiuntur apud Dn. Richter. *d. Consil. 57. Carpz. d. Respons. 105.* Bachov. ad Treutl. *vol. 2. Disp. 29. th. 6. lit. A. in fin.* Schiferdeg. *lib. 2. ad Anton. Fabr. tract. 5. q. 1. & seqq.*

Porrò

Porrò circa hanc materiam *taciti consensus* notandum, quod in Jure nostro non solùm ex silentio, sed etiam ex aliis actibus tacitus colligatur consensus. E. g. dominus servum suum instituens heredem. §. *2. Inst. qui test. tutor. dar. poss.* aut ipsi feudum concedens. *2. Feud. 3.* §. *1. vers. personam verò.* Zasius *epit. feud. p. 5. n. 63. tacitè* servo libertatem dedisse censetur. Sic heres adiens hereditatem tacitè sese obligat ad solvenda legata & æs alienum. §. *5. Inst. de Oblig. quæ ex quasi contr. nasc.* Nautæ, caupones, stabularii aliquid recipientes *tacitè* ad illud sine damno restituendum sese adstringunt. *t. t. ff. Naut. caup. & stabul.*

Sic etiam dantur pacta tacita *per l. 2. ff. de pact.* in quibus Consensus de aliquo negotio civili præsumitur: e.g. debitor, cui chirographum redditum est, nisi alia probatio, vel prægnans conjectura diversum suadens subsit, ex tacito pacto exceptionem allegare non prohibetur. *l. 2.* §. *1. ff. eod.* Anton. Faber. *in C. lib. 8. tit. 30. def. 1. n. 1. Carp. p. 2. Const. 29. def. 12. n. 1. & seqq.* modò probari possit, chirographum à creditore redditum fuisse debitori: sola enim possessio chirographi non inducit tacitum pactum de non petendo, nisi insuper probetur restitutio à Creditore debitori facta. Dn. Carpz. *d. l. num. 2.* Et hoc modo pronunciarunt Scabini Lips. m. Jun. anno 1629. Ob nun wol euer Gläubigers Schuldverschreibung bey euch verhanden / dieweil ihr aber dennoch von ihme nicht quittiret worden / und wie ihr solche Schuldverschreibung an euch gebracht / nicht erweisen könnet / so seyd ihr auch der geschehenen Zahlung wegen hierdurch nicht gnugsam versichert / sondern ihr könnet berührte Schuld noch einsten zu bezahlen wol besprochen werden / V. R. W.

Porrò

Porrò si à Creditore hereditario actiones contra hereditatis emtorem fuerint motæ; hic autem eas spontaneâ voluntate susceperit, neque de herede ipso, neque de eodem venditore conveniendo tacitè pacti videntur *l. 2. C. de pact.* Nec inconvenienter hic referuntur res in conductum prædium urbanum invectæ & illatæ, quæ pro mercede aut pensione Domino prædii tacitè pignori sunt obligatæ, *arg. l. 4. ff. de pact. l. 2. 4. 6. 7. §. 1. in quib. caus. pign.* quo trahunt Doctores studiosorum librariam suppellectilem. vid. Magn. Dn. Richter *ad auth. habit. Disp. 3. p. 57. & edit. sequen. fol. 62.* Vid. Dn. Gerhard. *ad Inst. Imp. Exercit. 7. q. 13. & seq.* Aliter se res habent in prædium rusticum illatæ, ubi fructus, qui in prædio illo locato nascuntur, tacitè sunt pignori. *l. 7. in quib. caus. pign. tac.*

Simili modo *tacitam* hypothecam habent (1.) mulier et ratione bonorum paraphernalium & dotis. Beuth. *de privileg. credit. lib. 1. c. 26.* Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. art. 14. n. 15.* Mynſ. *cent. 5. obſ. 4.* Gail. *l. 2. obſ. 92. n. 40. add. Ordinat. Proceſſ. jud. Elect. Sax. Tit. 45. & Ordinat. Judic. Magdeburg. c. 50. membr. 3. §.* damit man ferner. Magn. Dn. Richter. *in Tract. de Jur. & Privileg. creditor. c. 4. ſect. 1. n. 27.* (2.) habent tacitam hypothecam liberi in bonis parentum ratione bonorum, quæ parentes in sua administratione habuerunt, in quibus videl. parentes habent usumfr. & liberi proprietatem. *l. 6. §. ult. C. de bon. quæ liber.* Dn. Richter. *d. l. n. 36.* (3.) pupilli in bonis tutorum, *l. 20. C. de admin. tut. l. ult. ff. de tut. & rat. diſtrah.* Dn. Struv. *Ex. 26. th. 15.* (4.) Civitates, Universitates, Ecclesiæ in bonis administratorum. Gail. *1. obſ. 30. nu. 16. &*

lib.

lib. 2. obs. 62. n. 4. Berlich. *p. 1. concl. 67. num. 41. 47. 53. & 55.* Carpz. *p. 1. c. 28. def. 115.* Plura de Jure tacitæ hypothecæ latè & nervosè tradit D. Richt. *laudat. tract. de Jur. & Privileg. credit. dict. c. 4. Sect. 1. n. 98. & seqq.*

Generalem adhuc de tacitâ hypothecâ quæstionem hic movere lubet: An scil. hypotheca ratione temporis prior etiam in concursu creditorum præferatur hypothecæ expressæ posteriori? Quod affirm. Quia utriusque hypothecæ idem est Judicium, & quod homines conventione; id lex jussione & præsumtione suâ efficere potest. vid. Gail. *2. obs. 25. n. 2. & seq.* Hartm. Pistor. *pr. forens. lib. 2. tit. 27. obs. 8. n. 1. & 4.* Hermann. Meyer. *Tract. de pign. & hypothec. lib. 1. tit. 18. n. 5.* Et hoc modo responderunt Scabini Lips. dieweil D. Seeling des D. Schultesten Kindern ehe als eurem Weibe zum Vormünd verordnet worden/und also D. Schultesten Kinder Vermöge der Rechte vor euerm Weib ein **stillschweigend Unterpfand** in allen ihres Vormündes Gütern erlanget/ so werden sie euch in allen D. Seelings hinterlassenen Gütern und also auch an den jenigen/welche euch insonderheit verpfändet billich vorgezogen. Atque hanc sententiam in eâdem causâ amplexi sunt Dnn. Assessores Curiæ Elect. Wittebergensis, ut testatur Magn. Dn. Richter. *d. c. 4. n. 10. & seqq.* Dissentit Math. Coler. *p. 1. decis. 137. n. 1.*

Simili modo in testamentis ordinandis inter filios & filias olim differentia orta erat: filii expressè erant vel heredes instituendi, vel exheredandi, filias autem tacitè præterire licebat, *pr. Inst. de exhered. liber.* quam differentiam ut iniquam unà cum *l. 9. ff. de Statu hom.* nimi-

um rigorem corrigere Imperatorem Justinianum movit æquitas, & hujus sexûs debilitas. *l. 4. C. de exhered. liber.*

Nec de legatis, quod expressè & tacitè auferri possint, dubitandum est: expressè enim hæc adimuntur, (1) verbis in eodem testamento vel per Codicillos, contrariam testatoris mentem exprimentibus. *pr. Inst. h. t. l. 2. 3. de adimend. vel transferend. legat. l. 17. C. de legat.* vel sine Codicillis, coram quinque testibus *l. 3. §. fin. h. t. l. 18. l. 22. de legat. 3. Bachov. ad Wesenb. h. n. 3. Carpz. 3. c. 4.* Tacitè autem revocantur factis, ex quibus mutata voluntas sufficienter colligi potest, ut (1) si nomen legatum testator exegerit. *l. 15. §. 2. de legat.* (2) si rem legatam alienaverit; ita tamen, ut voluntaria alienatio animo eam adimendi fuerit facta. *l. 8. pr. de legat. 1. l. 15. h. t.* (3) si legati forma, ex destructione adeo mutata sit, ut ad pristinam materiam res reduci spes decollet, nisi testatorem aliter sensisse Legatarius probet. *Vid. Magn. Dn. Struv. Ex. 35. th. 81. 82.*

Porrò in testamentis proprius servus heres institutus, nullâ mentione libertatis factâ, liber erit. *pr. Inst. de hered. instituend. & §. 2. qui & ex quib. caus. l. 32 ff. de R. J.* non verisimile enim est, inquit, Imperator, eum, quem heredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, & neminem sibi heredem fore. *Adeo* vocabulum tacitè se extendit, ut haut raro ejus & expressi idem sit judicium, ut patet *ex l. 3. ff. si cert. pet. l. 14. ff. locat.*

Quandoque plus quam expressum operatur, hinc dicimus: multa, quæ tacitè admittuntur, expressè fieri prohibentur, *arg. l. 27. §. 3. ff. de pact.* ut in Clerico, qui

ex-

expreſsè foro renunciare non poteſt. *c. diligenti. de foro comp.* ſed tacitè, *c. Romana, §. contrahentes eod.* Item in prorogatione expreſsâ requiritur Epiſcopi ſui licentia. *c. ſignificaſti.* non tacitâ. *in c. dilecti. Paul. de Caſtro in l. ff. ſi quis in jus vocat. non ier.*

Nihilominus tamen jam dicta exceptionem admittunt, neque in perpetuum ita procedunt, cum regulariter loquendo, tacitè quæ ſubintelliguntur, non adeo latè ſint interpretanda, ut expreſſa; ab his enim illa, tanquam à ſole luna lucis & operationis aliquid accipiunt. Quapropter Conſenſui vel alii actui expreſſo vires denegare, tacito verò accumulare auſurus, maximi erroris accuſarer, tacitum enim plerumque planè nihil operatur, ubi expreſſi vacillat autoritas. E. G. exemptus quis citatur, non excipiens coram Judice, ſed tacens privilegio ſuo nihil præjudicat, ratio eſt: quia ne expreſsè quidem ſine licentiâ Papæ Jurisdictionem prorogare poteſt. *Abb. in c. dilectus. de præbend. in IV. col.* Quod de Jure civili neminem à prorogatione Jurisdictionis cohibente, non ita ſtrictè eſt accipiendum, ſed hoc in eam tacitè conſentienti, foriq; incompetentiam coram Judice non alleganti, pœnitentiam retrahendi potius adimere videtur. *per l. 52. ff. de Jud. l. 4. C. de Jurisd. Donell. l. 17. Comm. cap. 10. Mag. Dn. Struv. E. 4. th. 59. in fin.*

Hic adjicere lubet tritam juris regulam, quod expreſſio ejus, quod tacitè ineſt, nihil operetur. Card. Tuſch. *pr. concluſ. tom. 3. concluſ. 658.* Quæ tamen variè declaratur, ſi ſc. quid, quod tacitè ineſt, exprimatur eo modo, quo ineſt. Secus verò ſi alio exprimatur modo, quàm

ineft Tulch. *d. l. n. 21.* vid. Dn. Præſes *in tr. de pact. ad l. 1. C. de pact. pignor. & l. Commiſſ. n. 22.*

2. Tam.

Tam & quam in comparando alteri alterum eſt comes; & gemellorum inſtar ſibi invicem manus porrigunt, ut tam bonus Homerus, quam Cherylus malus Poëta eſt; nihil eſt tam vulgare, quam nihil ſapere; Amicus tam ſum Reipubl. quam qui maximè; reliqua, quæ in Lexicis copioſè occurrunt, lectori relicturus, oculos ad Jus noſtrum flectam, inprimis *ad l. 57. ff. de Jud. l. 18. l. 22. §. 1. ff. de uſu & habit.* Si domus uſus legatus ſit ſine fructu, refectio tam eſt heredis, quam uſuarii. *lib. 9. C. eod.*

Q. Si mandatu tuo alicui injuria facta ſit, quisnam injuriarum teneatur? Reſpondet *l. 11. §. 3. ff. de Injur.* Si mandatu tuo alicui injuria facta ſit, plerique ajunt, tam te, qui mandaſti, quam eum; qui ſuſcepit, injuriarum teneri.

Interdum omittitur unum, *arg. l. 20. ff. de acquir. hered.* non eſt facti quam animi: Huc pertinet etiam, quod veteres tam jure legeque affirmabant, quà locutione aliquid factum fuiſſe lege, innuerant, quam rogari jus fuiſſet. *teſte Proculo l. 44. ff. de adopt.* reſpiciente ibi ad arrogationis formulam, de quâ *Gellius l. 5. c. 19. add. Seneca de brevitate vitæ c. 15. Sueton. in Jul. Cæſ. c. 83.* plura de hâc formul. *apud Calvin. h. voc.*

3. Tamdiu.

Quemadmodum ſe habet tam ad quam, ita tamdiu & quamdiu, quando conjunguntur, eò magis eluceſcunt,

&ſe

& se invicem declarant. per *l.15. quib. mod. usufr.* Sæpissimè etiam illud idem est ac donec vel eatenus. *in c. ex literis. X. de offic. delegat.* vid. supra adverb. *Eatenus. Disp. V.* Occurrunt quoque hæ voces *in l.38. §.1. ff. ex quib. caus. maj. l.12. ff. eod. l.2. §.2. ff. de precar.* Cæterum non semper illud appetit quamdiu, sed adsciscit quoque dum, quoad, donec, quamdiu, quam. Aliquando absolutè positum invenitur tam apud JCtos, quam apud bonos Scriptores, quâ de re cura nobis facienda haud erit.

4. Tamen.

Particula hæc opponitur vocibus, quanquam, quamvis, etsi, etiamsi, licet, quæ illam præcedere solent, aliquando tamen in sermone primum ambigit locum. Exemplum est in promptu *apud Latinorum Principem in Pæto:* Tamen à militiâ non discedis: hujus adverbii significationes variæ à variis dantur Autoribus. *Virgil.* sumit illud pro statim *in Eclog. 9.* ita canens: Hic hædos depone, tamen veniemus in Urbem. *Salust. l.3. Hist.* eo utitur pro tandem. *Terent. in Hecyr.* pro duntaxat. Quod potero, faciam, tamen ut pietatem colam. In eandem penè significationem cum primitivo suo descendit attamen, veruntamen. Retinet hoc vocabulum vim suam etiam in Jure nostro. *l.11. ff. de SCto Maced.* plures textus allegare, in quibus occurrit, laboriosius quam utilius foret.

5. Tametsi.

Adverbium hoc est adversativum, quando in Oratione præponitur tunc indicativo, quando autem postponitur, conjunctivo gaudet, quam curam Grammaticis relinquimus, & hic sicco pede præterimus, saltem ubi

& quomodo in legibus uſurpetur, perſcrutantes. *Vide l. 48. pr. ff. de uſufr. & quemad. l. 3. §. 1. ff. quib. mod. uſufr. amit.*

6. Tanquam.

Adverbium hoc eſt nota improprietatis & ſimilitudinis, ut demonſtrat *Bart. in l. 15. §. 1. ff. de adopt. c. dudum. 1. ext. de elect.* ubi vocabulum tanquam æquiparatur quaſi. Referri igitur huc poteſt peculium quaſi caſtrenſe, quod filiusfam. ex militiâ togatâ, ſeu ex officiis publicis acquiſivit. *l. 14. C. de Advoc. diverſ. Judic. l. ult. C. de inoffic. teſt. l. 6. in fin. de bon. quæ liber. Magn. Dn. Struv. E. 20. th. 68.*

In Contractibus etiam, qui quaſi dicuntur, hæc pari paſſu ambulant, quorum *Primus* eſt, negotiorum geſtio. *§. 1. Inſt. de oblig. quæ ex quaſ. contract. naſc. Secundus,* tutela, tutores enim, qui tutelæ judicio tenentur, non propriè ex contractu, ſed quaſi contractu obligati ſunt. *§. 2. J. ibid. Tertius* Communio ſine Societate, quæ actionem de communi dividundo tantùm parit. *§. 3. h. t. Quartus* Aditio hereditatis, adeundo enim quaſi contrahere videtur heres. *§. 5. ib. l. 3. §. ult. & l. ſeq. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. Quintus* Indebiti Solutio, de quâ *vid. §. 6. h. t. & §. 1. quib. mod. re contrah. oblig.* Item non degenerant quaſi delicta, quæ nihil aliud ſunt ac tanquam delicta; hæc, quoniam neque ex contractu, neque propriè ex maleficio deſcendunt, de utroque aliquid participant, & ſunt (1) cum per imperitiam malè & iniquè judicatur, & tunc litem ſuam feciſſe Judex creditur. *§. 1. Inſt. de Oblig. quæ ex quaſ. delict.* (2) cum ex cujus cœnaculo, vel proprio vel conducto, vel commodato dejectum effuſumq;

aliquid fuit, (3) cum quis eâ parte, quâ vulgò iter fieri solet, aliquid positum aut suspensum habet, quod, si occiderit, nocere potest. §. *1. J. h. t.* (4) cum ob damnum datum, aut furtum in navi commissum, exercitor illius ex quasi maleficio, quod & ad Cauponem, stabularium extendi potest, tenetur. §. *ult. h. vid. latiùs Magn. Dn. Struv. E. 20. th. 10.*

His non obstantibus quandoque veritatem significat. *§. sacra. in prœm. decret. c. cum, pro causâ. de Sentent. excom. & c. solitæ. de maj. & obed. Gl. in verb. tanquam. vid. supr. plura in vocab. quasi.*

7. Tantisper.

Tantisper nil aliud significat, quam per tantum spatium s. per tantum tempus, & plerumq; jungi solet particulæ: dum: ut idem sit, ac tamdiu, donec. Sic legimus ap. *Terent. Heaut.* Ego te meum esse dici *tantisper* i. e. tam diu volo, dum quod dignum te est facias. Confer. Gell. *lib. 6. N. A.* ubi adverb. hoc in ead. significatione adhibetur. Pari modo in Legibus quoq; nostris hoc vocabulo usi sunt JCti, v. g. Ulpianus *in l. 3. §. 1. ff. de Tutel.* ubi quæritur de furioso minore 25. annis, an illi ut furioso, an verò ut minori curator constitui debeat? & Resp. *Ei, quem ætas tutelæ vel curæ subjicit, non esse necesse quasi dementi quæri curatorem, cùm magis ætati, quàm dementiæ* TANTISPER (i. e. tam diu & per tantum temporis spatium, donec major fiat) *sit consulendum.* Ratio hujus opinionis hæc dari potest, quod potentior sit causa naturalis & benignior, ut minorennitas, quàm accidentalis & magis odiosa, ut furor. vid. Bart. *ad d. l. 3. ibiq;* Gothofr. *in Not. lit. K. & ad L. 5. ff. de fidejuss. lit. T.*

Tan-

8. Tantum.

Dictiones hujus Adverbii significationem explicantes variæ reperiuntur. Aliquando taxativa est, ad alterius constituti correctionem inducendam non sufficiens: ut tradit *Bart. ad l. 3. §. 10. cum Titio. ff. de adim. leg.* qui, si alicui ob maleficium pœnæ nomine centum imponatur, alio autem statuto, pro eodem delicto quinquaginta tantum; primum statutum valere affirmat: quia verbum tantum tanti valoris non est, ut legum vel Consuetudinis correctionem inducere possit. *jam laudatus Bart. in l. viros per textum C. de divers. offic. lib. 12.* Sic Rectori Jurisdictio de consuetudine sibi competens non adimitur, si, ut Episcopus inter Scholares tantum cognoscat, statutum sit, *prolixius de hoc adverbio agit Joan. Bertachinus in Repertor. suo ad h. l.*

Interdum exclusivè; *ut in l. 11. §. 2. ff. de pign. act.* interdum inclusivè ponitur. *l. 202. ff. de V. S.* quandoque restrictivè, & limitativè, ut ita loqui liceat, *l. 13. §. 1. C. de Jud.* quandoque negativè. *Innoc. in c. licet. de prob. Bald. in marg. ad verb. Tantum.* Aliquando temporis. *l. fin. C. de edict. l. 13. ff. si usufr. pet.* aliquando quantitatis qualitatem designat. *l. 18. de mort. causa donat.*

Tantum quandoque vocum *adeò l. fin. C. de Episcop. & Cleric. solùm* vicem sustinet. *§. 1. Inst. de stip. serv. §. 2. de usu & habit. l. 10. ff. de usufr. ear. rer. quæ us. consum. l. 23. ff. de usufr. & reditu &c. l. 26. §. 1. ff. eod. l. 20. ff. quib. mod. ususfr. vel us. amit.*

De cætero not. adverbio huic à Dd. eam quoque vim & efficaciam tribui, ut illud orationi insertum locum faciat regulæ: unius inclusionem esse alterius exclusionem.

nem. e.g. quando in *l.22.* §.*5.ff. de test. tutel.* dicitur, quod *tantùm* annulo testamenta signare debeamus, varia alia signa excluduntur, & h. l. unius, veluti annuli, inclusio alterius signi exclusio est. conf. Cujac. *14. obs. 11.* Joh. Robert. *lib. 1. recept. jur. Civ. lect. c. 21.* Duaren. *ad tit. ff. qui testa. fac. poss. rubric. de testam. in scriptis. p. 324. vers. quartò.* Tim. Faber. *disp. anniversf. ad Inst. 18. th. 7.* Sic etiam unius inclusio est alterius exclusio iis casibus, quibus omnia, quæ includi debent, curatè enumerantur, velut apparet ex §. *28. instit. de action.* ubi omnes actiones b. f. ita recensentur, ut reliquæ omnes *d.* §. *28.* non inclusæ pro exclusis & str. juris actionibus habeantur; veluti tradunt *Dd. communiter ad d.* §. *28.* Qu. 1. An ex iis *tantùm* causis valeat exheredatio liberorum, quæ expressæ sunt in *Nov. 115. c. 3.* an verò aliæ qq. causæ admittantur? Resp. Dist. inter causas graviores & pares, & inter causas leviores. Illas pro inclusis, has verò pro exclusis habemus, ita ut ex illis *tantùm* aut similibus causis, quæ in *d. Nov.* recensentur, valeat exheredatio, modò immediatè ad parentum injuriam tendant, non verò ex hisce & levioribus. Vid. Schneid. *ad pr. Inst. de Exher. lib. num. 14.* Matth. Wesenbec. *parat. ff. de liber. & posthum. her. inst. num. 5. ibiq.* Dn. Hahn. *in Not. pag. 263. & seq.* Matth. Berlich. *Decis. 36. n. 4.* Ungep. *Ex. Just. 8. q. 7.* Qu. 2. An filiusfam. *tantùm* de bonis castrensibus & qs. castr. testari possit? Affirm. *pr. Inst. quibus non est permiss. fac. test. l. 6. l. 16. ff. qui test. fac. poss. l. 25. §. 1. de mort. causa donat. add.* Mynsing *ad pr. Inst. h. t.* Bacchov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 10. th. 2. lit. C.* Ungep. *Ex. 8. qu. 6.*

9. Tardè.

Nihil diversitatis est inter tardè, lentè, pigrè, cunctanter. Cunctatio dedit spacium exuendi pacta. *Tacit. lib. 6. Ann. c. 43. §. 1.* Cunctatio barbaris servilis, statim exequi regium videtur. *Id. l. 6. Ann. c. 32.* §2. Non opus cunctatione, ubi perniciosior sit quies, quam temeritas. *Id. l. 1. Hist. Forstner. in not. Polit. part. 1. p. m. 731.* Videamus etiam, an in Jure noceat? Si ususfructus legatus est, sed heres scriptus ob hoc tardius adiit, ut tardius ad Legatum perveniretur: hoc quoq; præstabitur, ut Sabino placuit *per l. 35. ff. de usufr. & quemadm. &c.*

Huc refertur mora, quæ est solutionis debito tempore præstandæ vel recipiendæ injusta seu frustratoria dilatio. *Dn. Arum. tract. de mor. Beym. lib. sing. de mor. num. 1. Taco à Glins tract. de mor. aph. 1.* Hanc autem præcipuè committit debitor, qui statuto tempore, quod dare aut facere debet, non præstat, *arg. l. 32. h. t. l. 5. si cert. pet. l. 23. de V. O.* Secùs in Creditore, qui idoneè aliquando oblatum debitum differt. *l. 39. l. 72. de solut.* in Pupillo autem semper hoc procedit, sive sit debitor, sive creditor, nisi tutore autore oblatum recuset. *l. 24. de V. O. l. 22. ex quib. caus. maj. l. 3. §. ult. l. 4. 5. quib. ex caus. in poss. eat. l. 5. §. 2. quod vi aut clam.*

Committitur autem regulariter non ex re, sed ex Personâ, *per l. 1. §. 1. de usur. & fruct.* Ex Personâ fieri dicitur, quando quis opportuno loco & tempore à Creditore interpellatus non solvit. Aliquando tamen ex re fit mora: in quâ (1.) dies secundum modum conventionis initæ adjectus, licet interpellatio non intervenerit, pro homine interpellat. (2.) specialibus illis casibus, in quibus

lex

lex ejusmodi determinatam conditionem & interpellationem non expostulat, mora ex re fieri creditur, scil. (1.) quando pupillo vel minori debetur. *l.3.C.in quib. caus. restit. in integr. nec* (2.) si non exstet, qui conveniatur. *l.23.* §. *1.h.t.* (3.) In fideicomm. libertatibus. *l.6.* §. *1. de fideicom. libert.* (4.) in emptore, non solvente pretium, pro re venditâ traditâ, cujus fructus percipit. *l.13.* §. *20. ff. de empt. & vend. l.5. C. eod.* (5.) si quid fisco debeatur. *l.17.* §. *5. l.43. h.* (6.) in prædonibus & furibus. *l.8.* §. *fin. de condict. furtiv.* latius de his ut & de moræ effectu, excusatione & purgatione, *Vid. Magn. Dn. Struv. E. 27.th.69.70.71. Dn. Arum, de mor. c. 4.*

10. Tectè.

Huic adverbio contrariatur apertè, circa quod, quoniam contrariorum eadem est ratio, & hoc supra sufficientissimè explicatum reperiatur, justò diutiùs immorari inutile foret.

11. Temerè, Temeriter, Temerariè.

Hæ tres particulæ non quidem dolum vel malitiam, sed fatuitatem, quæ consilii defectus & species imprudentiæ dicitur, sapiunt. *vid. Ang. in l. cum. 79. ff. de Jud.* Et adscribitur culpæ, non dolo, arg. *l.13.* §. *1. ff. de act. empt. & vend.* ex quâ lege colligitur, quod is, qui furem aut fugitivum sciens vendidit, præstare debeat, quanti emptoris interfuit non decipi. Si verò conditionem venditi furis vel servi ignoraverit, circa fugitivum quidem tenetur, quanti minoris empturus esset, si cum fugitivum esse, scisset, circa furem non tenetur. Ratio diversitatis est in ipsa *Julianus.* §. item qui furem. eod. Temerè agere dicitur, qui sine ratione, inconsideratè, inconsultò

fultò agit. Item fi contra bonos mores Vid. *c. ficut. 27. X. de jurejur.* ubi juratio vocatur incauta, i.e. temeraria, quæ facta in fraudem & damnum Epifcopalis juris.

Deinde temerè vel temerariè agit quis teftamentum facturus, contra fidem, contraque folennia, quæ ad effentiam ejus pertinent. Quapropter ejusmodi teftamenta temerè facta, vel ultimæ voluntates, quarum aliàs maximus eft favor, ftatim ipfo Jure rumpuntur, aut irrita fiunt, ut patet ex *tot. tit. Inft. quib. mod. teft. infirm. & tit. ff. de inoffic. teft.*

Temeritas quoque audit audacia in malum. *Cardin. in Clem. 1. §. porrò. de fum. Trinit.* meritò igitur improbatur *in d. §. porrò 17. qu. 4. fi quis & Cleric. 1. de fepulcr.* Alio loco, fortuitò, negligenter, *Fabius in Flacco*; cur non fub alvo &c. jacentes fic temerè? Et in eadem fignificatione fcil. pro fortuitis cafibus, eleganter reperitur *apud Spieg.*

Longè aliter & ftrictius fumitur in perfonis temerè litigantibus, quarum temeritas, five provocent, five provocentur, modo pecuniæ pœnâ, modo jurisjurandi religione, modo infamiæ metu coercetur. *pr. Inft. de pœn. tem. litigant.* Intereft enim Reipubl. ne lites fiant immortales, *per l. 2. de ufucap. l. 2. ff. de reb. cred. l. 2. de aqv. pluv. arc. l. 4. § 1. de alien. Jud. mut.* (1) autem temerè litigare dicitur, qui falfa crimina intendit. (2.) qui crimina abfcondit. (3.) qui in univerfum ab accufatione defiftit. Et ficuti hifce tribꝰ modis, qui in lege funt calumniari, prevaricari, tergiverfari accufatorū temeritas detegitur, ita & illa tribus pœnis fubjicitur, *per tot. leg. 1. ff. ad SCt. Turp. & tot. tit. Inft. de pœn. tem. litig.* quo referuntur liberi & clientes, à quibus Parentes & Patroni, quorum perfona ipfis fancta

effe

esse debet, sine veniâ Prætoris in jus vocantur. *l. penult. ff. de obseq. l. 4. de in jus vocand.*

Qv. 1. An *temeritas* eandem mereatur pœnam, quàm dolus, vel an ille, qui dolosè & lucrifaciendi causâ alterum lædit, cum illo, qui *temerè* & ex mera petulantia aliquid committit, ejusd. sit conditionis? Neg. Graviorem etenim pœnam illum mereri putamus, qui dolosè & lucrifaciendi causa proximo damnum infert, quàm qui ex petulantia solùm & *temerè* delinquit. Exemplum est in arboribus cæsis. Quando enim de pœna arborum cæsarum cædenti imponenda agimus, communiter hodie distingui solet, an dolosè & lucrifaciendi causa arbores furtim fuerint cæsæ, an verò *temerariè* & ex petulantia. Priori casu pœna furti locum habet, quæ tamen plerunque solet mitigari. Posteriori verò casu pœna pecuniaria cædens plectitur, ut scilic. ultra æstimationem damni dati, pro una quaque arbore cæsa solvere debeat 30. solidos 30. Schillingspfennige/thut 2. alte Schock/ oder 40. Meißnische Groschen. *Vid. Constit. Elect. Sax. 37. p. 4.* Dn. Carpzov. *Prax. crim. part. 2. qu. 83. n. 7. & seqq. Conf. sup. adverb. furtim. Diss. 5. pag. 294.*

Qv. 2. An ille dicatur temerè litigare, qui communem Dd. opinionem aut responsum approbati Collegii juridici pro se habet? Neg. Vid. Ernest. Cothman. *vol. 1. cons. 24. n. 14.* Matth. Berlich. *decis. 133. n. 4.* Dn. Philipp. *Usu Pract. Inst. lib. 1. eclog. 23.* Dn. Frantzk. *ad ff. tit. de O. Jur. n. ult.* Dn. Struv. *Ex. 2. th. 17. in f.* Hinc est, quod victus non possit condemnari in expensas. Dn. Frantz. & Dn. Struv. dd. ll.

12. Ter.

Divus Imperator Adrianus eam ob causam in lucem produxit SCtum Tertullianum: ut mater ingenua ter enixa, aut libertinæ vel latinæ conditionis, quatuor ad bona filiorum filiarumque admitteretur intestato mortuorum, licet in potestate Parentis sit. §. 2. *Inst. de SCto Tertull.* Non autem solùm ter enixa dicitur, quæ trinâ vice; sed & ea mulier, quæ eodem momento, seu uno partu tergeminos edidit, *per l. 137. ff. de V. S.* Quapropter hæc etiam à jam præfati SCti Tertul. beneficio tamdiu non erat excludenda, quamdiu hujusmodi Privilegia duravêre.

Vocabulum hoc porrò locum suum habere videtur in peremptoriâ citatione, quæ vel (1.) tribus distinctis simplicibus fit citationibus. *l. 8. 9. quomod. & quand.* Vel (2.) in quâ simul tres distincti termini per certa temporis intervalla sunt assignati. (3.) in quâ unicus terminus tantùm temporis, quantum aliàs tres simplices continens præfixus additâ voce: *peremptoriè* aut certâ comminatione. *Magn. Dn. Struv. E. 5. th. 12. in fin. Dn. Carpzov. Proc. 1. c. 2. def. 22.*

Nec minor hujus numeri ternarii usus est in distractione pignorum sec. Jura Sax. Etenim post factam denunciationem tres quaterdenæ, vulgò eine Sächs. Frist/ als 6. Wochen 3. Tage debitori præfiguntur, intra quas nisi satisfecerit debitor, pignora *ter* per tres terminos judiciales (qui per dies 14. à se invicem distare debent) in loco publico venalia solent exponi, werden dreymahl öffentlich ausgeruffen und feil gebothen. Vid. Schultz. *Synops. Inst. tit. quibus alien. lic. vel non lit. E.* Confer. *Constit. Elect. 32. p. 1. ibiq. Dn. Carpzov.* Denique in jure qq.

Feuda-

Feudali hujus adverbii numerum ternarium indicantis usus est. Si enim Vasallus, cui feudum novum fuit concessum, ad investituram petendam vocatus, & *ter* admonitus non compareat, feudo privatur. *2. Feud. 24. §. est & alia.* Schnobel. *Disp. Feudal. 5. th. 14.*

13. Testatim, Testatò.

Hujus adverbii significationem, & usum, qualem in Jure sibi vindicet, paucis considerare animus est. In geminâ autem præprimis occurrit significatione. Primò descendit à voce testari, quod est testimonium dicere, veritatem profiteri, sicuti res acta fuerit enarrare, Germ. bezeugen/etwas darthun. Die Warheit aussagen. Et testatô (Ablativus propriè est à testatus, a, um, adverbialiter usurpatus) agere, est negotium cum testibus perficere. Ita si quid adversus quem habemus, testatô illum convenire solemus, unde formula: Und ob ich ihn schon zu unterschiedenen mahlen durch N. N. anmahnen lassen / de quibus in processib. agitur.

Deinde testatô agere est adhibito notario & testibus agere; quod & usum & locum habet in variis Juris articulis. In Nunc. O. N. hodie testibus & notario opus est. vide Petr. Frider. *l. 2. de mand. c. 30. n. 12. 13. 17.* Wissenb. *ad tit. de N. O. N. th. 8.* Dn. Hahn. ad Wesenb. *eod. tit. num. 2.* Olim etiam diffidatio fieri solebat adhibitis testibus. Aur. B. *tit. 17.* Et quam optimè nobis prospicere videmur, si quando negotia nostra per testes confirmamus, ne frustra agantur, & saltem negotii quid nobis facessant.

Testato autem agimus vel judicialiter vel extrajudicialiter. Priori casu, quando persona judici à nobis oblata

lata vocatur & examinatur ad veritatem de facto edicendam. Ubi (1.) videndum quot ad testimonium verum requirantur testes? Nam unius testimonium, etiamsi præclaræ curiæ honore fulgeat, non admittit *lex 9. §. 1. C. de testib.* Quod duo autem sufficiant probari potest, tam ex ll. civilibus præprimis *l. 12. ff. de test.* pluralis, inquit lex elocutio duorum numero contenta est, quam ex sacrâ scripturâ, ubi dicitur: In zwey oder dreyer Zeugen Munde bestehet die Warheit. *Deut. 19. 15.* Quibusdam tamen casibus unius probationem perfectam esse demonstrat Dn. Carpzov. *d. t. 13. art. 3. n. 3. & seqq.*

(2.) An habiles sint nec ne: Inhabiles autem sunt ratione personæ; vel ratione causæ. Personæ iterum vel naturâ vel lege. Naturâ ut impuberes, secus in pubertati proximis, & minoribus, licet in criminalibus indicium tantûm pariant. *l. 20. ff. de test.* Item qui morbo intellectum excludente laborat, ut furiosus, insipidus, nec non in articulo mortis constitutus, cæcus, surdus, quia quod testimonio est confirmandum, sensu non percipiunt: mutus etiam, hic enim, licet sensu quod perceperit, eloqui tamen percepta nequit, nisi alio aliquo modo mentis signa exprimere possit. Vid. Farinac. *d. q. 61. num. 36.* Hering. *de fidejuss. c. 9. num. 14.*

Prohibentur autem Lege, Prodigi, §. *6. Instit. de testament. ordin.* Servi, de his tamen pro Domino vel in Dominum haberi potest quæstio adulterii, fraudati censûs, criminis læsæ Majestatis. *arg. l. 1. C. de quæst.* infamiâ notati. Matth. *de judic. D. 9. thes. 12. 13. 14. l. 21. h. t.* nimis pauperes, qui lucri causâ quid facilè admittunt. *l. 3. pr. ff. de test.*

Ratio-

Ratione autem causæ inhabilitas oritur vel ex magna & intimè contractâ amicitiâ, quo refertur illa Collegarum. Sich. *ad l.6.C.h.t.* sociorum, si res ipsum quoque concernat. *arg.l.1.C. de comm. rer. alien.* Donell. *in l. quoniam.C.h.t.num.13.* Domesticorum *l.24. de test.l.3. C. eod.* Nic. ab Alto. *sing.jur.60.num.1.* Subditorum, Carpzov. *1. c.16. d.64.* Multò minus testimonium in propriâ causâ, neque filii vel liberti in Patris Patronique admittitur. *l.10. ff.de test.l.10.C.eod.* Salycet. Sichard. *in l.12.C.h.t.* Matth. *d. l.th.3.* Aliquando tamen veritas si aliter haberi nequit, enumeratas jam personas, ita loquendo, legitimare & habiles reddere solet. *l.7.ff.de test.* Farinac. *d.tr.q.62. lim. 1. 2.3. 4.5.8.* Dn. Carpz. *1.c.16.d.73.*

Deinde testato (quod ab eodem verbo, testari, aliam autem significationem induente, proficiscitur) decedere, significat condito testamento vitâ emigrare, seu de bonis suis ordinationem exprimere.

Testato autem quis decedere dicitur in Jure. I. SOLENNITER. Nimirum si observatis omnibus à Jure præscriptis solennibus quis testatur, quæ consistunt (1.) in adhibitione septem testium. Cum & hic habilitas eorum est attendenda, quæstio institui potest, quæ primò intuitu non absque omni controversiâ esse videtur, an Libertus in Patroni, filius emancipatus in Patris; filius in matris, minister in Domini testamento habiles sint testes? Quod neg. *arg.l.9.ff.de test.l.20.ff.qui testam.fac.poss.* It. Ordinat. Imp. §. Die Notarien. verb. auch die so in Gewalt des Testirers. Maritum quoque in testamento, quo uxor heres instituta, inhabilem esse pronunciavit Anno 1652. Mens. April. Colleg. Jurid. Jenens. ad Consult. G. L. S. Erben zu N. Magn. Dn. Struv. *E.32. th.13. circ.fin.* Idem Juris esse in

Legatario, qui nuncupativo testamento est institutus, quicquid Zœs. *h.l.n.37.* & Nicol.Reusner. *p.3. c.22. in fin.* statuant, testatur Magn.Dn.Richter. *dec.31.num.21.* (2.) in subscriptione & subsignatione, de quibus agit *tt. ff. C.* & *Inst.de testament.* Ubi si solennitatis quid omissum, *testatò* quis non moritur. Quo trahitur quæstio illa gravissima & à multis agitata: Utrum omissâ quâdam solennitate, V.G. testibus non legitimè vocatis, in conscientiæ saltem foro heres ab intestato veniens obligetur scripto heredi restituere hereditatem & legata præstare, perindè ac si verè testatò mortuus esset. Obligari negant Dn.Soto.*lib.4.de just.& jur.quæst.5.Clar.3.sent.q.90.* Covarr.*in c.cum esses.X.de test.*Dn.Struv.*Ex.32.th.16.*Magn.Dn.Richter.*dec.62.n.19.* aliique allegati à Dn.Struvio. Ajunt Ludov. Molin. *de just.* & *jur.tr.2.disp.81.* Mant.*lib.2.de conject.ult.tit.14.*Christin. *vol.4.dec.34.*Fachin.*4.5.*Zœs.*de testam.n.43.* Inter negativam sententiam defendentes familiam ducit Vinn. *ad tit. X.Inst.lib.2.*ubi ponderosas sanè subministrat rationes.

II. Minus Solenniter, ubi quis ex singulari privilegio contra jus commune civile, vel omnibus vel quibusdam solennitatibus omissis, testandi potestatem habet. Schnob.*Disp.16.th.3.* Hac ratione testato decedit (1.) Miles, qui de rebus suis citra omnem solennitatem disponere potest, modò voluntas ejus certè exstet. Jam alleg.Schnob. *Disp.16.th.29.* probari autem illa solet, duobus neutiquam rogatis testibus, aut scripturâ aliquâ *l.24.l.40.l.48.h.t.* Distinguit tamen Constitutio Maximiliani I. *de Notar. Ann. 1512.rubr.* Von Testamenten. *§.* Und sollen. inter milites qui in conflictu vel acie, die in Ubung des Streits seyn. & qui in castris versantur, Die zu Felde liegen. Illorum testamentum, si modò de nudâ constet voluntate, nullum,

ho-

horum autem duos requirit teſtes. Dn. Carpz. *p.3. c. 4. d. 26.* Magn. Dn. Richter. *dec.87*. Finckelth. *O.46.* quo facit *d. conſt.* § Und ſollen. verb. Die Ritter ſo nicht in Ubung des Streits/noch zu Felde liegen/ꝛc. toti huic rei lucem pariter atque ſplendorem addit. *l. 15. C. de teſtam. milit.* in quâ Imperator Conſtantinus ita alloquitur Populum: Milites in expeditione degentes, ſi uxores aut filios, aut amicos, aut commilitones ſuos, poſtremo cujuslibet generis homines amplecti voluerint ſupremæ voluntatis affectu: quomodo poſſint ac velint, teſtentur: nec uxorum, aut filiorum eorum, cum voluntatem patris reportaverint, meritum aut libertas dignitasve quæratur. Proinde ſicut juris rationibus licuit, ac ſemper licebit, ſi quid in vaginâ aut clypeo, literis ſanguine ſuo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inſcripſerint gladio ſuo ipſo tēpore, quo in prælio vitæ ſortom derelinqvunt, hujusmodi voluntatem ſtabilem eſſe oportet. *(2.)* Ruſticus, ad cujus teſtamentum quinq; ſufficiunt teſtes. *l. fin. C. de teſtam. Ord. Imp.* §. Und ſollen. Favor eorum adeo crevit, ut hodie in Terris Saxonicis firma ſint teſtamenta coram Parocho & duobus teſtibus, etiam non rogatis, ruri erecta. Vid. Magn. Dn. Richt. *dec.26.* Qui in n.6. deficiente etiam Parocho, modo quatuor adhibeantur ruſtici, teſtamentum valere decidit: Parochus enim non tam teſtandi, quam teſtium fraudes & calumnias vitandi causâ rogatur. Perez. *in C. de teſtam. n.20.* (*3.*) Pater & filius in teſtamento ſe invicem inſtituentes, de quibus prolixè videatur Magn. Dn. Struv. *Ex.32. th. 18.* Mœv. *ad Jus Lubec. p.2. t.1. art.2. n.21.* Dn. Carpz. *3. c. 4. d. 17. 18.*

13. Theoreticè.

Græcum hoc eſt: & pro acutè, ſpeculativè, meditativè, contemplativè ponitur. Hinc theoretica diſciplina omni

mni operatione & actu est vacua, ipsoque rei intellectu contenta, quales sunt omnes Aristotelicæ scientiæ, pro fine suo non nisi nudam contemplationem habentes, praxi quàvis abstractâ. Contrà disciplinæ practicæ, veluti Ethica, & nostra Jurisprudentia, praxin pro scopo suo agnoscunt, i.e. in solo rei, cujus studium habent, intellectu & medilatione non subsistunt, sed agunt, operantur, seu actum quendam exercent, de quibus Philosophorũ Schola latiùs consuli potest.

Apud nos theoreticè seu secundum theoriam sentire vel judicare nihil aliud est, quàm stricti juris civ. articulis inhærere. Benè hic applicari potest species facti, quam subtilis Papinianus *in l.17. de inj. rupt. & irrit.* proponit. Nimirum testamentum, in quo filius præteritus est, secundum subtilitatem vel theoriam, i. e. secundum jus civile strictum pro nullo habetur, sustinetur tamen in praxi, ex æquo & bono, si filius in id consentiat, refragante licet subtilitate Juris, uti respondet jam memoratus JCtus. Par Judicium esto de casu legis. *7. §. 5. de acquir. rer. Dom.* add. Magn. Dn. Struv. *Ex. 41. th. 32.* Ita haut raró excludit theoriam JCivilis stricti jus honorarium, quod Prætor æquitate motus introduxit. Pertinet hûc quicquid de obligatione merè civili Interpretes latè tradunt, cui occurritur per exceptiones, quas Prætor suppeditat.

Hodie Theoria nihil aliud est, quàm juris civilis, Prætorium quoq; includentis per omnia, in omnibus negotiis observatio, cui in multis obloquitur praxis, quod ex sequentibus patet exemplis.

Secundum Theoriam prudentum responsis legis autoritas ita inerat, ut Judici ab iis in sententiis ferendis recedendi potestas denegata fuerit. §. *8. Inst. de Jur. nat. gent.*

&

& civ. Secus est in praxi. vid. Zipæ *notit. Belg. tit. de leg. p. 37.* Schultz *in Synops. Inst. d. §.* Theoreticè is qui tutelam alicujus gessit, invitus curator ejusdem fieri non compellitur. *§. 18. Inst. de excus. tut.* Practicè autem non sunt officia distincta. Gail. *2. O. 169. n. 1.* Grot. Isag. *ad Jurispr. Holland. lib. 1. c. 7.* Gudelin. *l. de jur. noviss. c. 18. in fin.* Schultz. *in Syn. d. §. 18.* Dn. Richt. *p. 1. dec. 13. n. 26.* dissentit Carpz. *part. 2. const. 11. def. 10.* In Jure communi testamentum scriptum signandum est annulo, non alio aliquo impresso. *§. 5. Inst. de testam. ord. l. 22. §. 5. ff. eod.* Cuj. *14. obs. 11.* Ungep. *Ex. 8. quæst. 3.*

Mores autem seu praxis hodierna ordinationem illam theoreticam contemnit, siquidem præter annulum aliud usurpatur signum. Vid. Bart. Accurs. Vig. Myns. *in d. §. 5. Inst. de test. ord.* Bronch. *2. misc. 16.* Rec. Imp. *de anno 1512.* **Von Notarien/** *rubr.* **von Testamenten/** *versic.* **Die Form eines Testaments:** *ibi* **mit ihren gewöhnlichen Signeten zu besiegeln.** Ita tutelæ, mandati, depositi, pro socio damnati infamiæ aspergebantur labe. *§. 2. Inst. de pœn. tem. litig.* Hodie non item. Zipæ *notit. jur. Belg. tit. ex quib. c. inf. irrog.* Possemus hîc, pro ratione instituti, infinitas Theoriæ & Praxis ex Autoribus colligere differentias, nisi temporis obstaret angustia. Præstitit id nihilominus D. Wissenb. *in peculiar. Disp. de differentiis Theoriæ & Praxis*, ad cujus fontem B. L. nos ablegamus.

Cœterum monendum, quod interdum satius sit theoreticè judicare, quam praxin in quibusdam locis iniquè & contra rationem introductam sequi. Exemplo sit consuetudo illa, quâ inductum est, ut res furto ablata fisco cedat. Damhoder. *Prax. crim. c. 112. n. 67.* quæ cum rotundè subvertere videatur naturalem æquitatem: alterum non lædere. *§. 3. Inst. de Just. & jur. l. 10. §. ff. eod.* meritò cane pejus & angve abhorrenda. Unde est quod Dn. Wissenb. eandem *in d. Ex.* belluinam nomi-

net. add. Schneid. *in §. fin. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc.* Sother. *1. de jurejur. n. 10.* Dissent. Cujac. *tr. ad African. 8 in leg 21. ff. Commod. in l. si gratuitum 17. §. Papinianus 2. ff. de præscript. verb.* Quem parum juvat *l. 13. in fin ff. de pollic.*

14. Transactè.

I.e. perfectè, cujus verb. transigo, scaturigo est. Elegantioribus acceptionibus apud autores non destituitur, quas attrahere, extra oleas esset vagari. Nos accommodamus ad negotia, ad finem perducta, sopita, & expedita, quemadmodum ex transactionis descriptione docemur, quæ hæc est: Transactio est negotii alicujus sive rei super quâ controversia s. lis est, mediante conventione, pacto stipulationeq; vel promisso vel dato aliquo, compositio: cujus considerandum (1.) Subjectum, quod constituunt personæ transigentes, inter quas sunt Procurator speciale mandatum habens. *l. 13. §. 1. de pact. l. 55. de procur.* vel cui libera bonorum administratio fuit commissa. *l. 58. & seq. de procur. c. 4. eod. in 6. l. 60. §. fin. mand. l. 17. ff. de jurejur.* vel in rem suam constitutus. *l. 19. C. de procur.* It. Syndici, Administratores rerum Civitatis, Rectores Collegiorum, Magistri Societatum, Tutores, si de pupillorum justitiâ dubitetur, circa res quoque de quibus lis est orta, decretum adhibeatur. *l. 22. C. de adm. tut.* Pater etiam de bonis filiifam. adventitiis nullo adhibito Magistratûs decreto, modò filius præsens ad consentiendum capax consentiat, *arg. l. fin. §. 3. & 4. C. de bon. q. lib.* ita tamen ne transactio Principalibus suis detrimentum pariat. *l. 60. l. 65 ff. de procurat.* Denique Vasallus etiam absque Domini consensu. *§ si Vasallus de suo.* Ubi Bald. *si de feud. controvers. inter Dom. & agnat. §. de controvers. inter Vasall. & alium de benefic. in usu feud.* Jason. *in l. fin. C. de jure Emphyt.* Magn. Dn. Struv. *Syntag. feud. C. XII. aph. 8.* Dn. Strauch. *in Differt. ad univers. Jus Justin. Diss. 21. de foro compet. th. 19. in fin.*

II. Transactionis Objectum sunt res controversæ, *l. 1. h. t. l. 2. fin. C. eod.* Non autem de omnibus controversiis simpliciter & semper hoc est asserendum. Sic transactio de testamento vel Codicillis nondum inspectis vel cognitis infirma dicitur. *l. 6. h. t. l. 1. §. 1. quemad. test. aper.* nisi tenor fuerit probatus per testes, vel

vel notarium. Paul. de Castro *16. in fin.* Item nisi cum juramento, Alex. *in l. qui Romæ* §. *duo fratres. in antepen. chart. de verb. oblig.*

Similiter de alimentis plenissimum exitum exposcentibus, & ultimâ voluntate, aliter ex contractu, relictis non licet transigere; nisi Prætore Autore. *l. 8. pr. & seqq. h. t.* Dn. Frantzk. *h. t. n. 19.* Vinn. *d. tr. c. 6. & 16.* Secus de alimentis præteritis non amplius alimentorum instar se habentibus. Quid autem dicendum, si juramento confirmetur? Nec valere dicto casu etiam cum juramento, loquitur Bart. *ad l. cum hi. in pr. ff. de transact.* de quâ materiâ plura exstant apud Jason. *in l. d. aliment. C. de transact.* Sciendum prætereà, quod gratis absque Prætoris autoritate de alimentis pacisci liceat, *arg. d. l. 8.* Vinn. *d. c. 6. ult.* Vid. Dn. Præses *ad l. 8. C. de transact.*

Ita latè transactio se extendit, ut in delictis & criminibus etiam vim suam exerceat (1.) in admissis scil. quæ infecta fieri non possunt, non futuris. *l. 27. §. 4. de pact.* Cum autem transactio hîc generalitate non gaudeat; distinguendum erit, inter privata & publica. De privato si actio civiliter instituatur, transigere non prohibemur per *l. 17. §. 1. de pact. l. 56. §. 4. de furt. l. 13. C. eod.* eâ tamen, si sit ex maleficio, damnatum infamia sequitur. *l. 4. § ult. l. 5. l. 6. d. his qui not. inf.* Bachov. *D. 8. th. 5. h. t.* Vinn. *d. c. 4. n. ult.* Excipitur casus, quando quis gratis aut pretio quidem, sed Prætore autore paciscitur. Vinn. *d. l.*

In Delictis autem publicis duæ inprimis Regulæ sunt observandæ I. quod de omni delicto, ubi pœna sanguinis (& ante & post institutam accusationem etiam de crimine læsæ Majestatis. Scotan. *16. n. 9.*) imponenda venit, pacisci pariter atq; transigere permissum sit. Ratio Regulæ est, quia quocunque modo sanguinem suum redimere natura suadet. *l. 1. de bon. eor. qui ant. sentent.* fallit in crimine adulterii. *l. 18. 10. C. ad l. Jul. de Adult.* pro ratione stat hujus delicti frequentia. De transactione super adulterio Clerici acceptâ pecuniâ, an sit licita, vid. Paul. de Castro *Consil. 122. incipiente notandum quod adulterium, quod non &c.* Quod hæc hodiè de adulterio valeat, Vid. Dn. Carpz. in prax. crim. *p. 2. q. 71. num. 31. 34.*

II. Regula est, quod ubi de sanguinis seu mortis pœnâ cu-

ra non intervenit,(in delictis quoq; privatis, si criminaliter agitur) non liceat transigere. Ratio: ne crimina maneant impunita. *l. ita vulneratus. ad L. Aquil.* Excipitur crimen falsi. Ratio hujus exceptionis esse videtur, quia condemnatus de falso quasi mortuus dicitur, quapropter indistinctè, quæcunque pœna veniat imponenda, transigi posse affirmat Bart. *in l. transigere. eod.* Vid. Dn. Præses *ad d. l. 18. C. de transact.*

Cæterum, quid hodiè observetur, Vid. Carpzov. *p. 3. q. 148. n. 17.* Covarr. *2. var. res. c. 10. n. 7.*

Transactio denique multis rescinditur modis, interdum mutuo consensu, *l. 14. C. h. t.* vel ob errorem calculi, nisi super ipso errore calculi transactum aut judicatum fuerit. *l. un. C. de error. calc.* ibique Dn. Præses. aliquando rescindunt eam falsa Instrumenta *l. pen. C h. & t. t.* evidens calumnia, dolus, *l. 4. l. 19. C. h. t.* justus metus, ut sunt mortis & corporis cruciatus. Bart. & Bald. *in l. interpositas. C. d. transact.* Joh. Ceph. *Cons. 295 num. 6 vol. 2.* Æmilius Maria Manolessus. Nec non ob minas superioris alicujus facta. Bart. *ibid.* & Abb. *in c. cum dilectus col. 3. de his qua met. causa fiunt.* Infamiæ metu transactio inita, non nisi Judicis officio est rescindenda. Bart. *in l. interpos. Col. 1. C. de transact. in l. si fœnerator. § fin ff. quod met. causa.* Cœterum gravis & enormis læsionis distinctionem & naturam, quam Joan. Bertachin. *in repertor. ad h. Voc.* copiosè describit, pluribus accumulare soli lucem addere viderer, breviter saltem quæstionem delibare juvabit: an læsio ultra dimidium ex post facto comperta rem tranfactione sopitam rescindat? Affirm. Dn. Richter *p. 2. dec. 99. seqq.* Scotan. *ad tit. de transact. D. 17. th. 25.* quorum rationes probantur in Constit. Elector. Saxon. *Const. 34. p. 2.* Dissent. Vinn. *tr. de transact. cap. ult. num. 11.* Gail. *2. obs. 20.* Myns. *1. obs. 33.* Wissenb. *de transact. th. 27.*

Lit. V.

Lit. V.

I. Vacanter.

EST Adverbium, natales habens à verbo vacare, quod ſignificat leer ſeyn / müſſig ſeyn. Varias habet ſignificationes hoc vocabulum, & ſumitur vel *Propriè* de re vel loco; ut: Ædes vacant, Muſeum vacat. *Metaphoricè* quoque ad alias res applicatur, ut: officium vacat. &c. Per *Antiphraſin* etiam ſumitur, ut vacare müſſig ſeyn/idem ſit, ac minime vacare, ut: vacare, i. e. operam dare ſtudiis.

In jure qnid ſignificet, ex ſeq. apparebit. In genere v. omne id vacare dicitur, quod nec jure nec facto detinetur vel poſſidetur, uti patet ex *l. ult. & t. t. C. de Bon. vacant.* In ſpecie vel ſexcentas quoq; ſignificationes habet; ſic dicitur vacare domus, quæ à nemine inhabitatur. *l. pen. 27. §. 1. ff. de uſ. & habit.* Fiunt vero ædes vacuæ variè, & vel (1.) quando Conductor illas finito uſu reſtituit. *l. 48. §. 1. ff. Locati. §. pen. Inſt. hic.* Salvæ tamen atque illibatæ reſtitui debent, atque cum omnibus acceſſionibus & inſtrumentis; alias ad reſarciendum damnum & præſtandum dolum & culpam conductor tenetur. *l. 28. C. de Locat. l. 23. ff. de R. J. l. 11. §. 2. ff. locat. l. 60. §. 7. eod. vid. Magnif. Dn. D. Struv. Ex. XXIV. th. 14. B. Dn. Franzk. n. 218. 219. ad h. t.* (2.) quando Conductor ædes ante finitam locationem ex

justa causa deserere cogitur, vel ob incursionem hostium. *l. 13. §. 7. l. 34. h. t.* vel alium justum timorem, ut *pestis*, ruinæ, spectrorum. *l. 27. §. 1. ff. h. arg. l. 184. ff. de R. J.* aut si vicino ædificante obscurentur lumina. *l. 25. §. 2. h.t. &c. vid. Dn. Struv. d. l. th. 15. & Dn. Habn. ad Wes. n. 15. d. t.* (3) quando Locator ædibus ad proprios usus indiget, tunc justè expellitur conductor, & ædes fiunt vacuæ. *l. 3. C. de Loc.* necessitas vero illa ex postfacto supervenire, nec tempore contractus prævideri, *arg. l. 11. §. 8. de Interr. in jur. fac.* sed legitimè probari debet. *d. l. 3. C. h.t. Dn. Habn. d. l.* (4) Si domus necessaria eget refectione, *d. l. 3. C. h. t.* talis vero refectio esse debet, ut nemo inhabitare possit, *uti ex Molina refert Magnif. Dn. Brunn. ad d. l.* Si enim talis non fuerit, locator conductori condemnandus, quanti ea interest. *Zœs. ad tit. ff. de Locat. num. 34. Dn. Struv. d. l.* (5) Si malè versetur, aut abutatur domo, tunc quoque ex expulsione vacuæ fieri possunt ædes *d. l. 3. C.* sive abutatur illa naturaliter, ut deteriorando; s. moraliter ad inhonestos usus. *Dn. Brunn. d. l. Dn. Habn. d. l.* (6) Demum justa expulsione vacuæ fieri possunt ædes, si conductor pensionem non solvat. *d. l. 3.* & quidem intra biennium, licet in contractu nulla illius facta fuerit mentio. *l. 34. §. 1. ff. Loc. vid. Dd. ad tit ff. & C. de Loc. Cond.*

De Possessione quoque illud legimus vocabulum, ubi Possessio vacua illa est, quæ à nemine detinetur, s. animo s. corpore. *l. 37. §. 1. ff. de usucap.* Et quidem animo possidere possumus, quando per alium nobis acquiritur possessio, ut per Filium familias, per servum, quamvis rem corporali apprehensione non acquiramus. *l. 4. de acquir. poss.* Et ideo, licet quis ad Nundinas profectus, neminem

reli-

reliquerit, & dum ille à nundinis redit, aliquis occupaverit possessionem, illam tamen non amisisse, sed animo adhuc possidere intelligitur, uti *patet ex l. 6. §. 1. de acquir. possess.* quoniam necesse non est, semper rei nostræ insistere. *l. 3. §. 11. ff. d. t. vid. Perez. n. 21. Zas. num. 19.* Vacua verò possessio illa est, quæ libera, & à nemine occupatur. *l. 3. §. 1. ff. de act. Emt. vend. l. 32. §. 20. ff. de Recept. qui arb. recep. l. 18. §. 2. l. 33. l. 34. ff. de adquir. poss.* quæ talis non intelligitur, si ventris, vel legatorum, vel fideicommissorum servandorum causa res possidetur. *l. 2. §. ult. de act. emt.* aut si creditores rem possideant; quamvis hi non veri possessores sint, & tantummodo custodiendi vel asservandi causa rem detineant. *d. l. 2. §. ult. vid. Calvin. hic.* Triplici autem contingit modo, ut possessio vacua fiat, ut *patet ex Inst. de Usucap. §. ut autem.* nimirum, propter Absentiam, Negligentiam, aut quando quis sine successore decedit. *vid. d. §.* Qu. aut. non ineptè h. l. si duo vasalli de una eademque re fuerint investiti, quisnam sit præferendus? Et Resp. dist. an possessio feudi, de quo investiti sunt, sit vacua, an non. Priori casu prior investitus præfertur, posteriori vero, qn. possessio non est vacua, sed ab aliquo jam tùm occupata, tunc possessor licet posterior præfertur. Zas. *de feud. p. 6. n. 12. & 13.* Sonsbec. *p. 9. n. 33.* Rosental. *cap. 6. concl. 9. 10. & seq.* & latè Hartm. Pistor. *p. 2. qu. 29. num. 11.* & h. m. aliquoties responderunt JCti Jenens. mens. sc. Mart. anno 1650. & 1664. velut testatur Dn. Richter *part. 3. consil. 15. n. 17. & cons. 16. n. 11. & seqq.*

Idem etiam legitur de hereditate. *l. 30. ff. de vulg. & pupill. substit.* ubi hereditas vacans dicitur illa, quæ ab he-

regibus scriptis adita non est. Dicitur etiam portio vacans. *l. ult. ff. d. b. p. secund. tab.* quæ testamento nulli data est. Item pars vacans. *l. 19. & 59. §. 1. ff. de her. instit.* quæ tamen pars vacans semper heredi instituto accrescit, etiam tacite. §. 7. *Inst. de hered. instit.* si verò plures sunt heredes instituti, cæteris pro rata portione accrescit. *d.* §. 7. non permittit enim jus nostrum, ut quis pro parte testatus, pro parte intestatus decedat. *l. 7. de R. J. vid. Magnif. Dn. Præses, Doctor & Patronus meus Sanctè devenerandus, in decis. 37. n. 9. 10.*

Sic dicitur fructus vacare, qui non colligitur. *l. 2. §. 2. in fin. quib. mod. usufr.* Vacare à Legatione. *l. 6. ff. de Legat.* i. e. immunem esse. Immunis verò à Legatione est Pater trium liberorum. *l. 1. C. de Legat. vid. Dn. Brunn. ad d. l. Perez. ad d. t. n. 17.* Sic vacationem habere munerum publicorum & immunem esse atque exemtum ab ejusmodi Muneribus, *uti patet ex tot. tit. ff. & C. de vacat. Mun. t. t. ff. de Jur. Immunit.* de qua re, ne prolixiores simus, *vid. Dd. præprimis Magn. Dn. Struv. Doctor & Patronus meus ætatem colendus, ad dd. tt.*

Vacua pecunia in *l. 28. ff. depos.* illa est, quæ otiosa, sterilis, infructuosa, atque in arca clausa est, quæ nullas adfert usuras. *l. 12. in fin. de Admin. Tut. l. 24. d. præser. v. v. b.* Et quoniam non exigua pars est Administrationis bonorum pupillarium, pecuniam otiosam benè collocare, *Magnif. Dn. Præs. in expos. Authent. Noviss. C. de Adm. Tut. n. 2.* ideò etiam jure veteri statutum erat, ut omninò teneretur Tutor, aut certis hominibus credere pecuniam, aut ad comparationem idoneorum prædiorum conferre. *l. 7. ff. de adm. Tut. & l. 24. C. eod. vid. Perez. ad d. t.*

d. t. n. 12. nisi in usuras conveniri mallet. *d. l. 7. §. 2. de admin. Tut.* quod fiebat, si modo per sex primos menses neglexisset collocare. *l. 15. ff. h. t.* quod tamen jure novo mutatum, per *Nov. 72. & Auth. Noviss. d. t.* ita, ut neutrum jure cogatur facere Tutor, sed quod necessitatis olim fuit, ad meram facultatem translatum est, liberæq; Tutoris dispositioni omnia permissa, ita, ut officio suo satisfaciat Tutor, si modo diligenter custodiat pecuniam, atque æs acquisitum cautè asservet. *vid. d. Auth. Noviss. & ad illam Magnif. Dn. Præs. d. l. Dn. Brunn. ad eand. Perez. d. l.* Utut verò sit, Praxis tamen hodierna huic juri maximè repugnat, ut plurimi Dd. statuant, jus illud aut planè non in usum venisse, aut desvetudine maturius obliteratum esse, uti *ex Cothmanno & aliis probat Dn. Hahn. ad Wes. Paratit. l. de Admin. Tut. n. 4.* Hodiè enim si Tutor pecuniam pupillorum non ritè fœnori collocaverit, aut usuras exigere neglexerit, non tantum totius sortis, verum etiam usurarum usuras præstare & solvere tenetur, velut testatur. *Dn. Carpz. p. 2. const. 30. def. 30. & eleganti præjudicio hanc opinionem confirmat Magnif. Dn. Præses Decis. 13. num. 5. 6.* Quæ tamen Sententia certis casibus non procedit & limitatur, ut *videre est ap. Dn. Præs. d. l. à n. 5. 10.* Tandem & quædam de Bonis vacantibus annectere placet. Dicuntur aut. bona vacantia, quæ nullum Dominum assertoremve habent, veluti cum quis absque omni herede decesſit, sive quia nemo est, cui delata sit hereditas, sive quod nullus illorum, quibus est delata, adire eam velit. *vid. l. 1. & 4. C. de Bon. vacant. Perez. ad d. t. n. 1. Dn. Brunn. ad d. l. pr.* Olim bona hæccemodi publicabantur, uti videre est ex *Inst. Ulp. tit. 17. 18.* Justinia-

nus vero huic Legi ex parte derogavit, atque constituit, ut bona illa vacantia ad fiscum transferri debeant. *l. 1. & pass. d. t. C. de bon. vac. Dn. Struv. Ex. L. th. 33. & Ex. XXXVIII. th. 41.* Et quidem adeò ad fiscum pertinent, ut etiam Cæteræ Civitates penitus excludantur; quamvis jus illud obtentu privilegii cujusdam à Principe dati, sibi vindicare velint, *uti patet ex d. l. 1. C. d. bon. vac.* quod hodiè vix observatur. Moribus enim eo deventum esse putant plurimi Dd. *qui citantur à Dn. Brunn. ad d. l. 1.* ut Civitates etiam, quæ merum Imperium habent, jus succedendi in bonis vacantibus habere soleant. Præsertim verò Civitates *fori Saxonici, ut tradit Wesenb. de Jur. Fisci num. 4. Plura hac de re vid. ap. Perez. d. t. Dn. Struv. all. loc. & de signif. hujus vocabuli adi. Calvin. in Lex.*

2. Ubi.

Ubi est Adverbium loci, & significat in quo loco. Et sumitur quandoque vel interrogative, quandoque etiam conditionaliter, *ut l. 19. ff. d. Cur. & tut.* in qua lege Decuriones jubentur Tutores dare, ubi, i. e. si, absunt hi, qui alias Tutores dare possunt. Propriè vero quando accipitur nullam parit conditionem, uti patet ex rubrica *tit. 1. lib. 5. ff. de Judiciis. & Ubi* i. e. in quo loco vel foro, vel corā quo judice quis conveniri vel agere debeat. Sunt enim quædam Personæ, quæ peculiare habent forum, atque non coram quocunque judice conveniri possunt. E horum numero præcipui sunt Clerici, qui non solum in spiritualibus, sed etiam cæteris rebus Civilibus & Criminalibus regulariter non nisi coram judice Ecclesiastico conveniri possunt, *per. c. 2. 4. X. d. Judic. & c. 1. 2. & 12.*

X.

X. de for. comp. Authent. statuimus. C. de Episc. & Cler. etiamsi Clericus Jurisdictionem Laici prorogare vellet. Cum enim privilegiū fori non sit personale, sed toti ortini Ecclesiastico competat, ideo etiam prorogatio ista nullius est momenti *d. c. 12. & 18. X. de. for. comp.* non obstante juramento, quod forte intervenerit, quia ejusmodi juramentum contra canonica instituta illicitis pactionib9 informatum, licitè servari non potest, ut sunt verba *d. c. 12. in fin. vid. Gail. 1. O. 37. per tot.* Dantur tamen Casus certi, in quibus Clerici etiam coram Laico judice conveniri possunt, qui ordine recensentur *à Gailio d. O. 37. n. 3. seq. quem vide.* confer. supr. adverbium: Egregiè, ubi de clericis & aliis egregiis personis agitur. Milites quoque peculiare sortiuntur forum, quippe qui proprium habentes judicem, tantummodo coram Magistro seu Duce Militum, sub quo Militant, in omnibus tam civilibus quam criminalibus caussis. *l. 6. C. de Jdict. omn. jud. l. 1. C. de exhib. & transm. reis. l. 2. C. de off. mag. mil.* sive militares eæ fuerint s. non. *l. 2. C. ubi qui decur.* conveniri possunt; sive utrique litigantium milites fuerint, sive inter privatum Actorem & reum militarem causa vertatur. *d. l. 6. C. de Jdict. omn. Jud.* Nec minore studiosi gaudent privilegio, ut videre est *ex Authent. Habita. C. ne fil. pro patre* Hi enim, si litem eis aliquis super aliquo negotio movere voluerit, coram Magistro suo vel Episcopo Civitatis tantum conveniri debent, nisi ad alium judicem eos trahere tentans à tali conamine cadere velit; etsi causa justissima fuerit, *ut sunt verb. express. in d. Auth. Vid. Prolix. ad illam Magnif. Dn. Præs. in Expos. illius doctissima & Dn. Brunn. ad eand.* Sic relativè quoque legitur vocabu-

lum

lum ubi *in l. 30. ff. de judic.* in qua Marcellus dicit, quod ibi finem accipere debeat judicium, ubi semel judicium factum; cum ille, qui semel alterius fori factus est, in ea causâ, jus revocandi forum non habeat, etiamsi miles sit. *l. 7. ff. eod.* In eadem significatione legitur in *l. 65. ff. eod.* ubi mulier jubetur dotem exigere in loco domicilii Mariti non illic, ubi instrumentum confectum sit. Specialis enim hic adest ratio, ac in cæteris contractibus, ut non inspiciatur locus, ubi instrumentum confectum est. *d. l.*

Non incongruè verò hic quæritur: Si & Mævius & Titius Uterque merum haberet Imperium, & corporis occisi pars altera in Mævii, altera in Titii fundo, atque sic in confinio duorum territoriorum reperiatur, quis tum competens judex erit? Et quamvis Opiniones Dd. hac in quæstione maximè varient, uti videre est *ap. Finckeltb. in Disp. feud. 6. th. 14.* Communis tamen sententia eo tendit, ut ad illum cognitio causæ pertineat, in cujus Territorio caput reperitur. arg. *l. 44. ff. de rel. & sumt. fun.* quoniam caput nobilior & Principalior pars sit hominis, ideo etiam meritò hic attendenda. Vid. Schultz. *Synops. Jur. Feud. c. 7. n. 138. Schneid. Epit. feud. Part. 2. n. 103.* Si vero in via publica, in der Landstrassen/ reperiatur totum corpus occisi, tunc ad superiorem Dominum, cui regalia competunt, inter quæ & viarum publicarum cura haud postrema est, pertinere ajunt. *Vid. Autores alleg. loc.* Plura huc spectantia vid. supr. adverb. Eò ubi de loco agitur.

3. Ubique. Ubicunque.

Hæc Adverbia eandem ferè significationem habent, & comprehendunt communiter quemlibet locum, germ.

Allenthalben es sey wo es wolle. Sic accipitur *in l. 21. ff. de Interr. in jur. fac. & Interr. act.* quæ vult, judicem æque interrogare, atque ſcribentem compellere poſſe, ut manum recognoſcat, ubicunque illum æquitas moverit, omni tempore, & in omni cauſa, ſive parte inſtante, ſ. non, ſi modo æquitate judicis fiat. *Vid. Card. Tuſcb. Pract. Concl. tom. 2. Concl. 39. n. 2. p. 377.* quod tamen tantummodo in cauſa Summaria procedit, ubi etiam poſt concluſum interrogari poteſt; non in ordinaria. *Rom. Conſ. 373. n. 3. vid. ibid. ap. Tuſcb.* Eandem ſignificationem habet quoque, ubique, & ita legitur *in c. 4. X. de Aut. & Uſu Pallii,* in quo ſolus Pontifex Romanus in Miſſarum ſolenniis pallio ſemper & ubique uti dicitur, quoniam aſſumtus eſt in plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ per pallium ſignificatur, quod de cæteris, Patriarchis ſc. Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui idem ex conceſſione Papæ habent, non dicendum, cum hi non ubique, ſed tantummono in Eccleſiis ſuæ Provinciæ, & certis tantum diebus non vero extra illam, uti poſſint. *d. c. 4.* niſi etiam hoc ſpeciali gratia ipſis ſit indultum. *c. 5. d. t.* Sunt enim tantummodo vocati in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. *per verb. fin. d. c. 4. vid. Zœſ. ad. d. t. n. 2.* Sic Teſtamentum, in uno loco ſecundum illius ſtatuta legitimè factum, etiam in cæteris & ubique valere dicitur, uti communis Dd. eſt opinio, *Vid. Magnif. Dn. Præſes Deciſ. 26. n. 3. Magnif. Dn. Philippi in uſu Practico Inſtit. Eclog. 6. per tot. Gail. 2. O. 137. per tot. Magnif. Dn. Struv. Ex. XXXII. th. 15.* licet minor numerus teſtium illo in loco, ubi conditum, requiratur, quam alibi, quoniam ſemper conſvetudo illius loci, ubi quid geſtum eſt, conſpicitur. *l. 6.*

ff. de evict. & acta in uno judicio facta fidem etiam habeant in aliis. *l. 2. C. de edend.* Quod etiam procedit, licet ab Extraneo & forensi factum sit, quia eo casu, quo statutum disponit tantum circa solemnitates Actus, inspiciendum sit, an sit servata solemnitas requisita à statuto illius loci, in quo Actus est celebratus, *l. 1. C. de Emanc. lib. Gail. d. l. vid. Cit. Aut.* quod etiam indubitati juris esse dicit *Dn. Carpz. p. 3. Const. 6. def. 12.* Idem etiam de Bannito dicendum, s. qui ex Imperii Terminis proscriptus est, **der in die Acht erklärет worden.** Ille enim, ubicunque sit, civiliter mortuus est, *Gail. l. 2. d. P. P. c. 6. n. 10.* ita ut absque pari pœna recipi nequeat. *Vid. Gail. d. l. n. ult.* De Processu hodierno juxta jus *commune vid. Dn. Struv. Ex. 49. th. 97. Wiss. part. 2. Disp. 37. th. 5. Limn. ad Capitul. Cæs. Carol. V. artic. 22. verbb.* **erklärет werden.** *pag. 251.*

Deinde etiam Adverbia nostra, non ita latè accipiuntur, ut quælibet loca per illa significentur, ubicunque etiam sint, sed interdum ad certa & specialiora loca applicantur, ut *ubique*, & *ubicunque* idem sit, ac quilibet locus in hoc territorio, in hoc fundo. Et ita legitur in *l. 77. ff. de contrab. Emt.* in qua fundus venditur exceptis lapidicinis, *ubique* esset, sc. in illo fundo. Sic etiam statutum, quod sibi Princeps facit, in suo territorio quidem *ubique* valet, & subditos suos stringit, ubicunque sint; non vero extra illud. *Vid. Dn. Philipp. Us. Pract. Eclog. 4. per tot. & Magnif. Dn. Præs. Decis. 3. n. 5.*

4. Velut. Veluti.

Similitudinis hæc sunt Adverbia, & communiter etiam, non nisi in locutionibus metaphoricis vel similitudi-

tudinariis iis utimur, *ut l. 1. ff. de Leg. 2. pr.* Exemplicativè aut declarativè legitur *in l. 7. ff. de edend.* Patet enim ex antecedentis *l. 6. §. ult. eod. tit.* quod Prætor prohibeat postulanti iterum acta edere, nisi ex causa. Subjiciuntur itaque in *d. l. 7.* causæ: veluti, inquiens, si peregrè habere, quod primum editum est, probet postulans; vel minus plenè editum sit, vel eas rationes casu majore, non vero negligentia perdiderit: nam si eo casu amisit, cui ignosci debeat, ex integro edi jubet. Eadem in significatione legitur in *l. 1. §. 4. de pact. l. 17. §. 3. ff. d. Cond. & Demonstr.* Sic usum & longam possessionem in rebus incorporalibus, ut: Itinere, Actu &c. veluti traditionem esse innuit *l. 5. §. pen. ff. de itin. act. priv. & l. 20. ff. de Servitut.* Probandæ enim Servituti nihil necesse est Titulum proferre, cum sufficiat usum tantum temporis, cujus non extat memoria, probari, *Goth. ad d. l. in not. lit. d.* Sic, si creditor pignora maluerit in creditum possidere, iisque contentus esse velut pacto transegisse creditur, & creditum amplius petere non potest. *l. 15. §. 3. ff. Re jud.* quia, quod ab initio spontè actum & promissum est, illud postea ab invito est complendum, *per leg. ult. C. ad SCtum Vellejan.* Improprietatem porrò & fictionem in se habent, uti videre est ex *l. 1. ff. d. poss. her. petit.* ubi illi, qui à Prætore in bonorum possessionem missi sunt, velut heredes nuncupantur. Et certè Bonorum Possessores aut honorarii Successores verè & ipso jure heredes non sunt, quoniam heredes sola lex, aut Senatusconsultum vel aliæ Principum Constitutiones facere possunt. *Pr. Instit. de Bon. poss.* quod Prætor non poterat facere, & ideò loco heredum tantummodo habentur. *d. pr. Inst. de Bon. poss.*

Llll 2 *vid.*

Vid. etiam l. 39. ff. de pecul. ubi peculium Servorum velut patrimonium dicitur. *Et passim.* Verum quandoque etiam exprimit, *ut l. 8. C. de Impub. & aliis Subst. Sed Const. superius Adverbium Sicuti.*

5. Verisimiliter.

Hoc Adverbium ex duobus Adjectivis compositum idem est, ac simile vero, was der Warheit ähnlich ist. Magnum habet usum in omnibus juris Actibus, præprimis ubi probationes & præsumtiones locum inveniunt. Verisimilitudo enim major tollit minorem, *ut loquitur Bald. in l. 16. C. de probat.* Et quod non est Verisimile, non debet attendi, quia non verisimilia falsitatis habent imaginem, ut idem loquitur *Baldus in l. 1. C. de furt. & serv. Corrupt.* Sic Avus, Filium, & Nepotem ex altero filio heredes instituens, ac à nepote petens, ut si intra annum trigesimum moreretur, hereditatem patruo suo restitueret: non aliter restitutionem petiisse verisimile est; quam si Nepos sine liberis decesserit. Et ideò, si intra præscriptum tempus liberos post se relinquens, moritur; liberi hereditatem patruo instituto restituere non tenentur, uti expresse respondet Ulpianus *l. 102. ff. de Cond. & Demonstr.* ne videatur testator alienas successiones propriis anteponere. *l. 30. C. de fideicom.* Eo enim casu plus dixisse, minus scripsisse testator præsumitur. *Gothof. ad d. l. 30. in not. vid. & ad eand. Dn. Brunn. & l. 6. C. de Instit. & Subst. & Restit.*

Et egregiè valet hæc argumentatio à Verisimili ad conjecturandam mentem & voluntatem Testatoris, ut etiam ex usu & consvetudine viventis, præsumatur vo-

lun-

luntas ejusdem morientis, uti expresse videre *est in l. 19. §. 1. de Ann. legat.*

In Contractibus quoque non minus valet, ad explicandam mentem & voluntatem contrahentium. Cum enim interdum adeò obscurè contrahatur, ut animus contrahentium dilucidè videri atque explorari nequeat; ideò in obscuris & dubiis hisce inspici solet, quod verisimilius est, & quod plerumq; fieri solet. *l. 114. ff. de R. J. c. 45. de R. J. in 6.* Difficilis animi humani conjectura est, *inquit Seneca 4. de benef. 33.* ideoque nonnunquam expectamus certissimam rerũ comprehensionem, quoniam in arduo est veri explicatio; sed eò imus, quo ducit verisimilitudo. Elegans administrat Exemplum hujus verisimilitudinis *l. 40. pr. ff. d. Pact.* ubi Tale pactum: *Profiteor Te non deberi:* non in personam directam esse dicitur; sed cum generale sit, etiam ad heredes debitoris pertinere, & ita in rem potius: quia plerumque tam heredibus nostris, quam nobismetipsis cavemus. *l. 9. ff. de Prob. Plura Exempla vid. ad. Wissenb. ad t. d. R. J. 114. th. 4.*

Et quoniam non ad multitudinem; sed ad sinceram testimoniorum fidem, & Testimonia, quibus potius lux Veritatis adsistit, respici oportet. *l. 21. § fin. ff. de test.* ideò etiam ad corroborandam probationem maximè valet verisimilitudo, quippe quæ in probationibus multum attenditur. *l. 13. ff. de Probat.* Quanquam enim verisimilitudo non adeò sit efficax, ut relevet ab onere probandi in totum, coadjuvat tamen aliam probationem, ut not. *Gloss. in l. 2. de Excus. Tut. facit huc c. cum causam. penult. X. de Probat.* Et quæ non prosunt singula, conjuncta juvant. *all. txx.* Si enim testes omnes ejusdem honesta-

tis & existimationis sint, & tamen diversa imò contraria dixerint, judex illorum testimonium proferre debet, qui magis *verisimiliter* deposuerunt, & quod naturæ negotii magis convenit, modo inimicitiæ aut gratiæ suspicio absit. *d. l. 13. de probat.* Quapropter temeraria illa præsumtio, & quæ à malis surgit hominibus, & ex levibus Causis Verisimilitudo, non multum attenditur, puta, si videatur, aliquis vel semel cum aliqua conversari, & statim sinistri quippiam suspicetur, cum tamen dubia in meliorem partem sint interpretanda. *c. 2. X. de R. J.*

Valet etiam Verisimilitudo, ad aggravandam probationem. Efficacior enim probatio requiritur ab illo, qui vult probare id, quod verisimile non est, uti apparet *ex l. ult. ff. quod met. caus.* ubi illi, qui claram dignitatem se habere prætendebat, atque compulsum in urbe inique indebitum solvisse dicebat, non creditur, cum non sit Verisimile. Potuit enim Jus publicum invocare, & adire aliquem potestate præditum, qui utique vim eum pati prohibuisset, quapropter hujusmodi præsumtioni apertissimas probationes violentiæ opponere debet, ut sunt *verba d. l.* Valet quoque ad excusandum probabilis Verisimilitudo. Officiarius enim laicus, qui bona fide capit Clericum in habitu seculari repertum, & quem talem ignoravit, & propter habitum quem gerebat, probabiliter laicum esse putavit, percutit, ab incursu excommunicationis excusatur, uti notabiliter vult *Panorm. in c. ut famæ. x. de sent. Excom. & Bald. in l. 21. C. de Episc. & Cler.* Talis enim quisque præsumitur, qualis est habitus, quem gestat. *c. 12. si judex lacius. de Sent. Excom. in 6. Plura de usu*

&

& significatione hujus Adverbii habentur ap. Everhard. in Top. loco à verisimili, per tot.

6. Vicissim.

Vicissim, i.e. per vices, alternative, quando aliud ex alio fit. Usitatissimum hoc est vocabulum in Jure in omnibus Contractibus & obligationibus. Præprimis vero in Contractibus διπλεύροις, sive ab utroque latere æque principaliter obligentur contrahentes sive unus tantum principaliter, alter vero secundariò, si modo ad aliquid vicissim præstandum sit obligatus. *Dn. Struv. Exer. XIX. th. 6.* Exemplis fiet res clarior. In *Emtione venditione* obligatur Emtor, ut pretium solvat. *l. 13. §. 8. de Act. Emt.* & Venditoris faciat. *l. 11. §. 2. d. t. l. 7. C. eod.* (Pretium verò debet esse verum, non simulatum. *l. 55. de contrab. emt. l. 54. d. O. & A. l. 16. d. R. J.* debet esse certum & determinatum. *l. 35. §. 1. de act. Emt.* debet esse justum, ac rei emtæ æquivalens. *Dn. Struv. Exerc. XXII. th. 20.*) Venditor vicissim obligatur, ut rem tradat, & ejus dominium transferat in Emtorem. *l. 80. §. fin. de contrab. emt. l. 11. §. 2. de act. emt.* ut tradat talem, qualis est vendita. *l. 6. pr. l. 13. §. 3. de act. emt.* ut debito tempore & destinato loco rem tradat; alias propter moram, vel quod isto loco non sit tradita res, ad interesse condemnatur venditor. *l. 3. §. 3. l. 21. §. 3. d. t.* Ut etiam dolum circa rem venditam præstet. *l. 68. de contrab. emt. l. 13. §. 4. de act. emt.* & culpam levem. *d. l. 68. Vid. Magnif. Dn. Struv. Exerc. XXIII. th. 106. seq. Dn. Habn. ad Wesenb. de contrab. emt. n. 12.*

In *Locatione Conductione* obligatus est Locator, ut usum rei Conductori concedat. *l. 15. §. 1. l. 9. pr. l. 33. ff. de Locat.* ut sumtus necessarios & utiles, quos ipse fecisset,

aut

aut facere debuisset, si quos forte in ipsam rem locatam impenderit conductor, ipsi restituat. *l. 61. pr. l. 55. §. 1. l. 58. §. ult. d. t.* Conductor vicissim obligatur, ut mercedem solvat. *l. 16. C. d. t.* ut utatur re, ut bonum Patremfamilias decet. *l. 25. §. 3. ff. & l. 3. C. d. t.* ut finito usu salvam restituat. *§. pen. Inst. l. 48. §. 1. ff. Locati.* In *Societate*, mutua hinc inde oritur obligatio, ut quilibet sociorum bona conferat. *l. 1. §. 1. l. 2. pro socio.* collata administret. *Dn. Struv. Exerc. XXII. th. 24.* ut lucrum & damnum communicet. *l. 23. l. 74. d. t.*

In Mandato obligatur Mandatarius, ut Mandatum bona fide exequatur. *l. 10. pr. l. 59. §. 1. Mand.* atque quod occasione mandati ad eum pervenit, restituat. *d. l. 10. §. 2. l. 20. d. t.* Mandans vicissim obligatur ad impensas solvendas Mandatario. *l. 24. §. 4. l. 45. §. 5. l. 15. l. 12. §. ult. d. t.* & præstandum omne id, quod ipsi occasione mandati abest. *l. 12. §. 9. d. t.* licet negotium ad finem perducere non potuerit. *l. 56. §. ff. & l. 4. C. mandat.*

In *Commodato* tenetur Commodatarius rem finito usus tempore præterlapso in spēcie restituere. *§. 2. Inst. q. m. r. c. o. l. 5. pr. l. 17. §. 3. ff. Commod.* & quidem non redditam deteriorem; alias non videbitur reddita. *l. 3. §. 1. ff. d. t.* Commodans vicissim tenetur damna, quæ forte ex re commodata Commodatario obvenerint, præstare, *l. 17. §. 3. d. t.* aut impensa, quæ adhibuit, reddere. *l. 18. §. 2. d. t.*

Sic in *Deposito* ad rem custodiendam & asservandam, eandemque in specie cum omni causa restituendam obligatur depositarius. *§. 3. Inst. q. m. r. c. o. l. 24. ff. depos. l. 38. §. 10. ff. de usur.* & quidem non redditam deteriorem

riorem. *l. 1. §. 16. d. t. depos.* Deponens viciſſim obligatur ob damnum occaſione depoſiti dolo vel quavis deponentis culpa illi, qui id ſuſcepit, obveniens. *l. 5. pr. l. 12. §. 3. ff. d. t.* item obligatur ad impenſas in rem depoſitam factas. *l. 8. l. 23. ff. d. t.*

In *Pignore*, obligatur Creditor ad rem ſoluto pretio reddendam, & quidem in ſpecie, & cum commodis. *l. 6. §. 1. l. 42. ff. de pign.* act. it. præſtandum ejus, quod intereſt debitoris, vel ob damna dolo aut culpa lata & levi data. *l. 14. d. t.* vel ob moram commiſſam in reſtituendo. *l. ult. d. t.* Debitor viciſſim obligatur Creditori, vel, quod in re, quæ fuit pignori data, ſit defectus, aut quod aliena res ignoranti ſit oppignorata. *l. 22. de pign. l. 9. l. 16. §. 1. l. 36. §. 1. l. 1. §. ult. l. 36. pr. ff. d. pign. act.* vel ob damna dolo, lata leviq; culpa ratione pignoris à debitore data. *l. 3. l. 16. §. 1. l. 31. d. t.* vel ob impenſas neceſſarias in pignus factas. *l. 8. pr. l. 7. C. eod.* imò & ob utiles. *l. 25. ff. d. t.*

Idem etiam in *omnibus quaſi contractibus, ut & Negotiorum* & *Tutelæ geſtione* procedit, ubi ſemper alter obligatus eſt, & alter viciſſim aliquid præſtare tenetur, qvod ſpecialiter explicare ſuperſedeo. Non aliter quoque obſervatur in *Donationibus reciprocis vel ob cauſam*, quæ ſemper cauſas aliquas reſpiciunt, quas alter, cui donatur, viciſſim aut præſtitit, aut præſtare debet. Sic in ſpecie *Donatio remuneratoria* non aliter fit, quam ob merita, ab eo, cui donamus, in nos profecta. *Vid. Dn. Struv. Exerc. XL. th. 17. & ſeqq.* Quod & in Donatione ſub Modo, & Conditione expeditum eſt. *Vid. Dd. in tit. ff. de Donat. & t. C. de Don. quæ ſub modo.*

7. Videlicet.

Adverbium hoc ſæpius in Jure noſtro occurrit, atque multifariè accipitur. Regulariter verò ponitur declarative, & rem, quæ alias non ita perſpicua, declarat. ut: *l. 29. ff. ex quib. cauſſ. maj.* ubi in præcedentis legis §. fin. dicitur: quod æquiſſimum ſit, Militi, qui abſens defenſus non eſt, fructus reſtituere, & ſubjicitur ratio ſive explicatio in noſtra *cit. lege*; videlicet, ne cui officium publicum damno ſit. *Conf. l. 1. §. fin. ff. de Leg. 2.* ſumitur & reſtrictive, §. *Nos autem. 5. Inſt. d. Attil. Tut.* ubi Tutores & Curatores creati tenentur cautionem præſtare, videlicet eorum periculo, rem pupilli ſalvam fore. Tandem & limitativè legitur in *l. 29. ff. de Re jud.* & ſignificat temperamentum. Dicitur enim tempus judicati, quod defuncto datum eſt, & heredibus & qui in locū ejus ſuccedunt, conferri, hac tamen limitatione, quod videlicet ex dato tempore adhuc deeſt. Cauſæ enim magis, quam perſonæ beneficium præſtituitur.

8. Vigilanter.

Originem trahit hoc Adverbium à verbò vigilare, quod ſignificat, wachſam ſeyn / auff etwas gute Auffſicht habē. Sic olim, qui nocturnas excubias agebant, vigiles vocabantur, quorum officium erat, ut nocte de incendiis ortis proſpicerēt, quibus ex Auguſti inſtituto præfectus erat ex Equeſtri ordine vir ſpectabilis, qui præfectus Vigilum appellabatur, uti patet. ex *t. t. ff. de Off. Præf. Vigil.* In jure aliquatenus recedit à propria ſignificatione, ut interdum, vigilare, vigilantiâ, vel vigilanter aliquid agere ſit idem, ac; diligenter, induſtriè, provide, atque ſollicitè agere,

prout ex multis txx. patebit. Namque in *l. 1. §. 3. ff. d. Mun. & bon.* dr. quod illud personale munus sit, quod tam in corporis quam animi labore; sollicitudine atque vigilantia consistit. Sunt verò inter ejusmodi munera personalia etiam Cura & Tutela &c. *§. 4. ibid.* Et certè, tanta diligentia atque vigilantia in Tutore requiritur, quantam idoneus adhibet suis rebus Paterfamilias. *l. 10. l. 33. ff. d. Admin. Tut.* adeò, ut de neglectis statim ac delata est ipsi tutela, teneatur. *l. 2. C. Si Tut. vel Cur. non geß. l. 7. C. arbitr. Tut. Dn Brunn. ad d. l.* Præstat enim Tutor vel Curator non tantum dolum, latam & levem culpam. *l. 1. pr. de tut. & rat. distr. d. l. 10. l. 33. l. 39. §. 6. 7. ff. d. Ad. Tut. d. l. 7. C. arbitr. tut. l. 23. ff. d. R. J.* sed & levissimam, nim. si se se obtulerit. *l. 53. §. 3. ff. d. furt. Dn. Struv. Exerc. XXXI. th. 38.* atque ob dolum remotus fit infamis. *§. 6. Instit. d. susp. tut. l. 1. ff. eod. Vid. Vinn. in d. §. Wissenb. Disp. LI. th. 21.* Conductor quoque, si non eandem diligentiam atque vigilantiam adhibuerit, qualem adhibere solet bonus Paterfam. de dolo & culpa quoque levi tenetur, ut supra dictum in *Adverb. Vicissim.*

Quæritur verò hic: An etiam Conductor de Incendio orto teneatur? Et quanquam regulariter nullus Conductor ad præstandum culpam levissimam; multò minus casus fortuitos teneatur. *l. 21. C. de Locat.* quos alias nemo præstat, cum illud nullum hominum consilium providere possit. *l. 2. §. 7. ff. de Admin. rer. ad Civit. pertinent.* Interim tamen, quia plerumque incendia culpa inhabitantium fiunt. *l. 3. § 1. ff. de Off. Præf. Vigil.* si quid doli aut culpæ præcesserit incendium, præstare tenetur. *C. un. X. de commod. c. 2. X. de depos.* Si verò culpam à se abesse pro-

baverit, absolvendus est; præprimis si vigil habitator fuerit, nec indicia negligentiæ alicujus contra ipsum adsint. *Vid. Gail. 2. O. XXI. per tot. Dn. Struv. Exerc. XXXII. thes. 96. Dn. Frantzk. h. m. ad tit. ff. Locat. n. 209.* Quod in omni incendio, sive in ædibus propriis, seu alienis ortum fuerit, locum habet, ita, ut in dubio dominus ædium vel inhabitator de damno per incendium dato vicinis teneatur, nisi omnem culpam etiam levissimam, à se abfuisse probet, veluti in Dec. anno 1632. ad requisit. quorundam rusticorum zu Zimmeritz in Dicasterio hujus loci responsum fuit: Ist unlängsten bey euch gegen 10. Uhren/ in der Nacht/ in eines Weibes/ zu welcher der junge Hans Bock eingefriechen/ Behausung ein Feuer außkommen/ dadurch alle eure Häuser/ sampt Ställen/ Scheuren/ Getraidt/ und Haußrath verdorben/ wofern es nun euer Anzeigung noch allenthalben sich verhalten thut/ daß nemlich solche Feuers-Brunst bey ihr entstanden/ so ist sie der Gemeinde den erlittenen Schaden zu erstatten schuldig/ sie könte denn/ wie recht/ darthun und beweisen/ daß sie ihren höchsten Fleiß solchen Schaden zu verhüten/ und ihr Feuer zu verwahren und in guter Hut zu halten/ angewendet/ uff solchen Fall bliebe sie mit der Entgeldnis des Schadens billich verschonet. V. R. W. Eodem modo m. Dec. anno 1646. responsum fuit ad requisitionem derer von Reitzenstein zu Blanckenbergk. Confer. Carpzov. *Jprud. Forens. p. 4. c. 17. def. 13.* Dn. Richter *p. 1. consil. 32.* per tot.

Judices quoq; justissimi & vigilantissimi vocantur, qui maximè providi atque intenti sunt res suas bene peragendi; atque qui secundum *pr. Inst. de Off. Jud.* non aliter judicant, quam Legibus aut Constitutionibus aut Moribus

bus proditum est, *in l.3. C. de off. Rect. Provinc.* & ideo etiam, ut publicis acclamationibus honorentur, permittit ibidem Imperator *in d. l.3. Sic in l.18. ff. de ædil. edict.* inter prædicata boni mancipii & hoc haud postremum est, quando venditor de illo mancipio affirmat; quod sit constans, laboriosum, currax, *vigilax.* &c. (Notissima etiam insuper est Practicorum Regula: *Vigilantibus Jura scripta sunt.* Quippe quæ eò tendit, ut quosvis admoneat diligenter atque vigilantur suis rebus prospicere, ne negligentia & culpa sua aliquod incurrant damnum, quod deinde pro damno non reputatur. *l.203. ff. de R. J.* Sic Marito regulariter quidem ob dotem non solutam debentur usuræ; tam Jure Civili; *l.17. §.4. l.32. §.2. ff. de usur. l. fin. §. fin. C. de Jur. Dot.* quam Canonico. *c. Salubriter. X. de usur.* si tamen ab illo non fuerint petitæ, nec reservatæ tacitè remissæ censentur, & perinde ab ipsius heredibus exigi nequeunt, uti eleganti præjudicio illud confirmat *Magnif. Dn. Præs. Decis. 74. n. 24.* Æquitati enim valdè conveniens est, negligentes deteriores jure censeri, quam industrios & vigilantes. *l. 24. fin. ff. quæ in fraud. creditor.* Et impotentibus atq; necessitate rerum impeditis jura subveniunt, non negligentibus. *l.16. ff. ex quib. caus. maj.* Quapropter etiam Creditor, qui per lapsum longi temporis debitum suum non exegit, usuras ultra alterum tantum currentes petere non potest, in odium ipsius & pœnam negligentiæ: & hoc ad exemplum Usucapionis, quæ similiter introducta est, ad exemplum negligentium Dominorum: qui, cum tanto tempore, in res suas inquirere cessaverint, easque neglexerint, haud injuria ab ea nondum jam præscriptarum dominio cadunt, *pr. Inst. de*

Usur. l. 1. ff. eod. Magnif. Dn. Præses. dict. Decis. n. 92. seq. Ubi refert, Anno 1620. Mense Mart. in Amplissimo Scabinatu Jenensi, Jacobo Busse/ zu Malßurgk ita responsum fuisse.

Nemo quoque præterea in id consensisse videtur, quo decipitur & circumvenitur, interim tamen, si re ipsa & incuria contrahentium, atque citra illorum fraudulentum consilium contigerit, ut decipiantur, sibi imputare habent, quod debitam diligentiam non adhibuerint. *l. 16. §. 4. ff. de Minor. l. 2. C. de rescind. vend. Vid. Magnif. Dn. Præs. Decis. XCIX. n. 8. seq.*

9. Violenter.

Derivatur à Substantivo vis, Gewalt/Zwang. Unde verbum violare, violentia, & nostrum Adverbium violenter, quod JCtis frequens est, & pro eo, quod vi actum, factum, gestumve est, sumitur, ut ferè vis atque violentia unum atque idem sint, & promiscuè sumantur, nisi quod adhuc in hoc differant, quod vis quandoque sumatur pro Jure licito, quando scilicet Magistratus Jure honoris & officii, quod sustinet pœnas rectè infert. *l. 3. §. 1. ff. quod met. caus.* quandoque etiam pro eo, quod injuste, atque contra bonos mores fit, *d. l.* cujus respectu vis & violentia eadem gaudent significatione. Interdum etiam sumitur vis pro fato, & dicitur vis divina, vis major, græcè θεοῦ βία *l. 25. § 6. ff. Locat.* i. e. ea, quæ consilio humano, neque provideri, neque vitari potest. Et est Animadversio DEI in homines, cujus evitandæ ipse facultatem ademit. Ante omnia autẽ duo genera cælestis injuriæ meminisse debemus, ait *Plin. l. 18. c. 28. in fin.* Unum quod

tempe-

tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur: quæ cum accidunt, vis major appellatur. Hæc ab horridis syderibus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hædis. Alia sunt illa, quæ silente Cœlo, serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cum facta sunt. Publica hæc & magnæ differentiæ à prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero sterilitatem &c. Et *in l. 24. §. 3. 4. & 8.* dicitur illa, quæ non ab hominibus, sed à mirabili quadam DEI potentia infertur, cui resisti non potest. Violentia vero semper in malum partem sumitur. *c. 16. X. de for. comp. d. l. 28. §. 4. de damn. infect.* & sub uno violentiæ nomine, multa facinora comprehenduntur, teste Imp. Constantino *in l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. & priv.*

Sumitur vero vis s. violentia in jure nostro quandoque pro virtute efficaci, quæ potens est producere effectum quendam, *ut l. 7. ff. de LL.* Legis Virtus est, imperare, vetare, permittere, punire. Aliquando sumitur pro effectu temporali, ut *l. 1. ff. de stat. lib.* ubi illi, qui vi ipsa Creditoris fraudandi causa manumittuntur, interea statu liberi sunt, donec certum fiat, an creditor jure suo utatur. Aliquando etiam pro vero effectu, *ut l. 71. §. 4. ff. de Solut.* Aliquando etiam vis idem est ac actus s. facultas aut Autoritas aliquid agendi. Unde tutela definitur, quod sit vis atque potestas in capite libero. *§. 1. Inst. l. 1. pr. ff. de tutel.* ubi vis idem est ac Autoritas aliquid faciendi s. statuendi, tum in persona pupilli; tum in rebus pupillaribus, uti benè explicat *Vinnius ad d. §. 1.* Porrò, violentia s. vis, alia est Publica, alia privata, *tot. tit. ff. & C.*

de vi

de vi priv. & publ. quas ordine, quoniam spatiosissimus se hic exerit dicendi campus, exponam, observata tamen ubique justissima brevitate.

Est verò vis publica illa, quæ armis, aliove atrociore modo, aut dolo malo, quo rei publicæ contrariatur, infertur. *§. 8. Inst. de Jud. publ. l. 1. l. 3. §. 2. l. 2. l. 7. l. 8. l. 10. ff. ad L. Jul. de vi publ. Zœs. h. n. 1.* Modis verò infertur variis, è quibus nonnullos tantum videbimus. Et quidem in pœnam L. Juliæ de vi publica incidit ille, qui arma, tela domi suæ agrove in villa, præter usum venationis vel Itineris, vel navigationis coëgerit. *l. 1. hic* Erat enim olim armorum usus Principe Inscio interdictus, uti apparet ex *tot. tit. l. un. C. ut arm. us. insc. Princ. interd. & t. t. C. de fabric.* Exceptis illis, quæ quis promercii causa, habuerit, hereditateve ei obvenerint. *l. 2. ff. h.* quod tamen hodiè unicuique licet, si modo majora & bellica excipias tormenta. *Vid. Dn. Wissenb. part. 2. Disp. XXXV. th. 2. & Dn. Brunn. ad d. l. un. C. ut arm.* Tenetur porrò ista lege, qui Legatos, oratores, Comitesve pulsat, qui alias sunt inviolabiles. *l. 8. ff. de R. D.* quod & de legatis hostium intelligendum est. *l. ult. ff. de Legat.* Et qui in illos committit, contra jus gentium commisisse videtur. *ibid.* Hodiè, qui Principis Legatum violat, Crimen læsæ Majestatis committit. *Gail. de Pignorat. Obs. V. n. 6.* Jure Canonico violatores legatorum exterminantur, è Christiana Republ. *c. si quis. distinct. XCIV. Schönborn. ib. III. Pol. c. 27.* Idem dicendum de eo, qui nova vectigalia exercet, *l. ult. h. t.* Cum solius sit Principis nova vectigalia instituere. *l. 2. & 3. C. nov. vect. inst. non poss. l. 10. ff. de publican. c. 26. X. de V. S.* Hodiè inter Jura Majestatis refertur, atque nemini in

Imperio

Imperio nostro Romano Germanico conceditur, nisi Imperator atque Electores consenserint. *Vid. Capitul. Ferdinandi III. Glor. memor. Art. XX.* R. A. zu Regenspurg. *Anno 1576.* §. *116.* Weiters dann: *Schönborn. lib. 4. Pol. c. 25. Cellar. l. 2. Pol. 2. c. 26. n. 3.*

Ejusdem conditionis etiam ille est, qui stuprum alicui per vim intulit, seu fœminæ, seu puero. *l. 3. §. 4. h.* Unde non tantum Jure Civili capitaliter punitur. §. *4. Inst. de Jud. Publ. l. 1.* §. *2. ff. de Extraord. Crim.* sed etiam Divino. *Deut. 22.* & Saxonico ultimo mortis afficitur supplicio. Landr. *art. 13. Lib. 2. & art. 2. Lib. 3. Novell. Elect. August. p. 4. const. 30. Dn. Philipp. Us. Pract. Lib. IV. Eclog. 84. n. 20. Magnif. Dn. Præs. Cent. Reg. Jur. Reg. 2. n. 10.* Confer Dn. Carpzov. *Prax. Crimin. p. 2. quæst. 68.* Ille verò, qui puero stuprum intulit, tanquam Sodomita aut vivus, aut post mortem cadaver ipsius igne absumitur. *Dn. Doct. Struv. Exerc. XLIX. th. 42.* P. H. O. *art. 116. ibi:* So ein Mensch mit einem Viehe/ Mann mit Mann/ Weib mit Weib Unkeuschheit treibet/ die haben auch das Leben verwirckt/ und man sol sie der Gemeinen Gewonheit nach mit Feuer vom Leben zum Todte richten. *Magnif. Dn. Præs. Decis. LXXXVIII. n. 48. Dn. Philipp. Lib. IV. Eclog. 82. per tot.* ubi n. 5. responsum Scabinatus Lipsiensis ad consultationem Johannis à Weitzig/ in Meusebach Anno 1589. M. April. factum tale refert: Hat der Gefangene E. L. welchen ihr euern Kindern vor zweyen Jahren/ zu einem Præceptorn verordnet/ in Guten bekandt und gestanden/ daß er mit 3. euerer Kinder Jungen/ von zehen und eilff Jahren so unterschiedlichen nach einander auff sie gewartet/ wie dann auch mit einen andern von viertzehen Jahren/ unchristliche und un-

natürliche Unzucht zu etlichen mahlen getrieben/in massen dann auch solches aus dreyer Knaben Bericht sich also befunden. So er nun uff diesem seinen gethanen Bekäntnüsse vor Gericht freywillig verharren / oder dessonsten/ wie recht/ überwiesen würde/ so möchte er / wegen solcher bekanten und gestandenen unchristlichen und unnatürlichen Unzucht/mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden. V. R. W.

Incidit quoque in pœnam hujus Legis ille, qui virginem vel viduam honestam vi rapit atque abducit. *l. un. C. de rapt. virg.* Pœna hujus Criminis de Jure Civili est Ultimum supplicium. *d. l. un.* quod & hodiè observatur. P. H. O. *art. 118.* sive concubitus sequatur, sive non. *d. l. un. l. 5. C. de Episc. & Cler.* præprimis si Deo dicata fuerit Virgo. *l. 54. C. de Episc. & Cler. Vid. Dn. Struv. Exerc. XLIX. th. 41. Dn. Brunn ad d. l. un.* quibus & connumeratur, qui sponsam suam rapit. *d. l. un. vid. Dd. ad d. t.* & qui pravis persuasionibus & sollicitationibus aliquam abduxit. *Wissenb. Disp. XXXV. th. 7.* præprimis autem ad crimen raptus requirunt Dd. ut mulier libidinis satiandæ causa rapiatur, per *l. un. pr. C. de Rapt. virgin.* Julius Clar. *in Pract. §. raptus. n. 1.* Prosp. Farinac. *consil. crim. 33. in pr.* Hinc tradit Carpz. *Prax. Crimin. p. 1. qv. 40. n. 28.* quod si fœminæ fuerit rapta non libidinis satiandæ causa, nec crimẽ raptus committatur, nec ejusdem pœna locum habeat, sed hoc casu raptor ob vim commissam arbitrariâ pœna affici debeat. Conf. Jul. Clar. *d. l. n. 4.* Nicol. Boër. *decis. 316. n. 4.* Theodoric. *Colleg. crimin. disp. 6. th. 8.* Plures hujus violentiæ publicæ species, vid. ap. Dd. passim, prolixiores enim hic esse nolumus: Illud tantum in genere sciendum,

endum, quod pœna *ex.L. Jul. de vi publ.* sit aquæ & ignis interdictio, in cujus locum deinde successit deportatio. *l.10.ff.h.t.* & quandoque etiam ultimum supplicium. *l.11.* & *ult. d.t.* Unicum adhuc addere placet, & quidem ex novissimo Jure Carolino, ubi quoque pro vi publica habetur; (1) Vis der Landzwinger/ und Außtreter/ so da entweichen an andre Oerter/ der Obrigkeit dräuen/ und etwa ihre Schuld erzwingen wollen/ quorum pœna capitalis, ut videre licet P.H.O.*art.128.*(2) vis rapinæ.*art.126.* ein ieder boßhafftiger Räuber/ cujus pœna itidem capitalis. (3) vis eorum, qui aliis bellum inferunt, quæ itidem, ultimo punitur supplicio. *art.129.* (4) fracta pax publica, der Landfriedenbruch. *vid.* R. A. zu Wormbs *Caroli V. de Ann.1521.* quæ itidem cum gladio aut banno Imperii, der Reichs Acht puniuntur *d.q. latius agit Gail. de P.P.* Possunt etiam his ex consvetudine vel statutis locorum annumerari; (1) der Haußfriedenbruch/ cujus pæna arbritaria, & vel relegatione, incarceratione, & si vulneratio accessit, amputatione manus coërcetur, *Dn.Habn.ad Wes. tit. ad L. Jul. de vi publ.n.13.* Et h. m. responderunt Scabini Lipf. m. Jun. 1543. Hat ein Bürger einen andern Bürger seine Thor an seiner Thür und Hof gewaltiglich zu treten und zustossen und also den Haußfried gebrochen/ und darzu keine andere Ursache gebabt denn das ihm ein Knabe daselbst im Hofe unversehens ein wenig mit Mistpfützen besprenget/ so möget ihr nach gestalt der Sachen ihn der Statt uff zehn Jahr vorweisen lassen/ V. R. W. Coler.*p.1.decis.156.n.23.* & *seq.* Carpz. *d.qv.40. n.11.* & *seqq.* (2) percussio alicujus an gefreyeten Orten. (3) tran-

ſcenſio muror. vel portarum Civitatis, hoſtili animo facta. *vid. cit. loc.*

Sequitur vis ſ. violentia privata, quæ fit ſine armis, vel potius circa rem aut jus privatum. *Zœſ. ad h. t. Dn. Struv. ad h. t. §. 8. Inſt. de Publ. Jud.* Variè quoque infertur vis privata, ut videre eſt ex *tot. tit. ff. de vi priv.* veluti, ſi quis aliquid ex naufragio vel incendio rapit dolo malo. *l. 1. §. 1 h. t. l. 4. §. 1. l. 5. ff. d. incend. ruin.* qui convocatis hominibus ſ. Servis ſ. liberis, alicui vim faciendo, agro ſuo expellit. *l. 2. 3. 4. h.* qui propria Autoritate bona debitoris occupat. *l. pen. & ult.* item, qui ad locum participandum in litem alienā coit. vid. *l. 6. h.* & plures aliæ, quæ videri poſſunt *cit. tit.* Pœna eſt publicatio tertiæ partis bonorum. *l. 1. & leg. fin. h. t.* & præterea cautum, ne reus Senator fiat, & quaſi infamis omni honore careat. *l. 1. pr. h.*

Tandem etiam Quintuplicem violentiam faciunt Interpretes, turbativam, Inquietativam, Compulſivam, Expulſivam, & Ablativam, quæ videri poſſunt ap. *Bertachin in Repert. Jur. verb. Violentia. Calvin. Lex. verb. Vis. Vinn. Inſt. de Vi bon. rapt. pr. Adjungatur quoque de Vi publ. & priv. Magnif. Dn. Præſ. in Cent. Reg. Jur. Reg. II per tot.*

10. Vitiosè.

Eſt Adverbium qualitatis, derivatur ab Adjectivo vitioſus, & hoc à Subſtantivo vitium. Communiter dicitur res vitioſa illa, cui aliquid deeſt, ſ. quæ non perfectè ſe habet. Ethicè opponitur Virtuoſo, in Jure applicatur, vel ad Perſonas, vel ad Res, vel ad Actiones humanas. Ad Perſonas quando applicatur, tunc apparet, quod vitium aliud ſit *Animi*, inter quæ tria hæc: Ludus, Ebrietas, otium

à JC-

à JCto numerantur. *l. 25. §. 6. ff. de ædil. Edict.* ita dicente: hoc autem, quod deterior factus est servus, non solum ad corpus, sed ad animi vitia referendum est, ut puta, si imitatione conservorum ap. Emtorem talis factus est, aleator forte, vel vinarius, vel erro evasit. Aliud *Corporis*, & tunc idem est ac Morbus, uti promiscuè illud usurpat *l. 6. pr. ff. de Æd. edict. & §. 4. Inst. de Cur.* Apparet enim ex *l. 101. §. 2. ff. de V. S.* quod differentia quædam sit inter Vitium & Morbum. Verum est, inquit Modestinus, morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, vitium verò perpetuum corporis impedimentum. Quam distinctionem etiam Sabinus fovere videtur, quando in *l. 1. § 7. ff. de ædil. Edict.* Morbum ita definit: quod sit habitus, cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus ad id facit deteriorem, cujus caussa natura nobis ejus corporis sanitatem dedit. *Et paulo post:* Vitium à morbo multum differt. *Vid. Goth. in not. lit. c.* Sic vitii Personalis, seu quod in Persona hæret, etiam meminit *l. 24. §. 1. ff. de usuc.* Et est, quando quis fundum vacantem sine vi nanciscitur, non ignarus, fundum alienum esse. §. *2. 7. Inst. de Usucap.* Et nocet tantum Juris successori seu heredi, non etiam successori singulari. *d. §. 7. l. 5. ff. de divers. & temp. præscript.* Vitiosus præterea Possessor & ille intelligitur, qui vi, clam, vel precario, vel mala fide possidet. *l. 2. §. 11 ff. pro Emtor. l. 13. §. 1. ff. de adquir. rer. Dom.* Vid. supr. adv. *Evidenter*, ubi de vitio latente & evidente agitur.

Ad res quando applicatur, tunc significat variè, ut res vitiosa interdum sit illa, quæ furto ablata est; Et à vero Domino absque ulla pretii refusione reposcitur, penes quemcunque etiam Possessorem reperta fuerit. *l. 23. C. de*

R.V. l. 2. C. de furt. Quoniam alteri aliquid detrahere, hominemque cum alterius hominis incommodo suum commodum augere, magis est contra naturam, quam Mors, quam dolor, quam paupertas, quam cætera omnia, quæ homini unquam accidere possunt. *vid. latiùs Magnif. Dn. Præs. decis. XCVI. per tot. Et cent. Reg. Jur. Reg. XIX. Dn. Philippi us. Pract. Lib. II. Ecclog. X. per tot.* & *Ecclog. XXXII. eod. Lib. n. 2. ut & Lib. IV. Ecclog. IX. per tot.* Sic ædium & Loci vitium est accidens, ex quo ædes aut locus deteriores redduntur. *l. 24. ff. de dam. infect. l. 15. §. 3. l. 18. §. 1. & 2. ibid.* item vitium facere dicuntur parietes, quæ ruinam minantur. *l. 30. ff. locati.* & ædes. *l. 32. p. ff. de damn. infect.* Atque hæc est ratio, cur ex edicto Prætoris cautio possit peti de damno infecto ex vitio ædium ruinam minantium. vid. latè Molin. *de J. & J. tract. 2. disp. 703.* Dn. Struv. *Exerc. 29. th. 13. & seqq.*

Ad facta tandem quando applicatur, tunc vitiosè agere significat interdum idem ac nihil agere, nam quod vitiosè fit, habetur pro non facto. *l. 6. ff. qui satisd. cog.* Et vitiosa nuce emere, sumitur pro eo, quod est ne minimo quidem. *Calvin. in Lexic. hic.* Interdum etiam sumitur pro destruere, corrumpere, nullius facere momenti, ut: vitiare matrimonium. *l. 3. C. de interd. matr.* vitiare fundamenta, i.e. corrumpere. *d. l. 24. §. 5. de damn. inf.* summatim: omne quod vitiosè agitur in utile est, & contra leges. Jam verò ubi contra leges peccat, pœnas legibus insertas non evitabit. *l. 5. C. d. ll.*

II. VIX.

Particula hæc ex se & sua natura vim diminuend habens,

habens, in Jure quandoque ponitur pro eo, quod est, etiam, *ut: l. 53. ff. de judic.* ibi: vix certis ex causis adversus Dominos servis consistere permissum est. Sunt vero illæ: quando servus querimoniam instituit de suppressis à Domino tabulis Testamenti, in quibus ipsi Libertas erat relicta, quod ex rescripto D. Marci & Commodi favorabiliter permissum erat. *l. 2. ff. ad l. Corn. de fals.* Si Dominus arctiorem annonam præbuerit, & hoc propter utilitatem publicam concessum. *l. 13. d. accusat. l. 1. ff. ad l. Jul. de annon.* Item: Si census & falsæ monetæ criminis rei fuerint Domini, uti apparet ex *d. l. 53. vid. etiam. l. 2. C. pro quib. caus. Serv.* ubi Imp. Constantinus Servis, qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes in publicum deferunt, Civitatem Romanam donat. *vid. plur. d. l. 53.* Quandoque ponitur pro eo, quod est, nullo modo, *ut: l. 19. princ. l. ult. princ. ff. ad SC. Vellej.* quandoque idem est ac raro, *ut l. 28. ff. d. V. S.*

12. Ultrò.

Ultrò est Adverbium qualitatis & denotat idem ac non coacte, sponte. In Jure sumitur haud raro *prius*, *ut l. 34. §. 3. ff. d. contrah. empt.* Ubi emtor ex vendito nihil consequi dicitur, nisi ultro, quo ad convenerit præstet; i. e. nisi prius præstet. Sic Africanus *in. L. 15. ff. d. oper. nov. nun.* dicit, quod ædificans cavere debeat, se non ædificaturum, quam ultro egisset, jus sibi esse altius tollendi, i. e. prius egisset. *Conf. etiam l. 1. §. 3. ff. d. usur. it. l. 1. §. 6. ff. uti possid.* sumitur etiam *pro ipso Jure*, seu quod sine facto aliquo adventitio fit, *ut l. 2. prin. ff. ad L. Rod. de jact.* Imò & si retineat merces Magister navis, ultro ex Locato habitu-

biturus est actionem, i. e. ipso Jure. videatur *l. 3. ff. de condict. caus. dat.* tandem sumitur pro *sponte, liberè*, frey-willig und ungezwungen. Sic in *l. 37. §. 4. ff. de leg. 3.* Maritus se non tantum doli mali exceptione tueri potest; sed etiam ultro ex causa fideicommissi actionem instituere. Sic quadrupes sponte pauperiem fecisse dicitur, sive ex Lascivia sive ex commota feritate fecerit, *l. 1. §. 4. ff. si quadrup. paup. feciss. dicat.* & competit adversus Dominum illius Actio noxalis. E contrario non sponte pauperiem facit, quando instigatu alterius damnum dat. *d. l. 1. §. 5.* Ubi contra Instigatorem ex L. Aquilia agitur: veluti testatur Dn. Hahn. *ad Wesemb. d. t. n. 4.* Et hoc modo responsum fuit ad requisitionem Hildebrand Freybergks zu Wegeleben Anno 1646. die 25. Augusti Thut sichs also in der That befinden/daß drey Jungen hinter einem Brüll-Ochsen hergelauffen/ihn mit Steinen geworffen/ angeschrien und vergrället; darauff sich bald begeben/ daß er eine alte im Wege vorher gehende Frau niedergestossen/davon Sie denn 5. Tag hernach des Todes worden. So mag dem Herrn des Ochsens dieser wegen keine Schuld zugemessen werden/ sondern seynd die 3. Jungen/ welche den Ochsen irritiret, oder an deren Statt ihre Eltern die begehrte Artzt und Begräbnüß Kosten/ nach billiger richterlicher Moderation zu entgelten/ und darüber die Jungen/ wenn sie des Alters und ziemlichen Verstandes mit 8. Tägiger Gefängnüß zubelegen. V. R. W.

13. Voluntariè.

Derivatur à substantivo voluntas, & est adverbium quali-

qualitatis, indicans consensum & propositum animi nostri. Est quidem alias voluntas duplex; alia remissa, quando quid vel vi vel metu coacti facimus: alia integra; & est, ubi quid ultro atque sponte, & quasi ex proposito volumus. Veluti ita *notavit Cujacius ad rub. ff. quod met. caus.* Interim tamen voluntariè hoc loco illud est, quod neque per vim neque per ignorantiam fit, Sic voluntarius Procurator est, qui se alienis negotiis sine mandato offert. Et quoniam incertum ac dubium est, an cum mandato se pro tali gerat, tunc cautionem de rato præstare tenetur. *l. 39. §. 1. ff. de Procur.* l. *1. C. eod. Dn. Struvius Exercit. VII. thes. 28.* add. de hac cautione Carpz. *l. 3. resp. 7. n. 13. & seqq.* Item voluntaria jurisdictio in *l. 2. ff. de off. proCons. & Leg.* Illa est, quæ in volentes juxta solam ipsorum petentium voluntatem exercetur, & in *l. 13. ff. de opt. leg.* voluntarius & necessarius heres sibi invicem opponuntur, voluntariè itaque, & ex proposito qui peccat, duriori subjicitur pœnæ, quam ille, qui animum delinquendi non habuit, quod præprimis in maleficiis procedit, in quibus animus & voluntas non exitus attenditur. *l. 1. C. & l. 14. ff. ad l. Corn. de Sicar.* quæque aliàs voluntate & proposito distinguuntur. *c. 54. X. de sent. Excom.* Uti hujus rei egregia tradit testimonia *Magnif. Dn. Præs. in cent. Reg. Jur. Reg. LIIX. numer. 6. seqq. qui omnino videndus.* Sic notissima quoque est Juris Regula: volenti non fit injuria, de qua, quo modo intelligenda sit, videatur *Magn. Dn. Præses, in ipsius exposit. dict. tract. Reg. XXVIII. notissima* insuper est *L. Voluntariæ. 12. C. de excus. Tut.* In qua Imperator Gordianus rescripsit, quod, licet quis privilegium habeat, de

non subeundo Tutelarum munere, tamen, si voluntariè illarum onus suscipere velit, sibi non præjudicet. Vid. *Dn. Brun. ad d. l.* unde etiam illa Juris orta est regula: Per actum voluntarium nemini fit præjudicium. De qua iterum videri potest *Magnif. Dn. Præses, Decis. XCVIII. num. 48.* Non incongrue verò hic quæritur: An illi, qui voluntariè delictum confitetur, propterea pœna remitti debeat? Quod cum Magnif. Dn. Struv. negamus, *Arg. l. 5. de custod. reor. l. 1. §. 37. ff. de quæstion. l. 16. C. de pœnis.* Sed quid si reo remissio promissa, si voluntariè delictum fassus fuerit? Distinguimus inter Principem promittentem & Magistratum inferiorem, in hujus potestate non est, gratiam concedere. *Vid. Finckelthaus. Obs. CV. & Dn. Struv. exerc. XLIX. thes. 90.* Quid verò de mitigatione statuendum, an non mitigari debet pœna, si delinquens voluntariè crimen quoddam confessus fuerit? Et Resp. quod sic. Heig. *p. 2. qv. 32. num. 33.* Farinac. *prax. crim. p. 3. qv. 81. num. 172.* Reusner. *lib. 2. decis. 16.* Carpzov. *Prax. crim. part. 3. qv. 149. num. 23. & seqq.* ubi latè hanc sententiam defendit, illamque variis præjudiciis confirmat.

14. Urbanè.

Derivatur ab adjectivo Urbanus, & hoc à substantivo Urbs. Urbs verò dicta est, ab Urbo, id est, Aratro, quod in condenda Urbe adhiberi soleat. *l. 239. §. 6. ff. de V. S.* Est verò adverbium qualitatis, & duplicem habet significationem. Prima est, quando idem significat ac bene moratus, Höfflich/altera, quæ hujus loci est, quando idem ac quod

quod in civitate est, seu quod ad civitatem & urbem pertinet. Sic urbana familia à rustica non loco distinguitur sed genere, usu, fine, *l. 166. ff. de V. S.* Quemadmodum & urbana Prædia à rusticis non loco, sed materia & qualitate distingvuntur. Accipimus enim urbana prædia omnia, ædificia, non solum ea, quæ sunt in oppidis; sed & si forte stabula sunt &c. *l. 198. ff. de V. S.* videatur quoque *l. 99. princ. & § 3. ff. de legat. 3. l. 12. ff. de supell. leg. l. 12. §. 42. ff. de instruct. legat. l. 4. §. pen. de pen. leg.* Unde etiam urbanæ servitutes. *tot. tit. ff. de servit. præd. urb.* quæ verò illæ sint, ordine & more suo latè exponit *Magnif. Dn. Struv. Exercitatione XIII. thes. 8. seqq. quem omnino vide.* Plura spectantia huc videantur *apud. Calvin. in Lex. verb. urbana.*

15. Usitatè.

Usitatum absolutè positum significat, quod in usu est, was gewöhnlich und Herkommens ist. *l. 133. §. pen. ff. de V. O.* Dicimus etiam adjectivè, usitatus mos, usitatum tempus, usitata consuetudo, usitatum judicium, usitata nomina: *l. 2. ff. de præscript. verb.* pro: vulgaria, communia, & recepta. Sic quãdo dicimus hoc vel illud esse usu receptũ denotat illud, quod moribus introductum & longa consuetudine atque observantia confirmatum est. Quod autem Jus & boni mores introduxerunt, contra illud conventiones hominum non valent. *l. 6. C. d. pactis* per bonos mores verò intelligimus Jus non scriptum, consuetudine vel tacito populi consensu introductum, quod pro lege

non immerito custoditur. *§.9. instit. de J.N. G. & C. l.32. & 37. ff. de LL. Magnif. Dn. Præses Cent. Reg. XV. per tot.* & ubi de usu, more & observantia pronunciandi recepta constat, haud scrupulosè in rationes inquirendum, nec de refutatione contrariorum anxiè laborandum, nec Jus strictum semper urgendum, sed interdum, quod humanius est, sequendum. *Vid. antea laudatus Magnif. Dn. Præses decis. XIIX. num.33.* De Jure non scripto seu consuetudine, quid sit, quomodo à Jure scripto differat, de requisitis ad hoc Jus introducendum, & ejusdem probatione, vi & effectu, atque tandem abrogatione *Vid. prolixè Dn. Struv. exerc. II. thes. 18. seqq.* Suarez. *de legib. lib. 7. cap. 6. 10. 13. & seqq.* Coler. *de Process. Execut. part. 1. c. 3. num. 34. & seqq.* Gail. *2. obs. 31.* Carpzov. *p. 1. decis. 3. num. 20. & seqq.* Wesenbec. *parat. ff. tit. de LL. num. 9. ibiq.* Dn. Hahn.

16. Utiliter.

Derivatur ab Adjectivo utilis, nützlich / & frequentissimi est in Jure usus. Sic utiliter facere est, rem meliorem facere. *l. 5. §. fin. de impens. in res dot.* Unde utiles impensæ sunt, quæ meliorem rem faciunt, & deteriorem non esse sinunt. *l. 79. ff. de V. S.* dicuntur verò utiles ad differentiam illarum, quæ necessariò aut voluptuariè impenduntur. *vid.* Schneidevv. *ad §. actio num. 28. sub. tit. de act. ex conducto, n. 14 Inst. de actionib. f. mihi 879. Wissenb. ad d. l. 79. thes. 1. & seqq.* Sic utilis obligatio dicitur, quæ verbis expresfis cessantibus, vel directa deficiente, æquitate & utilitate suadente, per extensionem, ex mente & interpretatione prætoris, propter similem cum dire-

cta ob-

cta obligatione rationem & convenientiam, introducta est Vid. Althuſ. dicæolog. *lib.1.cap. 65*. Deinde dominium utile datur. Scheidevv. *ad* §. *ſingulorum. 12. Inſt. de R. D. n. 4. & ſeq. Althus. d. tr. lib. 1. c. 18. n. 36.* Porrò hic notanda eſt regula: utile per inutile non vitiari. *c. utile 37. de R. J. in 6.* quæ locum habet, ſi utile ab inutili ſeparationẽ commodam recipere poſſit. *Gail. 1. obſ. 88. n. ult. & 2. obſ. 4. n. 6.* Sic utiliter agere, & utiles actiones legimus. Dicuntur vero utiles actiones illæ, quæ non ex lege ipſa, ſed interpretatione contra Juris ſtricti rationem, utilitatis ſive æquitatis cauſa conceduntur. *l. 11. ff. de præſcript. verb. l. 20. §. 2. ff. de ſervitut. præd. urb. l. 18. §. 1. de Judiciis*, Exempli gratia: conſtituta eſt à Prætore actio adverſus eos, qui Servum alienum corruperint, in duplum, quanti ea res erit: jam, ſiquis filium filiamve familias corruperit, quæritur: An etiam eadem actione ſit agendum? Reſp. utilem dandam eſſe, in qua officio Judicis æſtimabitur, quanti noſtra inter ſit, animum liberorum noſtrorum corruptum eſſe *l. 14. §. 1. de ſer. corrupt.* Hinc utilitas ſtricto Juri opponitur. *l. 18. §. 1. de Judiciis*. Utilis autem actio multis modis accipitur: (1) Utilis actio appellatur directa, quæ defectu nominatæ actionis ex bono & æquo datur, qualis eſt actio præſcriptis verbis. *l. 6. C. de transact. l. 21. de præſcript. verb.* (2) Actio utilis reſpectu directæ ad diverſa competentis vocatur, qualis eſt commodatarii, qua contra commodantem experitur de reſtituendis damnis, impenſis in rem commodatam factis. (3) utilis actio datur ex mente Legis; directa vero ex verbis ipſis. *l. 30. ff. de LL.* qualis eſt Actio de Pauperie, quæ competit, ſi animal bipes da-

mnum dederit. *l. 4. ff. si quadrup. paup. feciss. dic.* Item utiles dies in Jure dicuntur, quibus experiundi & Judicem adeundi potestas est. *l. 3. §. 4. ff. de accus. l. 55. de ædil. edict.* Sic utilem annum ex diebus utilibus constantem accipimus. *l. 1. §. 2. ff. quando de pecul. l. 1. §. 1. de in rem vers. vid. Althus. dicæolog. 1. c. 9. n. 22. n. 28.* Porrò utiliter stipulari dicitur ille, qui juxta modum & formam in LL. præscriptam stipulatur, de qua consul. *Dd. ad Tit. ff. de V. O.* Eodem modo Servus proprius *utiliter* censetur tutor datus in testamento domini absque adjecta conditione : si liber erit : Sin vero hac conditione adscripta tutor fuerit datus, *inutiliter* datus dicitur. *§. 1. in f. Inst. qui test. tutor. dar. poss. ibiq.* Harprecht. *n. 12.* Denique legata quoque *utiliter* censentur relicta, quæ aliquem effectum habere aut legatario aliquod commodum præbere possunt. *vid. §. 14. & seq. ibique Dd. Inst. de Legat. Struv. Exc. 35. tit. 12.* Sed Qu. An etiam res aliena *utiliter* legetur? Et Resp. quod sic, modò testator sciverit rem esse alienam. Si enim saltem putaverit esse suam, inutile est legatum. §. *4. Inst. d. t. l. 10. C. eod. l. 39. §. 7. de legat. 1.* Harpr. *ad d. §. 4. Inst. dict. tit.* Carpz. *lib. 7. resp. 27. n. 5. & seqq.* Dn. Philipp. *usu Pract. Inst. lib. 2. eclog. 80.*

17. Ut.

Est adverbium similitudinis, de quo vid. Matth. Martin. in Lexic. Philolog.

18. Utique.

Est adverbium affirmandi, & accipitur, pro certè, prorsus, maximè, de quo vid. *l. ult. C. si advers. delict. & Decimat. thesaur. ad d. voc.*

19. Utpote.

Est adverbium confirmandi, de quo dicitur, in *l. 2. C. ubi in rem actio*. Sumitur pro veluti, nempe, prout. *Vid. Martin. d. l.*

20. Vulgo, Vulgariter.

Eandem habentia significationem hæc adverbia denotant illud, quod communiter & usitatè contingere solet, *ut l. 1. & 2. ff. de præscript. verb.* sunt vulgares actiones illæ, quæ alias ordinarie & communiter competunt. Vulgari modo legare, i. e. usitato modo. *l. 108. de legat. 1.* vulgaris formula, *l. 44. ff. d. furt.* pro actione usitata de peculio, cujus formula est cum adjectione noxæ. Sic vulgaris substitutio illa est, quæ à quovis testatore fieri potest, in hunc casum, si prior heres non erit. Unde etiam *integr. tit. in Instit. ff. & C.* hac de materia inveniuntur, ad quos vid. Schneidevv. aliosque Dd. Vulgo concipere & vulgo parere accipimus eam, quæ vulgo & passim sui copiam facit. *l. 5. §. 2. ff. de stat. hom. l. 5. ff. de in Jus vocand.* Sic vulgo quæsiti & vulgo concepti dicuntur, qui incerto Patre nati sunt, qui & spurii vocantur. *l. 4. §. 2. ff. de in Jus voc. l. 19. d. stat. hom. l. 20. eod. tit.* Ubi vulgo concepti dicuntur, qui Patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet. *princ. instit. de ingen. §. 12. de nupt.* & tales vulgo *concepti* legitimum legitimationis objectum non sunt, *vid. Vinni. ad. 13. Instit. de nupt.*

Quod autem supra de vulgari substitutione dictum fuit, illam à quovis testatore fieri posse, id intelligendū est de iis casibus, quib9 substitutio in testamento perfecto fuit facta

facta sive *vulgariter* s. pupillariter. Etenim si testamentum fuerit imperfectum, nec substitutio in illo facta subsistere potuerit. *l. 44 ff. de vulg. & pupill. substit.* v.g. si in testameuto deficiat heredis institutio, nulla queque valebit substitutio, cum substitutio præsupponat institutionem. Carpz. *p. 3. const. 8. def. 6. n. 1.* Dn. Richter *p. 1. decis. 29. n. 12.* Et h. m. responsum fuit à Scabin. Lips. mense Octobr. anno 1633. Ob nun wohl der Vater die Kinder solcher Gestalt einander zu substituiren befugt gewesen. Dieweil aber dennoch in bemelten seinem Testament keine heredis institutio zubefinden etc. So ist auch angeregtes Testament/ so wohl die darinnen begriffene substitutio zu recht nicht beständig. Confer. Dn. Carpz. *d. l.* Dn. Philipp. *Usu Pract. Inst. lib. 2. Eclog. 61. n. 9.*

SOLI DEO GLORIA.

INDEX LOCUPLETISSIMUS RERUM IN HOC TRACTATU COMPREHENSARUM.

A.

Actio.

Quid sit? & quænam actio bonæ fidei? pag. 37
Actio stricti juris quid? ibid.
Actiones arbitriæ quænam dicantur. ibid. in fin.
Actiones civiles quæ nominentur. 74
Actiones civiles & criminales quomodo differant. 75
Actio commodati an civiliter, an jure Prætorio competat. 76
An actione civiliter instituta postmodum criminaliter agi possit. ibid. in fin.
Actio ex L. 2. C. de rescind. vendit. coram quo Judice competenter instituatur. 121
An sit actio personalis, an verò realis. ibid.
Actio d. l. 2. ex quonam oriatur. ibid.
In Actione civili & criminali ad quod intendatur. 179
Actio criminalis quando dicatur. ibid.
Quænam ad efficacem criminalem actionem requirantur. ibid.
An actione criminali conventus civiliter reconventionem intentare possit. 151
An & quatenus actionum cumulatio in uno libello comprehensa sit licita. 183
An actiones contrariæ dicantur utiles. 204. & 205. in pr.
Actio utilis cuinam competat. ibid.
Actio Legis Aquiliæ cui detur. 205
Actio doli an sit famosa. 217
Actio doli quando detur. ibid.
An actio doli contra municipium s. universitatem institui possit. 218
Actio quod metus causa an famosa sit. 218

Actio recantatoria & actio injuriarum an & quomodo concurrant. 240
Quænam actio tribuatur enormiter læso. 250
Actio universalis præcedat particularem. 318
Actio criminalis an præcedat civilem. ibid.
Actioni de pauperie ubi & quando locus sit. 383
Omnes actiones morte aut tempore pereuntes, semel judicio inclusæ, judicio salvæ permanent. 541
Quænam actio nominetur personalis. 625
Actio ad exhibendum cui competat. 628
Quænam dicantur actiones populares. 641
An actio popularis detur contra heredes. 642
Postquàm juratum est, actio denegatur. 652
Quamdiu actio vigorem obtinere debeat. 690
Quænam actio oriatur ex pacto retrovenditionis. 720
Actiones honorariæ quando finiantur. 743
Actiones utiles quænam sint. 846
An actio in duplum valet contra eum, qui filium familias corripuerit. 846
Utilis actio, quot modis accipiatur. ibid. & 847
Actio de pauperie quando competat. ibid.
Vulgares actiones quænam nominandæ veniant. 848

Actor.

Actor ad simplicem citationem non comparens, in expensas condemnatur. 170
Ad ulteriorem citationem non admittitur, nisi de comparendo imposterum in judicio cautionem dederit. ibid.
Actore contumace, sententia instantia Rei fieri potest de Jure Civ. licet nondum lis sit contestata. ibid.
Secus observatur in Camera. ibid. & p. 171
Actor, quibus modis secundum observationes Cameræ contra Reum contumacem procedere possit. 171
Contumaciter agens, quomodo coërcendus sit. 169
Contumaciter agens, quomodo & quando habeatur pro confesso. 171
An actor unam ex pluribus concurrentibus actionibus eligens, cæteris renunciasse censeatur. 240

Adul-

Adulterium.

Adulterii reus intra quinq; annos continuos à die criminis admissi, defuncta quoq; muliere postulari potest. 706

Adverbium.

Adverbium unde descendat. 5
Adverbiorum significatio quotuplex sit. ibid.
Adverbia generalia habent naturam qualificandi & informandi. ibid.
Adverbia generalem significationem habentia, in Jure nostro tenent locum formæ, & magis sonant quàm nomina. ibid.
Adverbia juncta verbo præsentis temporis, exponuntur in futurum. ibid.
Adverbia dispositionem suspendentia in aliquem futurum eventum faciunt conditionem, ibid.
Adverbia juncta tempori, intelliguntur secundum tempus, cui adjiciuntur. 6

Advocatus.

An & quatenus Advocatus petere possit salarium. 22
Advocatus promittens advocare usq; ad sententiam definitivam, non potest cogi præstare patrocinium, pro eodem pretio in judicio appellationis. ibid.
Quomodo Advocatus Adversario occurrere debeat. 46
An & quatenus Advocato fallaciis uti liceat. 53
Advocatus causam injustam ignoranter defendens, calumniosè non agit. 57
Modò non sit ignorantia crassa. ibid. vid. calumnia.
An & quatenus Advocatus cogi possit gratis inservire pauperibus. 307
An facto Advocati quis obligari possit. 780

Æger. Ægrè.

An ægrè se habens nuptias contrahere possit. 26
Ægrè se habens tutelæ gestionem recusare potest. 27
Æger justè dilationem impetrat. ibid.
Æger Jure Sax. nihil rectè alienare potest. ibid.

Ætas.

Cum pravitas idem sit ac malitia, quæritur, an in contrahendo matrimonio ætatem suppleat. 659

Alienatio. Alienare.

An & quatenus mulier alienare aut oppignorare possit. 18
Alienatio per interpositam personam facta dicitur clandestina. 79. in fin.
An res Ecclesiæ, urgente necessitate alienari possint. 98
Quousque procedat, ibid. in fin. pag. 99. & 100

Alimenta.

An maritus uxori à thoro & mensa separatæ alimentis prospicere debeat. 747

Annona.

An annonæ justum pretium statuere liceat. 63
An tempore annonæ civis cogi posset ad vendendum frumentum. 660

Annus.

Annus civilis quomodo numeretur. 74
Annus cæptus quando pro completo habeatur. 719
Quod post annum & diem fit, quandoque statim factum dicitur. 766
Utilis annus quis dicatur. 847

Apostoli.

Apostoli quando sint petendi. 748

Appellare. Appellatio.

Appellatio statim facta ab inferiore Judice ad superiorem an & quatenus subsistat. 119
Non appellare & incompetenter appellare paria sunt. ibid.
Appellatio facta ab Imperatore ad Status Imperii, an subsistat. 124
An ab Imperatore malè informato ad melius informandum competenter appelletur. 124 & 125
An in criminalibus licita sit appellatio. 181
An beneficio Appellationis partes renunciare possint. 283
An tutor à denunciatione appellari possit. 292
An à gravamine de futuro appellare liceat. 315
Appellatio ob quem finem introducta sit. 316
An à sententia arbitri possit appellari. 408
Quale tempus desertâ appellatione detur judicatis ad solvendum. 475
Appellatio vivâ voce prolatâ, ubi, quando & quomodo fieri debeat. 747, & 748
Inter quod tempus appellatio olim fieri debuerit. ibid.

Arestum.

Areftum.
An areftum in foro domicilii impetratum afficiat etiam bona immobilia alibi fita. 119.120.& 121
Arefti competens Judex quis fit. 10. in fin.
Arrogatio, Arrogatus.
Arrogatus fine caufa emancipatus aut exheredatus an quartam bonorum omnium, an portionis tantum ab inteftato debitæ accipiat. 669.
Auxilium.
Auxilium præbens raptori virginis, qua pœna afficiendus. 65
B.
Bannitus.
Bannitus deprehenfus in provincia alicujus Judicis an torturæ fubjiciendus fit. 69
Bannitus captivus fuper fuga & bannimento audiendus eft. ibid.
Bannitus ubique civiliter mortuus eft. 820
Barba.
Pro tondenda barba in Hifpania & Portugallia quotannis quis folvit quindecim ducatos. 63
Beneficium.
Socer an & quatenus gaudeat beneficio competentiæ ejus. 17
Quatenus competat Marito & Patri. ibid. Hoc beneficium quando ceffet. ibid.
Beneficia cujusdam alteri non debent effe damnofa. 88
Beneficium competentiæ an marito in repetitione dotis competat. 231
An Nobiles gaudeant beneficio competentiæ. 232
An beneficium hocce competat Doctoribus, Licentiatis & Clericis. ibid.
Beneficium datur propter officium. 434
Beneficia perfonalia an extendantur ultra perfonam. 625
In Ecclefia duo habens beneficia an etiam duas accipiat partes in diftributione. 711
Blasphemus, Blasphemia.
Quisnam blafphemus dicatur. 364
Blafphemia quando punienda. ibid.
Blasphemus quomodo Jure Sax. & Can. coercendus fit. 365
An blasphemos audientes ac diffimulantes nec ad Magiftratum deferentes à pœna fint immunes. ibid.

Bona.

Bona immobilia arrestari debent ubi sita sunt. 120
Bona immobilia quo tempore inter præsentes usucapiantur. 298
An & quando subditis bona sua auferri poßint. 661
Propria bona dici non possunt, quæ plus incommodi quam commodi habent. 679
Bona diversis ex partibus coacta an separationem patiantur. 742
Bona vacantia quænam dicantur. 815
Bona vacantia ad quem pertineant. ibid. & 816

C.

Calumniator, Calumnia, Calumniosè.

Calumniosè petenti hæreditatem, petitio denegatur. 54
Episcopum calumniosè accusantis pœna. 55
Calumniosè accusans quomodo puniendus. ibid.
Antiquitus calumniosè agens in judicio quo signo notatus sit. 56
Calumniosè appellans quomodo peccet & obligetur. ibid.
Advocati in officio suo calumniosè versantis pœna. ibid.
Calumniatores quâ pœna coërcendi. 270

Capitaliter.

Quinam dicantur capitaliter puniri. 59

Casus fortuitus.

An casus fortuitus à rem alienam detinente sit præstandus. 289
Res casu extincta cui pereat. ibid.

Cautio. Cavere.

An cautio quæ fieri debet satisdatò possit expediri per pignus, juramentum, &c. 731
Cautio usufructuaria quomodo fieri debeat. 732
An à testatore poßit remitti. ibid.
Pater ratione bonorum maternorum filiis cavere debet. ibid.
Cautio à tutoribus & curatoribus an & quat. exigatur. ibid.
An etiam cautio à tutoribus testamento vel ex inquisitione datis requiratur. 733
Interdum plus cautionis in re est quàm in persona. ibid.
An & qt. persona, quæ neque per se neq; per fidejussores cavere poßit, ad cautionem juratoriam sit admittenda. ibid.
Personæ Illustres an & quando ad hanc cautionem admittendi. ibid.

Causa,

Causa.

An causa pecuniaria apponatur criminali. 629
Causa pecuniaria infamiam secum trahens an criminalis sit. ibid.
Causa pia an in bonis debitorum tacitam habeant hypothecam. 631

Certum, Certò, Certius, Certè.

Certum quid dicatur. 71
Certò certius quid innuat. ibid.
Usus adverbii Certè quotuplex. ibid.

Cessio.

Cessio facta potentiori an & quatenus sit licita. 655

Chirographum.

An sola possessio chirographi inducat tacitum pactum. 785

Circumventio.

An & quando circumventio permittatur. 479

Citbtio.

Citatio in omnibus actibus præjudicialibus requiritur. 94.163
Sententia sine citatione publicata an valeat. ibid.
An & quomodo valeat in Camera Spirensi. ibid. in fin. & pag. 197
An reus præsens in foro teneatur respondeee, licet non præcesserit citatio. 167
Actor ad simplicem citationem non comparens in expensas condemnatur. 170
Omissa citatione totus processus redditur nullus. 197
An citatio sit actus jurisdictionis. 352
An obscuritas vitiet citationem. 531
Citatio quænam dicatur. 607
Citatio peremtoria quale tempus præfigat. ibid.

Clandestinitas. Clam. Clandestinè.

Clam faciens quisnam dicatur. 77
Clam utitur qui prohibitus utitur. ibid.
Clam possidens quisnam nominetur. 78
Factum coram duobus vel tribus testibus clam factum dicitur. ibid.
Quænam clam facta dicantur. 79
Omnia clam facta præsumuntur fraudulenta. 80
Quodnam dicatur clandestine factum. ibid.
Parentes sive Cognati interrogati, ubinam filius clandestinè se detineat, an

at, an indicare aut juramento ignominia se purgare teneantur pag. 83
An clandestinitas in re illicita arguat dolum. 589
An clam delinquens gravius puniatur, quam qui palam. ibid.

Clausula.

Clausula: Itzt als dann/und dann als itzt: *in mandato posita quid importet.* 719
Quaenam clausula in contractu praescriptionem impediat. 720

Clementia.

Clementia in Principibus pretiosa ac potentissima dos est. 84

Clericus.

Clerici ubi conveniri possint & debeant. 816. & 817.

Cognitio, Cognitionaliter.

Deficiente cognitione totum judicium redditur nullum. 128
Inter litigantes cognitionaliter judicandum. ibid.
Cognitio Pratoria nobilissima & utilissima est. 129
An & qt. cognitiones extraordinariae seu Pratoria possint mandari, & mandata jurisdictione transeant. ibid.
An majori cognitioni per minorem praejudicium fieri possit. 318

Concordia.

Concordia res parvae crescunt, discordia maxima dilabuntur. 140

Conductor.

An & quatenus conductor teneatur de incendio. 829. & 830.

Confessio.

An confessioni tormentis extortae fides habeatur. 310
An reus ex confessione suâ ad mortem sit condemnandus. ibid
An confessio per dolum facta obligetur. 311
Confessione suâ nemo potest facere delictum, nisi constet de corpore delicti. 687

Conjectura.

An naturalis conjectura praevaleat accidentali. 481

Conjunctio.

Quotuplex sit conjunctio. 148. & 149
Quid sit Conjunctio Realis, quid Verbalis, quid Mixta. 184
Conjunctio Juris Accrescendi fundamentum est. 149
vid. infr. tit. Ius Accrescendi.

Confe-

Conſequens. Conſequentia.

An conſequentia: illud non eſt verum, Ergò præcisè eſt falſum bona ſit. 270
Qui vult conſequens, debet etiam velle neceſſarium antecedens. 152
Regula hæc quomodo & quando procedat. ibid.
Quodnam dicatur conſequens. ibid.
An contra regulas juris receptum ad conſequentias ſit producendum. 561

Conſenſus.

Quotuplex ſit. 263
Mulier duplicem conſenſum præſtans, an juvetur SCto Vellej. 752
Quid ſit conſenſus tacitus. 779
An tacitus conſenſus ex ſolo ſilentio colligatur. 785
Nemo in id conſenſiſſe videtur, quo decipitur. 832

Conſilium.

Conſilium à Donello ad d. l. C. de reſc. vend. *venditori exhibitum, ſi nimirum adminiſtrationem res tempore contractus probare non poſſit.* 246

Conſularis vir.

An vir conſularis conſulari fœminæ ſit præferendus. 115
Quinam dicantur viri conſulares. ibid.

Conſuetudo.

Conſuetudo optima legum interpres eſt. 222
An & quatenus conſuetudo actum, deficientibus ſubſtantialibus reddat validum. 124
Quodnam tempus Dd. requirant ad introducendam conſuetudinẽ. 208
An hodie ad introducendam & probandam conſuetudinem decennii tempus requiratur. 209. 299
Conſuetudo optima legum & contractuum interpres eſt. 543

Contractus.

Contractus ab initio voluntatis, poſteà neceſſitatis eſt. 90. in med. & 414.
Contractus fundamentum eſt conſenſus. 140
An & quatenus contractus ſtricti juris dolo cauſati valeant. 217
An contractus ratione dubii eventus celebratus ſit licitus. 223

An ad forum contractus, si reum eo loco convenire velimus requiratur, ut inibi contractus reperiatur. 254
In dubio quilibet contractus censetur legitimè factus. 442
An & quando in contractibus innominatis pœnitentia locus sit. 414
An etiam in nominatis pœnitentia locum obtineat. ibid.
An detur contractus, qui non propriam sibi à lege attributam habeat naturam. 481
An contractus metu initus valeat. 500
Consensu contractum an contrahens contraria voluntatis adminiculo dissolvere possit. 505
Ex conventionibus & pactis legem accipit contractus. 615

Contrarium.

Cognito uno contrariorum cognoscitur & alterum. 101. 164
Quid sit contrarium. 164
Contraria an simul stare possint. 165
Contrariorum eadem est disciplina & pariformis ratio. 410

Contumacia. Contumax. Contumaciter.

Contumax non habetur Jure Civili, qui semel aut bis citatus est. 8. & 167
Pro contumaci habetur, qui malitiosè emanet. ibid.
Quot & quænam requirantur de Jur. Sax. ut quis contumax declaretur. ibid. 167 & 171
Contumaciter quomodo generaliter & specialiter sumatur. 166
Contumacia quotuplex sit. 167
An sola comparitio à contumacia excuset. ibid.
Quænam præcedere debeant, antequàm quis contumax declaretur, atq; pro contumaci habeatur. 167. 168. & 169.
An quis peti possit declarari contumax, nisi totus dies citationi insertus effluxerit. 168
Contumaciter agens, quomodo coercendus sit. 169
Contumacia actoris major est quàm rei. 170
Contumaciter agens an & quomodo habeatur pro confesso. 171
An contumacia sit delictum fictum vel verum. 172
vid. supr. Actor.

Conventio.

An conventio possit transire in aliud genus contractus, v. g. emphyteusin. 363.

An con-

An conventio inter partes, quæ contractui in pœna vicem g. Reukauff *certa summa pecuniæ adjicitur, si una pars recesserit, sit licita.* 415

Copulata.

Quandocunque plures copulativè requiruntur ad aliquid disponendum, an unius interventio sufficiat. 174

Creditor.

An Creditor contentus esse debeat, si debitor solvat particulatim. 37
Creditor pignoris servandi causa expensas necessarias intermittens, an conveniri possit. 98

Crimen.

De criminibus arcanè commissis cum altero transigi potest. 45
Quod tamen non extendendum ad adulterii crimen. ibid.
Criminis publici perpetrati coercitio ad quem spectet. 114
An in criminalibus atrocioribus jussus Domini excuset à pœna L. Aquil. 501
Crimina obsoleta an mereantur veniam aut mitiorem pœnam. 539
Res alienas occultans cujus criminis reus sit. 558
Quænam requirantur ad crimen raptus. 836

Criminaliter

Vide supra vocab. Actio.
Actio criminalis quando dicatur. 197
Requisita ut quis efficaciter criminaliter agere possit. ibid.
Criminalis causa præjudicat civili. 181
In criminalibus quænam requirantur probationes. 258

Culpa.

An lata culpa dolo comparetur in criminalibus, 438
Quænam sit lata culpa. 437. & 438
An gratis habitans in domo teneatur de incendio ex levissima culpa commisso. 308
De levi & levissima culpa nemo criminaliter agere potest. 80
Culpa levis præstanda, quamnam diligentiam exposcat. 200
Ubicunque præstatur levissima culpa, ibi quoque summa requiritur diligentia. 200
Ubi præstatur levis culpa, ibi ferè etiam levissima præstanda venit 201

Ignorantia regularum communium latæ æquiparatur culpæ. 718

D.

Damnum, Damnosè.

Damnum existimationis quid sit. 185

Damnum voluntatis. ibid.

Damnum facere quomodo in Jure nostro sumatur. 186

Damnum factum præsumitur ab inimico factum. 473

Debitor.

Debitor, manifestè convictus, provocans ad superiorem Judicem non auditur. 53

Vid. Impensæ.

Ubi competenter conveniri debeat. 109. 110

An Debitor obligetur, etiamsi dilucidè causam debendi non expresserit. 201

Debitor malitiosè solutionem retardans ad quid teneatur. 659

Quo tempore debitor, qui quamprimum poterit, reddere debitum promisit creditori, ad interesse obstrictus sit. 690

Debitum.

An pro debito civitatis teneatur is, qui tempore contractus nondum fuit civis. 645

Defensio.

An defensio sui ipsius sit licita. 454

Defensio contra Principem an & quatenus sit licita. 553

Ratio defensionis quando naturale rumpat vinculum. ibid.

Deflorata virgo.

vid. vocab. virgo.

Delinquens. Delictum.

Delictum puniri potest in foro domicilii, licet alibi sit perpetratum. 34. in fin.

Delicta clam commissa censentur graviora palàm facta. 81

Alterius delictum commissum clam penes se habens an & quatenus teneatur. 82. & 83

Quisnam delicti in confinibus commissi sit competens judex. 123

Reipublicæ interest ne delicta maneant impunita. 237

An locus aggravet delictum. 254. & 428

An

An delictum reiteratum aggravet pœnam. 378
An in delictis perpetratis locus sit pœnitentiæ. 415
An delicta cursu temporis præscripta cum novis ad aggravandam pœnam cumulari possint. 428
Ex mandato delinquentes delicto condigna expectent supplicia. 501
Quænam delicta quinquennii tollantur præscriptione. 540
In delicto semper attendendum, an de die an verò vesperè commissum sit. 745
An in delictis ubi pœna sanguinis irroganda venit, transactio licita sit. Vid. infr. Transactio.
An voluntariè delictum confitenti pœna remittenda sit. 844

Deportatus.

Deportatus à Principe clementer restitutus an & qt. famam & bona recuperet? 91

Die.

Quid de Jur. Civ. sit diem proferre. 745

Difficultas.

An difficultas excuset à mora. 199
An à pœna excuset. ibid.
An à perjurio. ibid.
An difficultas, quæ prævideri potuit, excuset. ibid.

Directè. Directò.

Quotupliciter sumatur. 202
Ubicunque directè & ex mente legis agi non potest, ibi agitur utiliter. 205
Quæ directè non conceduntur, quandoq; per consequentiam concedi dicuntur. ibid.

Disjunctim.

Eorum quæ disjunctim scripta, regulariter non utrumq; disjunctum, sed unum tantum requiritur. 207

Dispositio.

Dispositio generalis restringitur per specialem subsequentem. 299
Quænam dispositio sit odiosa. 561
Ubi cessat juris dispositio, ibi cessat dispositionis ratio. 631
Dispositio quando vacillet. 645

Divisio.

Divisio ipsa dicitur alienatio. 102
An, si duo conjuges ita testantur, ut post eorum mortem hæredes ab utraque parte æqualiter succedant, divisio sit facienda in capita aut stirpes. 382

Diuturnitas.

An diuturnitas temporis faciat præsumi consensum. 208
An diuturnitas faciat valere sententiã, licet de actis non constet. ibid.
An diuturni canonis solutio indicium faciat ad dominii præsumpti probationem. ibid.
An diuturnitas 10. annor. faciat præsumi solennitatem. ibid.

Dolus, Dolosè.

Dolus alius est bonus, alius malus. 214
An Cic. 3. Offic. dolum malum rectè definiat. ibid.
Dolus malus quotupliciter sumatur. 215
Definitio doli mali secundum Labeonem. ibid.
Quisnam dicatur dolosè agere. ibid. & 216
Rem dolosè petere. 216
Dolosè agens an ex suo dolo lucrum percipere possit. ibid.
An dolosè agenti jurammentum deferri possit. 217
Dolus dans causam contractui matrimoniali, an, & quatenus illum vitiet. 218. 219
Maritus ubi & quando doli mali exceptione se tueri possit. 842

Domicilium.

Ob belli pericula transferens familiam, an domicilium mutasse dicatur. 112
Fœmina prægnans civitatem aliquam obiter transiens, ibiq; partum edens, an acquirat domicilium originis. 505

Dominium.

Dominium directum ad quem spectet. 205
Dominium utile cui competat. ibid.
Quid in dominio principaliter attendi dicatur. ibid.
An & quatenus Vasallus abusiva investitura utile sibi acquirat dominium. 650

Domi-

Dominium in contractibus vel revocabiliter vel irrevocabiliter ad nos transit. 725

Dominus.

Dominus carnis à Domino Spiritus diversum imperat. 500

Donator. Donatio. Donatarius.

In donatione excedente 500. solidos requiritur autoritas Judicis. 16

Donatarius affabiliter se exhibere debet donatori. 32

Donatio remuneratoria an revocari possit. 312

An privatus donationem suam absq; causa revocare queat. 315

Clausula hac donationis instrumento inserta: ob ingratitudinem donatarii, donatio nullo modo revocari debet: an vinciat donantem quo minus revocationi locus sit. 401

An in donatione excedens 500. solidos insinuatione opus sit. 427

Quomodo corrigatur donatio propter nuptias si dos minor à nupta inferatur. 695

Donatio propter nuptias ultra quingentos solidos facta, an insinuatione opus habeat. 724

Donatio remuneratoria cur & quando fiat. 827

Dos.

An & quatenus Pater & Mater filiam dotare teneautur? 20. 21. & 188

Dotis & donationis constitutio aequè se habere debet. 30

Dotis vocabulum quotupliciter sumatur. ibid.

Quaenam dos dicatur congrua. 188

Quantam dotem stuprator stupratae virgini aut viduae honestae solvere debeat, si in matrimonium ducere nolit. ibid.

Quinq; pro centum in causa dotis promissae exigere licet. 706

Id quod tamen secus est, si maritus concessit dilationem ad solvendam dotem. ibid.

Dubium. Dubius. Dubiè. Dubitans.

Quisnam dubius dicatur. 222

Definitio dubii. ibid.

Dubiè posita quomodo & ex quibus declaranda. ibid.

Dubia res quomodo cognoscatur. ibid.

Dubie prolata quomodo intelligenda. ibid.

In dubio contra fiscum respondetur. 323

Dubio

Dubio existente quid eligendum. ibid.
In dubio quod minimum est, sequimur. 224
Actus dubius in meliorem partem est interpretandus. ibid.
In dubio quilibet præsumitur honestè vivere. ibid.
In dubio meliora semper sunt præsumenda. ibid.
An dubitans possit usucapere. 288
An dubitans sit in bona fide. ibid.
In dubio res magis præsumitur allodialis quàm feudalis. 452
In dubio quilibet licitè quid facere dicitur. 455

Duntaxat.

Particula hæc taxativa, exclusiva & restrictiva est. 226
An dictio hæc procedat in casibus singularibus. 227
An dictio hæc posita in statuto inducat correctionẽ alterius statuti. ib.
An procedat in casibus similem rationem habentibus. ibid.
An particula hæc taxativa jure taxato apposita quid operetur. ibid.
An procedat quoad ex consuetudine provenientia. 228
An ad personas hæredum extendi possit. ibid.
Particula hæc taxativa adjecto pacto reddit illud personale. ibid.

E.

Ebrius.

Ebrius & jejunus quomodo differunt. 39
An in ebrio sit recta ratio. ibid.
An testimonium ab ebrio factum valeat. ibid.
An immodicè ebrius ordinaria homicidii pœna puniatur ob commissum homicidium. ibid. & 740.
Ebrius & Ebriosus quomodo differant. 740

Egregiè. Egregia persona.

Quænam personæ egregiè se gerere dicantur. 234
An personæ egregiæ gaudeant privilegiis. ibid.
An egregiæ personæ in Electorat. Sax. loco publico jurare teneantur. 235
Quænam sint & dicantur egregiæ personæ. ibid.
An illustris & egregia persona Sereniss. Dom. Sax. non subjecta per procuratorem jurare possit. 237

Electio. Electus. Elector.

Electio à majori parte facta, legitima facta dicitur. 139
An, cæteris disparibus, trium Electorum vota habens dicatur concorditer electus. ibid.

Emptor. Emens. Emptio.

An emptor pro re, decem aureos valente, sedecim persolvens, agere possit. 63
An emens equum retrogredientem à venditore pretium repetere possit. Aff. de Jur. Civil. 73
Secus reperitur in Jur. Saxon. ibid.
Quousq; extendendum. ibid. in fin.
Res ex alterius pecunia empta ad quem spectet. 105
An ab emptione contracta cum solo filio in re peculiari possit recedi per pactum cum solo patre initum. 504

Emphyteuta.

Emphyteuta justo tempore canonem non solvens an à Domino propria autoritate possit expelli. 362
Emphyteuta solutione die destinato omissa, ad quod teneatur. 746
An Emphyteuta obligatus sit annuum censum offerre ad ædes Domini. 747

Emphyteusis.

Emphyteusis Ecclesiastica quamdiu concedatur. 623

Equus.

Vid. supr. Emtor.
An propter infirmitatem impetum equorum haud sustinens culpæ reus sit. 398
An emens equum retrogredientem à venditore pretium repetere possit. Aff. de J. C. 33
Secus reperitur in J. Sax. ibid.
An emens equum ephippio, habenis, freno & aliis decoratum, omnia emisse præsumatur, & sic accessorium cedat suo principali 580

Error.

An error jus faciat. 108
An error grammaticus vitiet instrumentum. 306
An & quando error Advocati parti litiganti noceat. 386

Exceptio.

An & quando exceptio evidens opponenda sit. 258
Exceptio dilatoria ob- & subreptionis cui opponatur. 516
Exceptiones peremptoriæ quando debeant opponi. 609
Fidejussor an & quando Creditori exceptionem prorogationis objicere possit. 715
An exceptio simulationis instrumento simulatè confecto opponi possit. 754
Exceptio solutionis quando opponi debeat. 766
Exceptiones dilatoriæ Jure civili diversis & distinctis terminis opponi possunt. 7
Reus omnes exceptiones dilatorias in primo termino non opponens, postea allegans de Jure Sax. non auditur. ibid.
Maritus ubi & quando doli mali exceptione se tueri possit. 842

Exclusio.

Exclusio fœminæ donec extant masculi, an sit perpetua exclusio. 220
An fœmina semel per masculum exclusa semper exclusa dicenda sit. 741

Exemplum.

An exempla restringant. 299

Exheredatio.

An solæ causæ in Novell. 115. c. 3. ad liberorum exheredationem sufficiant. 795

Expensæ.

Vid. infra Impensa.

Expressum. Expressè.

Quot modis quid dicatur expressum. 263
Expressum cui opponatur. ibid.
Expressè fieri multa prohibentur, quæ tacitè admittuntur. ibid.
An & qt. expressa noceant. ibid. in f.

Extraordinariè. Extraordinarium.

Magistratus quando extraordinariè cognoscere dicatur. 267
An fiscus ratione collectarum extraordinariè aliis Creditoribus expressam hypothecam anteriorem habentibus præferendus sit. 267. & 268
Quando Magistratus extraordinariè coercere dicatur. ibid.

F.

Facinorosus.

Facinorosum per aliquot dies clam retinens, postmodum Magistratui indicans, an criminis de receptatoribus reus sit? pag. 82
An Magistratus facinorosis reis pœnam mortis clementer remittere possit. 85

Facultas.

An Facultas in genere concessa ad feuda sub se comprehendat specialia, in quibus de non succedendo ab Imperatore dispositum est. pag. 300

Fallaciter.

Fallaciter accusare quinam dicantur. 269
Pœna olim fallaciter accusantium quænam fuerit. ibid.

Falsum. Falsitas. Falsò. Falsè.

Quid sit falsitas. 270
An ad falsitatem propriè & strictè sic dictam requiratur dolus. ibid.
Falsitas quot modis committatur. 271
Falsum an & quot modis negotiis inter vivos inferatur. 272. 273. 274. & 275
Falsum quomodo & quando committatur in persona. 267
An falsi teneatur excudens monetam sine privilegio, in debita tamen moneta & pondere. 278

Fama.

An obscœnis verbis & cantilenis fama alicujus attentetur. 526

Familiaris. Familiariter.

Quisnam verè dicatur familiaris. 297
Familiares & domestici an & quomodo differant. ibid.
An familiares & domestici possint esse testes. 280

Fatalia. Fataliter.

An Fatalia interponendæ appellationis pactis litigantium possint prorogari. 282
Fatalia an concurrant pauperi, & qt. ibid.

Feudum. Dominus Feudi.

Dominus feudi an Vasalli sit judex ordinarius an extraordinarius. 69

An feudum ex pacto & providentia sine causa illorum, quorum interest, legari possit. 243
An vasallus ob ingratitudinem feudo privari possit. 400
Procreatus à parentibus, qui sponsalia quidem inivêre, sed fortè propter mortem alterius, nuptias non celebrârunt, an in feudo succedat. 445
Nati ex parentibus, qui nuptias bona fide per errorem contraxerunt, an pro legitimis habeantur, & in feudo succedant. ibid.
Feudum personalissimum quando praestandum. 710
An ad haeredes transeat. ibid.
Quid sit feudum Soldata & in quo consistat. 711

Fidejussor.

Dicens: promitto tibi decem pro Titio, erit fidejussor non principalis debitor. 673
Fidejussor an & quando receptionem prorogationis Creditori objicere possit. 713

Fideicommissum.

Quibus verbis fideicommissa relinquantur. 509. & 510

Filius.

Filii per subsequens matrimonium legitimati, quo tempore legitimi facti censeantur. 262
An filii naturales ad successionem admittendi. 295
Filii naturales quinam dicantur. 480
An & quatenus filii obedire debeant parentibus. 500. & 523

Filiusfamilias.

An filiusfamilias SCto Macedoniano pro se introducto renunciare possit. 284
An stare possit in judicio absque licentia patris. 367
An filiusfamilias tantùm de bonis castrensibus testari possit. 797

Fiscus.

Per quodnam tempus excludatur à persecutione bonorum vacantium. 589
Res fisco delata 40. annis praescribuntur. ibid.

Forum.

vid. Competenter.

Quænam personæ in foro contractus non possint conveniri. 112
Forum domicilii generale est omnibus causis tractandis. 112. & 120
Filiusfamilias quamdiu apud Patrem est, ipsius sortitur forum. ibid.
Ampl. Nec discessu amittit, modo servat animum revertendi. ibid.
Subditus legitimè citatus, si alterius jurisdictionis esse cœperit, an jus revocandi forum habeat. 722
Quodnam sit forum competens in actione reali & personali. 121
In quo foro de possessione feudi competenter agatur. 125
Ad forum contractus, si reum convenire velimus, an contractus inibi repertus, requiratur. 254
Milites quod sortiantur forum. 817

Frequens. Frequenter.

Ut aliquid frequenter fieri dicatur, quot requirantur vices. 291

Fructus.

Fructus pendentes quâ ratione dicantur pars fundi. 334
Vocabulum fructus quotupliciter sumatur. 436
Fructus quomodo dicantur maturi. 462
Malæ fidei possessor fructus omnes revocabiliter percipit. 325

Frumentum.

Frumentum ignoranter in solo alieno satum, cuinam cedat. 152

Fur. Furtum. Furtivè.

An rei exiguæ committatur furtum. 261
An res è navi ejectas occupans furtivè eas detinere dicatur. 203
Quot sint species furum. 371
Fur quando laquei pœna afficiendus. 424
Furtum manifestum quodnam dicatur. 461

Furiosus.

Furioso 25. ann. minore an Tutor constituendus ut furioso, an verò ut minori.

G.

Gemelli.

Si gemelli editi sunt, quinam prior natus dicatur. 771. & 772

Generaliter.

Generaliter dicta, generaliter intelligenda. 296
Variè limit. ibid. & seqq.

Gratia. Gratiosè.

An promissio gratiæ liberationis Reo à Judice facta, ad hoc, ut confiteatur, sit valida. 309
Quodnam gratiosè factum dicatur. ibid.
An gratiosa efficiantur de Justitia. 311
Gratiosè concessa an ad exemplum trahenda. 313
Gratiosè introductum an in alterius odium retorquendum sit. ibid.

Gravatè. Gravamen.

An causa ad Judicem, qui semel gravavit, sit remittenda. 316
Gravamen irreparabile an habeat paratam executionem. 317
An gravaminis necessario exprimendi omissio pariat nullitatem appellationis. ibid.
Gravatus in uno an relevandus in altero. ibid.

Grex. Gregatim.

Quotnam oves & porci gregem constituere dicantur. 319
Grege ovium legato, si totus deinde grex ad unam pervenisset, an illa debeatur. ibid.
An grex substitutis aliis capitibus substantiam mutet. 320
Si cui usufructus gregis legatus sit, an etiam in demortuarum pecudum locum debeat summittere. ibid.
An grex in mutuum deduci & ad numerum dari possit. 321

H.

Habilitas.

Quodnam tempus requiratur ad habilitatem instituti sub conditione, ut succedat in testamento. 323

Hæres. Hæreditas. Hæreditatis aditio.

Hæreditatem calumniose petenti, hereditas denegatur. 54
vid. calumnia.
An hæres teneatur præstare res non existentes in hæreditate. 70
Hæres conditionaliter institutus, an pro instituto sit habendus. 143
Hæreditas quotuplex sit. 202
Hæreditatis aditio facta directè simpliciter magis operatur, quam aditio obliqua. 202
Hæres alius dicitur directè alius obliquè institutus. 203
An, si mater & filius naufragio perierunt, hæreditas matris aut filii hæredibus competat. 211.

Jus hæredis quo tempore inspiciendum sit. 324
Hæres occultans res hæreditarias quomodo coërcendus. 560
Hæredes sui quomodo instituendi sint. 683
Qui semel hæres est, nunquam hæres esse desinit. 735
An puella dote contenta hæreditatem sibi obventuram repudiare possit. 736
Hæres propter adeundam hæreditatem judicem consulens an sibi præjudicet. 775
Hæres adeundo hæreditatem tatitè se obligat ad solvenda debita. 785
An omissa quadam solennitate in testamento in conscientiæ foro hæres ab intestato veniens obligetur scripto hæredi hæreditatem restituere & legata præstare. 804
Quænam hæreditas vacans dicatur. 813
Hæres voluntarius & necessarius sibi invicem opponuntur. 844

Homagium.

An sit testimonium subjectionis. 346
An homagium tàm quoad bona, quàm quoad personas omnimodam requirat subjectionem. 349
Homagii divisio in Reale & Personale *an valeat.* 348. & 349

Homicidium.

Qualiter pupillus committens homicidium puniri debeat. 686

Honestus. Honestè.

Factum honestè quodnam dicatur. 330
Quinam propriè dicantur honesti. ibid.
Honestus præsumtionem pro se habet, quod nihil dolo faciat. 331
An omne licitum sit honestum. ibid. & p. 454
Honestum quotuplex sit. 332

Hostis.

An liceat hostem debellare per stratagemata. 312
An hostem veneno è medio tollere licitum sit. ibid.
Quinam sub appellatione hostium veniant. 332. & 333
An Princeps fidem hosti datam servare debeat. ibid.
An hostium sepulchra impunè violari possint. ibid.

Hypotheca.

Hypotheca generalis simpliciter talis an sub se comprehendat nomina & actiones. 300

An si

An si debitor tacente creditore distrahat hypothecam, Creditor tacitè consentire dicatur. 781
Quænam personæ tacitam dicantur habere hypothecam. 786
An hypotheca prior tacita præferatur expressæ posteriori. 787

I.

Ibi.

Dictio hæc quomodo accipiatur in interdicto unde vi. 336

Idoneus. Idoneè. Idoneitas.

Idoneè cavere quis dicatur. 336
Idoneus in jure civili accipitur pro locuplete. ibid.
An in criminalibus non nisi idoneus ad probationem admittatur. 338
Idoneus de Jure Can. quisnam dicatur. ibid.
Ad idonei probationem quænam requirantur. ibid.
Idoneitas ex quo consideretur. ibid.

Illicò.

Verbum Illicò *quid importet.* 341
Sumitur pro spatio trium dierum. ibid.

Immediatus. Immediatè. Immedietas.

Quænam bona immediatè Imperio subjecta dicantur. 340
An immediati in Imperio dentur cives, qui tamen non sunt Status Imperii. ibid.
An sola immedietas sufficiat ad constituendum Imperii statum. ibid.
An argumentum: Est immediatus E. non est status: valeat. 343
An Comites, Barones & Nobiles S.R. Imperio immediatè subjecti, vel domicilium in alicujus Electoris vel Principis Territorio, sortientes, simulq; in quadam Provincia Saxon. feuda habentes, illaq; vel ipsi vel per alios possidentes, tam in realibus quam personalibus actionibus coram Judico Aulico & Curiali conveniri possint. ibid.

Immunitas.

An & quatenus tria onera tutelæ vel curæ non affectata, nec defunctoriè suscepta, immunitatem largiantur à quarta. 192

Impensæ.

Impensæ in ægrotum factæ præ omnibus debitis solvendæ sunt. 28
Impensæ immodicæ secundum nudam Creditoris assertionem à Debitore præstitæ, an moderandæ veniant. 72

Expen-

Expensarum moderatio in favorem victi introducta est. ibid.
Impensas in rem factas an raptor aut fur repetere possit? p. 97. & 98. in pr.
Vid. vocab. Creditor.
An venditor emtori rem restituenti impensas refundere teneatur? p. 107.
Actor ad simplicem citationem non comparens in expensas condemnatur. p. 170
Itidem Reus. ibid.
An impensæ studiorum collationi subjiciantur. p. 368
Quanam Impensæ dicantur utiles. p. 846

Imperator.

An & quatenus Imperator privilegium immunitatis à collectis Turcicis concedere possit. p. 87. & 88

Impersonaliter. Impersonalis locutio.

Impersonaliter prolatum quando quid dicatur. 359
Impersonalis locutionis solutio cui incumbat. 360
Impersonalis locutio vitiat actum. ibid.
An & quatenus hæc regula procedat. ibid.

Impotens. Impotenter. Impotentia.

Quot modi sint Impotentiæ. 369
Impotens quis dicatur. ibid.
Impotentia viri unde cognoscenda. 371

Improbus. Improbè.

Quando quis improbè agere dicatur. 371
An pignus distrahens oblato sibi debito pretio dicatur improbus. ibid.

Incestus. Incestuosus.

In linea recta incestum committens qua pœna plectendus. 390
An in pœna incestus habenda sit differentia sexus. ibid.
An incestus in linea recta contrarietur Juri Gentium. 390
In Collateralibus & Affinibus incestum committentibus quænam pœna infligenda. 391

Incitatus. Incitatè.

Incitatus ad rem illicitam an ordinaria pœna afficiendus. 385

Incontinenti.

Quando pacta in continenti contractui adjecta censeantur. 385

Vocab. Incontinenti pro subjecta materia variè accipitur. 386
An uti injuriam realem in continenti, ita quoq; verbalem retorquere licitum sit. 387. & 388
Probatio quomodo more Sax. in continenti fieri dicatur. 767

Indebitè. Indebitum.

Quidnam in genere dicatur indebitè. 391
Quid specialiter. ibid.
Specialiter indebitum quotuplex sit. ibid.
Quid sit indebitum civiliter & naturaliter tantùm. 391. & 392
Indebitum quando condici possit. 392

Indignus. Indignè.

Indignus quis dicatur. 395
An necem defuncti haut vindicans, nec à sententia contra defunctum lata appellans, reddatur indignus. 395

Indulgentia.

Indulgentia & gratia Principis quomodo differant inter se. p. 91. & 92

Infamis. Infamia.

Semel infamis, semper infamis. 737
Limit. ibid.
Nec Princeps infamiam facti tollere potest. ibid.

Infirmus. Infirmitas.

Infirmus citatus & non comparens, an excusandus. 398
Sententia lata contra infirmum an subsistat. ibid.
Infirmitas causa est quæ absentem habet pro præsente. ibid.

Ingratitudo. Ingratus.

Ingratitudo à Bernhardo definita. 399
An ingratitudo rescindat emancipationem. ibid.
An ob eandem revocari possit donatio. 400
An ob ingratitudinem Vasallus feudo privari possit. ibid.
Prælatus & Episcopus quando dicatur ingratus. 401

Inimicus. Inimicitia.

Inimicitia quotuplex sit. 401
Quisnam pro capitali inimico sit habendus. 402
An inimicitiæ capitales excusent à tutela. 403

An ob ejusmodi inimicitiam ortam inter testatorem & legatarium legatum revocari possit. ibid.
Inimicus an testari possit. 404

Injuriatus. Injuria. Injuriarum actio.

Injuriatus quando actionem injuriarum instituere debeat. p. 12
Injuria scripta Jure Civili nunquam praescribitur. p. 12
Injuria in loco honorifico, sacro vel publico an gravius coërceatur. 255. & 256
An injuria remissa censeatur, si quis in periculo vitae constitutus veniam per Sacerdotem in templo precatus sit. 265
Actio injuriarum an abolita sit, si post injuriam illatam injuriatus sacra Synaxi usus fuerit. 266
Impunita injuria quaenam nominetur. 376
An uti injuriam realem in continenti, ita quoq; verbalem retorquere licitum sit. 387. & 388
Quisnam dicatur injuria affectus. 404
Injuria sumitur pro dolo & culpa, pro ignominia & contumelia. 405
Injuria quotuplex sit. 406
Sacerdos è suggestu in alterius contumeliam verba injuriosa evomens, an teneatur injuriarum. ibid.
In genere verba injuriosa evomens, benè tamen conscius quem feriri velit, an injuriarum ab aliquo qui se gravatum esse putat conveniri possit. 510
An opifici obscoenis verbis & cantilenis contumelia vel injuria affectato opificii exercitium interdici possit. 526
Injuriarum agi non potest nisi appareat reum injuriandi animum habuisse. 765
Suspicio injuriarum an & quomodo cesset in consanguineis. ibid.
Si mandato tuo alicui injuria facta sit, quisnam injuriarum teneatur. 790
Plinius duo coelestis injuriae genera recenset. 832. & 833
Volenti non fit injuria. 843

Injustè. Injustitia.

An injustè agens continuò sit injustus. 430

Instrumentum.

An lineæ in instrumento absq; autoritate cancellatim ductæ scripturam vitient? 58
Instrumentum retorsionis in continenti factum an subsistat. 388
Instrumentum obligationis ab alio scriptum subscribens an & quatenus excipere possit se obligari pluris quam intendisset, nec ad omnia teneri. 506
An Instrumentum à Notario obscurè factum valeat. 532
Instrumentum fraudulenter occultans quâ pœna teneatur. 558
Vid. infr. Originaliter.
Instrumentum simulatè confectum an & quatenus nominetur instrumentum. 754

Intercessio.

An & quatenus mulier efficaciter pro aliis intercedere possit. 243

Inventarium.

Quænam requirantur ad Inventarii confectionem. 33
An in confectione inventariorum pressè ac per notas scribendũ sit. 666

Investitura. Investitus. Simultaneè.

Investitura cui deneganda. 286
An per investituram abusivam utile dominium transferatur in Vasallum. 650
Ex duobus abusivè investitis quisnam præferatur. ibid.
Simultanea investitura quænam dicatur. 755
Investitura simultanea opponitur singulari. ibid.
Quid sit singularis. ibid.
Plures simultaneè investiti an in capita an verò in stirpes succedant. 756
Rationes ob quas cessat simultanea investitura. vid. ibid.
An quis investituræ simultaneæ per epistolam & apud acta renunciare possit, & an renunciatio sit valida. 757

Iterum. Iteratè. Iteratio.

Pro quibus vicibus accipiatur. 424
Voc. Iterum: quomodo interpretandum sit. 425
Iterata simplicibus semper sunt fortiora. ibid.
An mulier per iteratam cautionem excidat beneficio SCti Macedoniani. 426

Iterata confessio extrajudicialis an præjudicet. 426
An iterata conjectura plenè probent. 427
Consensus iteratus operatur tantum, quantum juramentum. ibid.
An iteratio actuum aggravet pœnam. 728

Judex.

Judex antequam sententiam fert, præcisè & abscisè de causa cognoscere debet. 15
Pars susurrans cum Judice, reddit eundem suspectum. 84
An judex domicilii contra eum qui alibi deliquit competenter procedere possit? 114
An judex domicilii alterius Judicis jurisdictioni præjudicare possit? 120
Quisnam dicatur arresti competens Judex. 120
An judex suspectus planè removendus, an verò alius Ordinarius illi adjungendus. 128
An judex secundum acta & probata an verò secundum conscientiam judicare debeat? ibid.
Judex quomodo & quando corruptus dicatur. 177
Sententia Judicis corrupti habetur pro nulla ibid.
An Judex teneatur pauperibus justitiam gratis administrare. 307
An Judex inferior possit abrogare lege superioris. 378
An & quatenus Judex mercedem obtinere, sportulasq; exigere possit si partes transegerint. 433
An judex possit dari invitis. 738
Si Mævius & Titius uterq; merum haberet imperium & corporis occisi pars altera in Mævii, altera in Titii fundo jaceret, quisnam sit competens Judex. 818

Judicium.

Ad judicium constituendum maximè requiritur cognitio. 128
Quotnam Judicii strictè sic dicti partes esse debeant. ibid.
Qua de causa judicium suscipiatur. ibid.
Judicii fundamentum est litis contestatio. 157
Judicium quando dicatur incipere. 158 in f.
Judicium vel est criminale vel civile. 79
Judiciorum exercitium superioritatis signum est. 352

An duæ diversæ causæ in eodem judicio conventione & reconventione, simultaneè ventilari possint. 757
Quænam Judicia Romanis tacita dicta fuere. 780

Juramentum. Jurare.

Neganti matrimonium, si adsunt conjecturæ, juramentum purgationis imponi potest. 107
Et hoc præstito vel à stuprata remisso, ad consummationem matrimonii nemo cogitur. ibid.
Quod tamen evitare potest, suscepta in se probatione. ibid.
Deficiente probatione juramentum impositum adhuc præstare tenetur. ibid. in fin.
In causa pendente jurans, de cætero nihil impetrare, excludit se omni tempore. 186
An dolosè agenti juramentum deferri possit. 217
An cognoscenti virginem juramentum purgationis deferri possit. 223
Egregiæ personæ in Electorat. Sax. in loco publico jurare non tenentur. 235
An etiam hoc privilegium ad criminalia extendendum. 236
An Procurator speciale mandatum habens juramentum in animam mandantis præstare possit. 237
Procedit de Jure Civil. & Canon. ibid.
An textus in Landrecht. *lib. 1, art. 46. v.* wo es aber. *sub se comprehendat illustres personas.* 238
Quando dicatur formiter jurari. 287
An juramentum dolo factum liget. 311
Jurans ex actione inficiendo crescente, aliquid sibi deberi, quid acquirat. 317
Juramentum purgationis quando locum inveniat. 511
Postquam juratum est actio denegatur. 652
An juramentũ ex conventione partium delatum possit retractari. 653

Juramentum fidelitatis.

Si plures sunt defuncti Vasalli filii anne fidelitatis juramentum omnes præstare teneantur. 286
An juramentum fidelitatis à Domino feudi remitti possit. ibid.
Juramentum fidelitatis Vasallorum, an differat à juramento homagii subditorum. 497.

Juris-

Jurisdictio.

Omnimoda Jurisdictio quid requirat. 348
Jurisdictio territorialis & omnimoda subjectio in quibusnam actibus consistat. 349. 350. 351. & 352
An par in parem possit habere jurisdictionem. 496
Concessa omnimoda jurisdictione, quid videatur concessum. 566

Jus.

Quaenam requirantur ut quis in alieno fundo sibi firmum acquirat jus? 35
An & quatenus mulieri in bonis defuncti mariti pro dotalitio competat jus retentionis. 103
Jus retractus in bonis venditis an & qt. conjugibus competat? 104
Quisnam admittatur ad jus retractus. ibid. in fin.
In jure nostro nihil est sine controversia. 165
Quomodo Prætor dicatur convenienter jus reddere. 172
Jura vigilantibus scripta sunt. 218. & 831
Jus positum est in causa & ex re constituitur. 230
Jus suum quæsitum nemini auferri debet. 238
An stricti juris ratio magis quam æquitas & justitia spectanda sit. 248
An liberi parentes in jus vocare queant. 367
Jus naturale an proprie in bruta cadat. 679
Jus non potest constare, nisi per Jurisperitum quotidiè in melius producatur. 711
Subditus legitimè citatus, si alterius postmodum Jurisdictionis esse cœperit, an jus revocandi forum habeat. 722
Quod jus & boni mores introduxerunt, contra illud conventiones hominum non valent. 845
Jus non scriptum quomodo introducatur. ibid.
Jus strictum non semper urgendum est. 846

Jus Accrescendi.

Juris Accrescendi fundamentum quodnam sit. 149
Jus Accrescendi ubi & quando locum inveniat. ibid.

Jus aggratiandi.

Quibus juribus jus aggratiandi annumeretur. 376
In quibusnam causis jus aggratiandi præprimis locum inveniat. 377

Jusjuran-

Jusjurandum.

An ex jurejurando nova detur actio. 287

Jusjurandum ex conventione partium delatum, speciem transactionis habet. 653

Jus retractus.

Inter quod tempus jus retractus consanguineis competat. 781

An consanguineus jus retractus perdat, si intra statutum tempus extraneus emptor sese offerat, consanguineus verò præsens ad hoc taceat. ibid.

L.

Labor.

Omnis labor optat præmium. p. 433

Ne quis fraudetur suis laboribus naturalis ratio dictat. ibid.

Unicuiq; labor suus proficere debet. ibid.

Cessante labore an etiam cessare debeat præmium laboris. ibid.

Landsassius.

Quid sit Landsassius. p. 345. & 347. in med.

An Landsassius etiam invitus teneatur parere statutis & ordinationibus Principis sui. p. 351

Læsio. Læsus enormiter, ultra dimidium.

Quisnam dicatur enormiter læsus. p. 245

Quid sit Læsio enormis. ibid.

Quomodo probanda. ibid & 246

An emtor enormiter læsus ad rescindendam venditionem uti possit beneficio l. 2. C. de rescind. vend. p. 246. in fin. & 247

An etiam hujus legis beneficio verum pretium sciens minoris tamen vendens gaudeat. ibid.

An enormiter læsi etiam in aliis contractibus præter emtionis venditionis gaudeant. d. l. 2. beneficio. 248

Enormiter læsus an in contractibus stricti juris à beneficio d. l. 2. excludatur. ibid.

An transigens enormiter læsus rescissionem transactionis petere possit. 249

Enormiter læso quænam actio competat. 250

Læsus ultra dimidium ad quid agere possit. 668

Lega-

Legatum.

Legatum an posſit relinqui annuatim. pag. 44
Legatum annuum quomodo differat à debito annuo. ibid.
Aurei legati ſi non ſunt in hæreditate, an ab hærede præſtandi. 07
Legatum ubi competenter peti posſit. 113
Legata qualiter olim fuerint relicta. 203
An falſæ cauſæ adjectio vitiet legatum purum. 253
Vis legati unde dependeat. 254
An in legato ad pias cauſas detractio Falcidiæ ſimpliciter ceſſet. 369
Legatum quando revocari posſit. 403
Legata quibusnam verbis relinqui debeant. 509
Legatâ paratâ pecunia an etiam nomina legata cenſeantur. 590
Si Legato adjecta eſt conditio perplexa, quæritur, an habeatur pro non ſcripta. 623
An legatum ad pias cauſas poſtponatur legitimæ liberorum, p 630
An in legato ad pias cauſas generali debeatur melius. ibid.
Legata ad pias cauſas an in imperfecto teſtamento valeant. 631
An conditio pietati contraria vitiet legatum. ibid.
Quotidiano victu legato, num etiam veniant veſtimenta. 711
An eadem quantitas eidem perſonæ aliquoties legata, toties quoq; debeatur. 714
Legatum ad pias cauſas, ſi ea ceſſante ad alios convertatur, uſus, an posſit revocari. 725
Legata tacitè & expreſſè auferri poſſunt. 788
Legata quando utiliter relicta cenſeantur. 848
An etiam res aliena utiliter legetur. ibid

Legatus.

Legati dicuntur ſancti. pag. 420
An Legatus repræſentet perſonam mittentis. 421
An Legatus habeat jus revocandi domum. 722
Principis Legatum violans committit crimen læſæ Majeſtatis. 834

Legitimatus. Legitimatio. Legitimè.

Legitimatio facta per reſcriptum vel ſubſequens matrimonium reſcindi nequit. 8

Per subsequens matrimonium legitimati, quo tempore censeantur legitimi facti. 262. 443
Legitimè nati quinam dicantur. 443
Legitimati an gaudeant jure legitimorum. ibid.
An & quatenus Legitimati habeant jus succedendi ab intestato. 444
Legitimati per Rescriptum Principis & Legitimati per subsequens matrimonium in quo differant. 444.445
An legitimatio per subsequens matrimonium tollat maculam spurii. 373

Legitima.

An liberorum legitima gravari possit. 315
Ob quam causam legata non imputentur in legitimam. 381
An filius in legitima tantum institutus querelam inofficiosi instituere possit. 382
Legitima quomodo definiatur. 445
Legitima qualiter olim fuerit, & quomodo hodiè obtineat. 446
Legitima quomodo debeatur. 683

Leuteratio.

Leuteratio serò facta perit. p 747
Leuteratio quando interponi debeat. ibid.
Ad Leuterationis prosecutionem quodnam tempus requiratur. ibid.

Lex.

Quinam teneantur ex Lege Julia de vi publ. 834 *l.34.pr. Mand. & l. 11 pr. de R.C. concilientur. p 668. concillatur. §.34. de R.V. cum l 33. de R.V.* 667
Conciliatio L.1.C. de offic. militar. Judic. & l 68. D. d R. V. 571
An de Legibus, an secundum ipsas judicandum sit. 532
Lex 2 ff. de injust rupt. irrit. testam. quomodo explicanda. 322
Lex 1. C. de SS. Eccles. quomodo intelligenda. ibid.
Beneficium L.2.C. de resc. vend quibusnam competat. 246 247. 248
Legum civilium applicatio & explicatio secundum quid facienda. 230
Virtutis leges quænam sint. 833
Lex dum an judici in pronunciando simpliciter servanda, an verò ex æquitate corrigenda sit. 229
Leges dubiæ quomodo resolvendæ. 222
Lex 3. sub fin. ff. de distract. pign. de quonam agat. 197. in f.

Lex debet restringi ad possibilia. 173
Legibus convenienter vivere quisnam dicatur. ibid.
An in jure civili dentur legum repugnantiæ. 165
Lex ambigua quotnam capiat interpretationes. 42
Contra leges factum pro imperfecto habetur. 100
Legibus non exemplis judicandum est. 125

Lex Aquilia.

Ramos ex arbore dejiciendo damnum dans, an & quatenus teneatur ex L. Aquilia. 49
Faciens quid jussu alterius, contra quem detur actio L. Aquil. 501
An lex posterior generalis deroget priori speciali. 648

Libellus.

Libellus articulatim conceptus de Jure Civ. sustinetur. 46
Qui tamen Jure Sax. est ipso jure nullus, adeò ut Judex ex officio illum rejicere poßit. ibid.
An ante vel post Litis C. libellum mutare liceat. 158
An & quatenus plures actiones in uno libello comprehendi queant. 183
An in libellis impropriationi locus sit. 375
Quinam libelli conscriptionum legitimè ordinati dicantur. 42
Libello legitimè non concepto an accusatus absolvatur ab instantia Judicis. ibid.
An ad formam libelli criminalis necessariò conclusio requiratur 343
An obscuritatis vitium vitiet libellum. 531

Liberi.

Qualis cotra liberos extremè obstinatos processus. p. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. & 552.

Libertas.

Libertas an in personis aut rebus magis præsumenda. 452
An libertas excludat legis vel superioris vi jurisdictionis competentem potestatem. 453

Licentiatus.

An & quomodo Licentiati æquiparentur Doctoribus. p. 562

Licitum.

An necesßitas illicitum faciat licitum. 554
In dubio quilibet licitè quid facere dicitur. ibid.

Lis.

Lis non potest finiri, nisi prius suscepta causæ cognition. 128
Licet sit contestata. ibid.

Litis contestatio.

Est fundamentum judicii. 157
Omissa vitiat processum & sententiam jure reddit nullam. ibid.
Secundum Rotam est Juris publici. ibid.
Quomodo fieri soleat. ibid.

Locatio.

In locatione sterilitas cum fertilitate compensanda est. 90. in f.
Locatio conductio cum emtione venditione secundũ quid comparatur. 670

Locus.

An locus aggravet delictum. 254

Lucrum.

Vid. quæstus.

M.

Magistratus.

An Magistratui justum pretium annonæ statuere liceat? vid. supra *vocab. Facinorosus. & Extraordinariè.*
An & quatenus Magistratus præscribens iniqua tolerandus sit. 496

Majestas.

Quid in Republica requiratur, ut quis gaudeat majestate. 364
An qui in æquali fœdere juncti alterius populi majestatem observanter habere & conservare jussi sunt, suam ipsorum Majestatem salvam retineant. 538

Major. Majorennis.

Major factus si quinto abhinc anno non revocaverit alienationem bonorum immobilium sine decreto factam, postea non auditur. 11

Malus. Malum.

An facienda mala, ut eveniant bona. 311
Semel malus semper præsumitur talis. 735

Mandans. Mandatarius. Mandatum.

An mandans cæsim ferire teneatur ex L. Cornel. de Sic. si punctim aliquem occiderit. 49

Manda-

Mandatis Principum & Parentum concurrentibus, cuinam cedenda sit praecedentia. 498
An & quatenus mandatis illicitis parendum sit. 501

Manifestum.

Quomodo definiatur. 460
Idem quandoq; est quod notorium. ibid.
Manifestum crimen quodnam dicatur. 461.

Maritus.

An & quatenus maritus censeatur permansisse in eodem matrimonio. 562
An maritus in testamento, ubi uxor heres instituta, possit esse testis. 308

Matrimonium.

vid. supr. Juramentum.
Matrimonium deflorata, virginem se simulante, initũ, an subsistat. 219
An mulieres scenicæ matrimonium legitimè contrahere possint. 225
An subsequens Parentum ratihabitio matrimonium filiorum retrò faciat legitimum. 262
Matrimonium vinculo consensus legitimo modo semel celebratum, si pars pœniteat, an ante consummationem rescindi queat. 486
Liberi à parentibus metu, non reverentiali, adacti, ut in matrimonium consentiant, an promissis stare teneantur. 499. 500
An particularis in religione dissensus matrimonio sit impedimento. 956
Cum pravitas idem sit ac malitia, quæritur, an in contrahendo matrimonio ætatem suppleat. 659
Quousque proximè conjuncti matrimonium inter se contrahere possint. 681

Maxime.

Variam hujus vocis acceptionem vide. 263. 364

Medicus.

Medicus Imperitus, cujus culpa æger moritur, quanam pœnâ afficiendus sit. 439
Medici & Chirurgi super puncto criminali vel civili testimonium dicturi, an jurare cogi possint. 617

Meretrix.

An à meretrice possit repeti, quod ei datum est. 665

Miles.

Miles & bellicosus quomodo differant. 47
Miles potest liberrimè testari, liberrimè hæredem instituere, liberrimè substituere. 48
Miles non potest constitui fidejussor. ibid.

Minor.

An minori furioso tutor constituendus ut minori, an verò ut furioso. 793
Minor non potest adoptare majorem. 18
Minor an & quomodo sine curatoris consensu obligetur. 76
Minor in integrum restitutus, an emptori sumptus in rem factos restituere cogatur. 107
Minor veniam ætatis impetrans, an validè possit contrahere. 233
An minor contra contractum, post impetratam ætatis veniam, celebratum possit restitui in integrum. ibid.
An verò contra ipsam veniæ impetrationem. ibid.
An minori ex re modica detur restitutio. 473

Minus.

Minus solvisse quando quis dicatur. 40
Minus quandoque sumitur pro magis. ibid.
An cui minus non liceat, liceat majus. ibid.

Modus Impossibilis.

Modo Impossibili quot modis dicatur fieri. 142

Mora.

An difficultas excusat à mora. 199

Morbus.

Morbus & vitium quomodo differant. 839
Quid sit morbus. ibid.

Mors violenta.

Quando in bello aut ruina domus, parentes cum liberis simul violenta morte pereunt, quæritur, quinam prius periisse dicendi sint. 752

Mulier.

Mulier quamdiu parere dicatur. 771
vid. infr. uxor.
An mulier renunciare possit SCto Vellejano. 284

Mutus.

Murus.

Muri civitatis sancti dicuntur. 703
Muros civitatis transgrediens quâ pœnâ coërcendus sit. ibid.

Mutus.

Mutus & surdus quomodo differunt. 47

Mutuum.

In pane quoq; mutuum consistere potest. 694
Unus nummus mutuò dari potest. 695

N.

Necessitas.

Quænam Necessitas præcisa dicatur. 660
An exigente summa necessitate contra jura ordinaria quid sit statuendum. ibid.
In Necessitate an leges observandæ. 661
An in casu Necessitatis subditis bona auferri possint. ibid.
An ob præcisam necessitatem & utilitatem publicam aliquid statui possit contra honestatem. ibid.

Nobilis.

Nobilis crimen committens non punitur mitiùs, quàm homo abjectè se habens. 14
An Nobili concessum sit exercere mercaturam. 303. & 596
An Nobilis privilegio suæ nobilitatis renunciare possit. ibid.

Nuptiæ.

Nuptiæ iteratæ intelliguntur, non tantum secundæ, tertiæ, sed & quartæ & ulteriores. 10
Nuptias qui contrahit cum uxore ex linea adscendente, descendente vel transversali proxima, absurdè facit. 18
Quomodo puniendus sit is, qui contra honestatem & prohibitionem nuptias contrahit. ibid.
Cur in Pomponii aliorumq; JCtorum responsis nuptiarum nomine primæ tantum nuptiæ, non etiam secundæ significentur. 224
Nuptiæ nefariæ & incestæ quænam vocentur. 388
Nuptiæ in quibusnam gradibus non sint licitæ ibid. & 389
Quænam nuptiæ appellentur indignæ. 395

O.

Obedire. Obedientia.

Obedientia ultra aram non est extendenda. 503
An obedientia præsumtiva elidat præsumtionem contumaciæ. ibid.
An obedientia præscribatur activè, an verò passivè. ibid.

Oblatio.

Quænam oblatio solenniter facta dicatur. 759
Omissio solennitatum quid in oblatione arguat. ibid.
Quænam requirantur ad justam & perfectam oblationem. ibid. & 760
An nuda oblatione usurarum sistatur cursus. 762

Obligatio.

Obligatio quomodo civiliter & naturaliter tollatur. 75
Omnis obligatio personalis est. 121
Quænam actio sequatur fundum & ejus possessorem. ibid.
An pupillus absq; tutoris auctoritate institorem præponens oblig. 231
An puberes sine curatorum autoritate efficaciter obligari possint. 233
An & quatenus mulier obligari possit. 245
In nova obligatione expressus debet adesse novandi animus. 264
An & quatenus defunctus bona sui heredis obligare possit.
Obligatio naturalis quando solvi dicatur. 479
An subditi fortius obligentur Principi quam Vasalli Domino. 497
Quidnam obligationem tollat. 542
An & quando conditionis adjectio vitiet obligationem. 772
An in obligationis novatione sufficiat, si nova saltim mentio facta sit, ut pristina censeatur sublata. 783
Utilis obligatio quænam sit. 846.

Ob- & Subreptitiè.

Ob- & Subreptionis exceptio quibus opponatur. 516
Ob- & Subreptionis magis insimulantur rescripta gratiæ quam justitiæ. 517
Obreptio an præsumatur, an verò probanda veniat. 518
Ob- & Subreptionis probatio animi incumbat. ibid.
Principis Rescriptum ob- & subreptitiè impetratum, an interveniente exceptione infirmetur in totum, an in tantum, in quantum commissum mendacium. 519

Ob & Subreptio à Principe non est insolita. 521
Exceptio ob- & subreptitionis quando non obtineat. ibid.
An sublatis per Rescriptum Principis omnibus exceptionibus, etiam ob- & subreptionis exceptio sublata censeatur. 522
An exceptio ob- & subreptionis dilatoria in vim peremptoriæ possit opponi. ibid.
Ob- & Subreptionis exceptio vitiat tantum circa decisiva, non circa narrativa & accidentalia. ibid.

Obscurus. Obscurè. Obscuritas.

An obscuritas vitiet citationem. 531
An obscuritatis vitium annullet libellum. ibid.
Probationes obscuræ quid probent. ibid.
An obscura testis responsio admittatur. ibid.
Obscurè respondere & nihil respondere in jure paria sunt. ibid.
Articuli probatoriales obscuri improbantur. ibid.
Obscuritas quomodo & contra quem interpretanda sit. 533
Obscurè respondens nunquam habetur pro confesso. 534
Concessio obscura de quibus intelligenda. ibid.

Occidens, Occisor.

Utrum pater quævis machinans adversus patriam à filio impunè occidi possit. 369

Occultus. Occulte. Occultare.

Quodnam occultè geri dicatur. 554
De occultis non judicat Ecclesia. 555
Quænam crimina dicantur occulta. ibid.
Res alienas occultans cujus criminis reus sit. 558
Occultans debitorem alicujus quomodo teneatur. ibid.
Occultans Instrumenta publica cujus criminis reus sit. ibid.
Occultans verum in quod crimen incidat. 559
Occultans facinorosum ut pœnæ subtrahat quomodo puniendus. ibid.
Hæres occultans res hæreditarias qua pœnâ afficiendus. 560

Officialis. Officium.

Officialis ex publico electus an officiũ suum per aliũ exercere queat. 396
An executores testamentorum ad hæredes transmittere possint officium. ibid.

Negligens officium beneficium non debet percipere. 434
An procedat in bene emeritis & veteranis. ibid.

Omnis. Omne.

Qui omne dicit, nihil quod sub eo intelligi potest, excludit. 565

Onus.

Duplici onere nemo facilè gravari debet. 229
An onera fundo legato postea imposita onerent fructuarium. 646.

Opinio.

Communis Dd. opinio an & quatenus vim legis obtineat. 108
Opiniones novas tenens imperitus judicatur. ibid.
Judex communem opinionem singulari adhærendo omittens quomodo teneatur. ibid.
A commmuni opinione quando recedendum. ibid.
Opinio verior an à veritate & ratione potius, quam autoritate Doctorum sit metienda. ibid.
Quandoque plus valet, quod in veritate est, quam quod in opinione, & vicissim. 694.

Oratio.

Oratio indefinita an æquipolleat universali. 392
Quomodo & quando æquipolleat. 393 & 394
Ubi & quando fallat. ibid.

Ordo.

Quot sint ordines succedentium. 194
Singulâ ordinum classes in quatuor membra distributa sunt. 696.

Originale. Originaliter.

Instrumenta quando originaliter dicantur producta. 576
An instrumentum semel originaliter productum iterum produci peti possit. 577
Quid juris si originale fuerit deperditum. ibid.
An in electione & receptione Apparitorum sacra probatoria in exemplo an vero in Authentico & Originali debeant offerri. 579
Quisnam locus dicatur alicujus originalis. 580.

P.

Pactum.

Pacta dotalia condita, etiamsi reciprocam vim habent, iterum revocari queunt. p. 7
Pacta ambigua quomodo declaranda. 41
An pactum de retrovendendo transeat ad hæredes. 228
Pacta quando in continenti adjecta dicantur contractui 385
Quænam actio oriatur ex pacto nudo iterato de eadem re interposito. 426
Pactæ quænam dicantur legitima. 447
Pacta inæqualitatem inducentia odiosa sunt. 561
Quænam pacta nominentur perfecta. 611.
An sola personæ expressio reddat pactum personale 625
Quodnam pactum dicatur personale. ibid.
An pactum rei principalis personale prosit fidejussori. 626
Pacta posteriora an mutent priora. 649
An pacto retrovenditionis possit præscribi. 720
Quænam actio oriatur ex pacto retrovenditionis. ibid.
In quo differat à contractu pignoratitio. ibid.
An dentur pacta tacita. 785
Tale pactum: Profiteor te non deberi: an in personam directum sit. 823

Parricidium.

Parricidium committens præter immissionem in culeum, ustulatione ferri candentis punitur. 7

Parrus.

An partus monstrosus proficiat matri ad jus trium liberorum. 281
Quinam partus dicatur legitimus, 447

Pater.

Patris persona semper honesta & sancta videri debet filio. 367
Licet sit abjectæ conditionis. ibid.

Patientia.

Patientia in judicialibus ac extrajudicialibus instar consensus & mandati est. 599
Patienta cum scientia conjuncta quid arguat. ibid.
An patientia prædecessoris vergat in detrimentum successoris. 600
An patientia uxoris marito operetur consensum. 601. & 781

Patria potestas.

Patria potestas in quodam consistere debeat. 368

Pecunia.

Quænam pecunia rectè data dicatur. 717

Pecunia reddi debet in eadem qualitate & bonitate, qua erat tempore contractus. 761

Pecunia quænam vacua appelletur. 814

Peremptoriè.

Vid. supra voc. Citatio.

Quænam citatio salutetur peremptoria. 607

An Peremptorium contra pupillum indefensum habeat vires. 610

Perjurus.

Semel perjurus semper perjurus & ad juramenti præstationem nunquam admittendus. 736

Perjurus ipso jure infamis fit. 737

Periculum.

An, si periculum in mora est, à regulis juris communis sit recedendum. 121

Periculum in se recipiens, an etiam casus fortuitos recepisse censeatur. 614

An & quando periculum sit penes emtorem. 615

Perpetuo.

Tò perpetuo intelligitur ad dies vitæ. 693

Pictura.

An tabula cedat. 667

Pignus.

An & qt. pignora de Jur. Sax. distrahi soleant. 198

In pignore ad quod creditor obligetur. 827

Pluspetitio.

Pluspetens an & quousq; evitare possit pœnam. 640

Rem petens cum interesse & fructibus postea indebitis, an incidat in pœnam plus petitionis. ibid.

An plus petere prohibitus ex bonis testatoris ab aliis submoveatur, quæ non sunt testatoris. ibid.

Posses-

Possessio. Possidere.
Possessio civiliter in animo & cogitatione retinetur. 75
Possessio civilis & naturalis quomodo differant? ibid.
Possessio clandestina non prodest. 78
Licet Principis rescripto sit munita. ibid.
Possessio rei mobilis & immobilis quamdiu durare debeat? 161
Quando interrupta dicatur. ibid.
Possessionis continuatio ubi locum habeat. 162
De possessione dubitans, an possideat. 222
Quinam dicatur justè possidere. 429
Naturaliter possidere quinam dicatur. 478
Possessioni naturali opponitur civilis. ibid.
In possessione momentanea an solius judicis informationi standum sit. 769
Ex primo decreto in possessionem missus an perpetuò duraturam consequatur possessionem. ibid.
An possessio momentanea sit modici prajudicii. 770
Nulla possessio tam modica est, si de ea disceptatur, quæ non alii posset creare præjudicium. ibid.
Beati possidentes, & possessor semper melioris conditionis est. ibid.
Naturalis & corporalis possessio sæpè causa est proprietatis. ibid.
Possessio vacua quando dicatur. 812. & 813
Quando animo possidere dicamur. ibid.
Quot modis possessio vacua fieri dicatur. 813
Possessor vitiosus quinam dicatur. 839

Possessor bonæ fidei.
Quamdiu fructus bona fide percipere dicatur. 726

Possessor malæ fidei.
Malæ fidei possessor, impensas commodè adhibitas, an & quatenus repetere & opposita exceptione rem retinere possit. 97
Vid. supra Impensæ.
An malæ fidei possessor præscribat. 720
Malæ fidei possessor omnes fructus percipit revocabiliter. 745

Posterius.
Posteriora derogant prioribus. 647
Pacta posteriora mutant priora. 646

Ubi, & quando non procedat hoc brocardicum. 650

Pœna.

Filius patrem crimini obnoxium occultans, an incidat in pœnam de receptat. 367
Pœnæ delicto commensurandæ sunt. 390
Domini vel parentes quamnam pœnam luant, si liberos aut servos in obscœnitate compellant. 523. 524. 525. & 526
Pœna Lenonum de jure novissimo. 524. & 525
Plus petens an & quomodo evitare possit pœnam. 640
Pœna pecuniaria, jus populi temerè intervertere audentis, cui adjudicanda. 642
Pœnæ potius sunt molliendæ quàm exasperandæ. 657
Terminos statutos dolo malo movens qua pæna de Jur. Civil. & Sax. afficiendus sit. 707
An Princeps pœnam capitalem remittere possit. 741
An voluntariè confitenti pœna remittenda sit. 844
An pœna mitiganda, si delinquens voluntariè confessus fuerit. 844
Pœnam corporalem & simul pecuniariam nemo ferre debet. 23
An pœna ejus, qui delatorem corrupit, ad hæredes transeat. 51
Conspirantes cum latronibus dolo malo fovens, quâ pœna afficiendus sit. 82
Pœna, antequàm dictetur, quænam præcedere debeant. 114
Mater ab initio liberorum tutrix esse denegans, vel suscepta tutela ad secunda vota transiens, liberisq; tutores haud petens, quomodo coercenda. 191
An gravior pœna irrogetur illi, qui ita quendam vulneravit, ut signum vulneris evidenter remaneat. 260
Pœna fallaciter accusantis quænam sit. 269
Falsam monetam cudens quomodo puniendus. 256. & 267
Quænam pœna statuta sit in eos, qui arbores furtim succidunt. 249

Pœna falsi.

Quænam olim in servos & in liberos fuerit. 271
Pœna falsi quænam regulariter de Jur. Civil. & Saxon hodiè sit. ibid.
Pœna falsi in personam commissi quænam sit, 276
An radens monetam justum pondus excedentem incurrat pœnam falsi. 278

Peritus

Peritus per verbum Credo *falsum deponẽs, an teneatur pœna falsi.* 617

Potestas Principis,

Princeps nullis à se latis sanctionibus tenetur. 15

Princeps absolutè regnans, an & quat. tempore urgentis necessimtis, subditos ad aliquid cogere possit, quod aliàs libertatis eorũ est. ibid.

An & quatenus Princeps delicta lege divina severè prohibita remittere possit. 86. in fin.

An Princeps delicta, quibus lege divinâ certa pœna statuta non est, remittere possit. 87. 377

vid. supr. Imperator.

An sit solius Principis inter jus & æquitatem inspicere: 229

An Principi conveniat, concessa auferre. 315

Princeps inhabilem promovendo an præsumatur dispensare. 327

An Principum placita legis potestatem obtineant. 351

An Princeps in extremæ necessitatis casu in locum probæ monetæ aliud quid substituere, valoremq; imponere possit. 418

An Princeps beneficium præscriptionis facinoroso intercipere queat. 542

Pravitas.

An pravitas suppleat ætatem in contrahendo matrimonio. 659

Pravitatis suæ nemo capere debet prœmium. ibid.

Precario. Precarium.

Quid sit. 662

Precarii quinque sunt requisita. ibid.

Quam actionem precarium pariat. 663

Si rustici dicant se operas aliquandiu precario præstitisse, Dominus vero suo jure se illas exegisse asserat, cui in dubio probatio adjudicari debeat. ibid.

Precarium quando revocari possit. 664

In precario dolus & lata culpa solùm præstantur. ibid.

Precarium an sit contractus innominatus. ibid.

Prælegatum.

Vid. Præcipuũm.

Præcisè, Præcisius.

Quot modis sumatur. 660

Præcisa

Præcisa necessitas quid possit. vid. necessitas.

Præcipuè. Præcipuum.

Quid notet, & unde ducatur. 561
Præcipuum quid sit. ibid.
An hæres fiduciarius portionem suam restituere rogatus, & prælegatum & præcipuum restituere debeat. 662

Prætor.

Prætor quando jus convenienter reddere dicatur. 172. & 173
Prætoris factum juri derogare nequit. ibid.

Præscriptio.

Quot Jure Sax. sint præscriptionis species. 209
Jure Lubecensi quomodo res præscribantur. 210
Præscriptio quomodo in Hollandia observetur. ibid.
In Zelandia quomodo? ibid. vid. infr. Tempus.
Quænam delicta quinquennii tollantur præscriptione. 540
Præscriptio ipso jure tollit obligationem. 542
An princeps præscriptionis beneficium facinoroso intercipere possit. ib.
An ad actionem civilem extendi possit præscriptio. 543
Vicenaria præscriptio in crimine occulto an currat à tempore commissi delicti, an scientia judicis. 556
Præscriptio an currat agere non valenti. ibid.
Verba. Perpetuo Teneatur: Instrumento inserta an præcludant viam præscriptioni. 620
An & quatenus in promissione apponatur verbum quandocunque vel perpetuo, currat præscriptio. 693
Quadriennii præscriptio ubi locum habeat. 698
An actus meræ facultatis præscribi possint. 701
An pacto retrovenditionis possit præscribi. 720
An malæ fidei possessor præscribat. ibid.
Infinitatem continentia non sunt præscriptibilia. ibid.
Quænam clausula in contractu impediat præscriptionem. ibid.
In præscriptione sæpissimè tempus à momento currit in momentũ. 746

Præsumtio.

Præsumtio an à præsenti in præteritum, aut à præterito ad præsens sumenda sit. 246

Præ-

Præsumtio quid sit. 657
Quatenus verum sit ex factis negativis seu non factis sumi posse præsumtionem. 702

Preces.

Definiuntur. 665
De quibus rebus institui possint. ibid.
Quivis preces offerre potest, & servus. ibid.
An contra sententiam supremi Senatus liceat preces offerre. ibid.

Pretium. Pretiose. Pretiosus.

Pretiosiora in conjunctis non considerantur; sed quid accessionis loco est. 667
Pretium quid sit. ibid.
Pretium ex re vendita potest in mutuum converti. 668
Læsus ultra dimidium justi pretii agere potest. ibid.
Quale Pretium in jure retractus offerri debeat. 669
Quid sit justum pretium. ibid.
Pretii non numerati exceptio locum obtinet contra Brief und Siegel. 670
Pretium in locatione conductione consistit in qualibet re fungibili. ib.

Pridie.

Est priori die. 670
Pridie cal. Jan. magistratus nec jus dicere, nec sui potestatem facere consueverunt. ibid.

Primogenitus. Primogenitura.

An filius Electoris vel Regis ante dignitatem Parentis genitus sit alteri in ipsa dignitate genito præferendus. 671
Primogenitus ex propria persona succedit. ibid.
Pater testando in jure primogenituræ legibus aut consuetudinibus roborato primogenito præjudicare non potest. ibid.
Primogenituram constituens censetur propria & naturalia ejus constituisse. ib.
Quæ sit natura primogenituræ. ibid.

Principaliter.

Notat primario &c. 672
Sublato principali tollitur accessorium. ibid.

Posito falso principali quæ colliguntur vera non sunt. ib.
Si aliquid principaliter agatur & actui certo pœna adjiciatur, censetur cum conditione adjecta esse. ibid.

Principium. Principio.

Principio significat primum. 673
Potissima pars est principium. ib.
Principia justi sunt vel ordinaria, vel extraordinaria, vel singularia. ib.
Singularium decem adseruntur ex quibus ratio reddi potest eorum quæ in jure constituta sunt. 674
Hæc singularia principia maxime sunt attendenda. ib.

Privilegiatus. Privilegium.

An & quatenus Princeps privilegium semel concessum revocare queat? 89. 90. & 91. vid. supra. Princeps.
Privilegium in remunerationem datum propriè non dicitur donatio. ib. inf.
Concessio privilegiorum ad instar quid operetur. 409
An confirmatis privilegiis alicujus intelligantur etiam confirmata privilegia illius instar alteri concessa? 410
Privilegia magis restringenda quam extendenda sunt. ibid.
An Privilegiatus contra æquè privilegiatum privilegio suo uti possit. 411
An privilegia nemini nocentia contra jus tamen impetrata valeant. ib.
Privilegium revocabile perpetuò à Principe concessum an & quo tempore expiret. 621
An si Academiæ cuidam sint concessa privilegia prout concessa antea fuerunt antiquiori universitati, hæc autem priora privilegia fuerint postea immutata, anne & posteriora hoc ipso mutata censeantur. 680
Spira in duo milliaria & Norinberga ad unum habent privilegium ne exstruatur satalitium aliquod. 681
An si privilegia ab Imperatore alicui concederentur, veluti majoribus concessa fuere, majoribus autem nunquam concessa fuissent, actus hic subsistat. 750

Prioritas. Prius.

Cur prioritas creditorum introducta sit. 674

Quis

Quis creditorum tempore prior dicatur. ibid.

Probabilitas. Probabiliter.

Probabiliter idem est ac præsumtive. 675
Naturalia semper probabiliter adsunt. ibid.
Probabile est rem in statu pristino existere. ibid.
Probabilitas tendere debet in partem meliorem. ibid.

Probatio.

Si dubium occurrit de voluntate Testatoris quæritur an hæredi an verò legatario incumbat onus probandi. 714
Probatio quomodo à Dd. dividatur. 739
Quid sit probatio plena quid semiplena. ibid.
Distinctio in plenam & semiplenam probationem dicitur Magistralis. ibid.
Semiplena probatio ubi locum inveniat. ibid.
In probatione quæ per testes fit intervallum requiritur. 766
In antiquis difficilis est probatio. 252
In difficili probatione verba enunciativè posita adversus tertium quoque notant. ibid.
Probatio evidens an possit induci per conjecturas. 258
Quænam requirantur probationes in criminalibus. ibid.
An etiam præsumtiva admittatur. ibid.
Probationes inartificiales quænam vocentur. 382
Probatio per juramentum quando admittatur. 472
Probationes obscuræ an & quando probent. ib.
Quomodo probetur negativa, quæ regulariter probari non potest. 685.

Processus.

An sententiam in causa conclusivè ferre sit de substantia processus. 137
An causæ parvæ remittendæ sint ad processum ordinarium. 473
Qualis processus contra liberos extremè obstinatos. 545.

Proclamatio.

Proclamatio absque dispensatione Consistorii omitti aut contrahi nequit. 9
Proclamatione trina facta nullum impedimentum ulterius matrimonio consummando objici potest. ibid.

Procurator.

Procurator alicujus bona alienare & in alium transferre potest. 36

Procurator jussus à Domino legum violare præcepta, an venia dignus sit. 503

Procuratori in judicio agenti non contradicens, an rem ratam habiturus credatur. 780

Procurator voluntarius quis dicatur. 843

Prodigus. Prodige.

Prodige quid notet. 675

Prodigus quid sit. ib.

Cui bonis interdictum est dicitur in jure prodigus. 676

Prodigalitas facit locum sequestrationi. ibid.

Quid requiratur ut aliquis prodigus dicatur. ib.

An decreto magistratus opus sit, ut aliquis prodigus dicatur. ibid.

An pro prodigo habeatur cui bonis interdictum qui tamen prodigus non est. 677

Prodigi quatenus obligentur. ibid.

Prodigus sine consensu curatoris contrahens, an naturaliter obligetur. ibid.

Quodnam sit officium curatoris prodigi. 678.

Prohibitio.

Prohibitio duplex quid operetur. 732

Prohibitio alia est hominis, alia legis. ibid.

Promissio. Promittere.

In omni promissione modicum & superfluum excluditur. 72

Propriè.

Quid denotet, cui opponatur, quis ejus sit usus. 678

Quomodo differat à vocabulis non impropriè, non propriè seu impropriè. 679

Protestatio.

An frequens in libellis protestatio: Mit Vorbehalt sich zu keinen überflüssigen Beweißthumb zu verbinden: *inanis debeat censeri.* 379

Protestatio super iis in potestate hominis non consistentibus quid operetur. 379

Provocans. Provocatus.

Provoca-

Provocatus Provocantem occidens an ordinariæ homicidii pœnæ obnoxius sit. 50

Proximitas. Proximè.

Quid proxime denotet. 681
Proximitatis effectus recensentur. ibid.

Publicè.

Quid significet & quot modis in jure accipiatur. 682

Q.

Quæstus, Quæstuosissimè.

Adverbium hoc exponitur. 584
An quæstum s. lucrum ludendo comparatum à victore possit repetere ille qui perdidit. ibid.

Qualitas, Qualiter.

Quomodo accipiatur hoc adverbium qualiter. 685
Qualitatem probare qui vult debet prius probare substantiam. 687
Qualitas juncta verbo secundum quod tempus intelligatur. ibid.
Quatenus qualitas in uno posita in altero censeatur repetita. ibid.
Sine subjecto qualitas esse non potest. 688
Si duæ qualitates in uno subjecto concurrant quænam attendenda. ib.
Qualitates tendentes ad diversum effectum, item quando absurdum inde resultat, copulative concurrere non debent. ibid.
Agens vigore legis vel statuti debet probare se habere qualitatem, quæ exigitur in lege vel statuto, ibid.
Qualitates quæ continentur in termino relato, censentur expositæ etiam in referente. ibid.
Qualitatem probare debet is qui eadem se fundat. ibid.
Qualitas demonstrat intentionem agentis. 689
Qualitas nova adjecta feudo illud facit novum censeri. ibid.
Bonorum qualitas consideratur juxta titulum quē habeant actores. ib.
Qualitas præsumta probata censetur quando contrarium ejus non probatur. ibid.
Qualitas cum actu si eam lex simul requirat probari debet. ibid.

Quandocunque.

Est vocabulum indefinitum & nullo temporis termino includitur. 692
Limitatur secundum naturam actus cui attribuitur. ibid.

Respondet clausula: Zu was für Zeiten es wolle/über kurtz oder lang. 693
Tò Quandocunq; intelligitur ad dies vitæ. ibid.

Quandoque.

Hujus natura & usus exponitur. 693. & seq.

Quantitas, Quantum.

Quantum refertur ad numerum &c. 694
Quandoq; non tam corpus qvam quantitas in corpore latens spectatur. ibid.
An in sola pecunia numerata consistat quantitas. 695
Nummus etiam unus quantitatem recipit. ibid.
Quantitatis certæ condemnatio quænam sit. 695
An eadem quantitas eidem personæ toties debeatur, quoties legata fuit. 714

Qvarto, Quartum, Quarta.

Quarto & quartum an differant. 696.
An & qt. quarta debeatur uxori. 697
An liberi instituti & fideicommisso gravati tam Trebellianicam quam legitimam quartam deducere possint. 698

Quasi.

Hujus natura & usus latè exponitur. 696

Quasi possessio.

Quasi possessio quid sit. 697
Quot actus requirantur ad constituendam qs. possessionem. ibid.
Hæc probatur per usum 30 dierum. ibid.
Quasi possessio fraternitatis an causetur tractatione & nominatione fratris. ibid.
Quasi possessio filiationis quomodo probetur. ibid.
Quasi possessio an posit acquiri ex actibus mere voluntariis per præscriptionem immemorialem. 701
Quasi possessio juris patronatus una præsentatione acquiri potest. ibid.

Quasi Contractus. Quasi delictum.

Quasi contractuum & qs. delictorum an plures species sint, quam quæ in integr: t. Inst. de Oblig. quæ ex qs. contractu & qs. delict. 701
Quasi contractus quinam nominentur. 702

Quasi delicta quaenam? ibid.

Quatenus.

Est particula relativa & varie accipitur. 702

Quemadmodum.

Est adverbium similitudinis, cujus diversa acceptio & usus exponitur. (703

Quietatio.

Habet vim solutionis. 704
Est stricti juris. ibid.
Quietatio an etiam incognita & ignorata auferat. ibid.
Ad ad non cogitata & futura extendatur. ibid.
An possidens duo quietationis instrumenta ejusdem summa eodem loco & tempore facta praesumatur bis solvisse. ibid.
Qualibet etiam generalis & geminata quietatio restringitur, ut civilem & justum recipiat intellectum. ibid.
In dubio generalis quietatio non debet extendi ad ea, ex quibus potest esse captio. ibid.

Quinquennalis.

Literae quinquennales s. moratoriae quibus mercatoribus concedantur. 705
An inducias quinquennales à principe impetrans, ad usuras interim teneatur. ibid.
Quousque hoc privilegium extendatur. 706

R.

Raptor. Rapiens.

Raptor virginis quae poena afficiendus sit. 64.
Quousq; extendenda. ibid. in fin.
An raptor virginis castè viventis, deprehensus in crimine flagranti, à tutoribus impunè occidi possit? 65
An & qt. rapiens virginem eam postmodum in matrimonium ducere possit? ibid. in fin. & p. 66
Vid. supra Auxilium.
Virginem honestam vi rapiens, quomodo puniendus. 836

Ratio.

Ubi eadem ratio, ibi eadem juris dispositio. 742
Simplex ratio in jure non tantùm obligat, quantum duplex. 751

Rectè.

Rectè & Ritè quomodo differant. 717

Reconventio.

An reconventioni detur locus in criminalibus. 181

Quomodo definiatur. 757

Reconventio quando de Jur. Sax. admittenda. ib.

Reditus.

Debiti annui reditus pecunia parentis empti, quorum commoda & alienare & transmittere possunt filii hæredibus, imputantur eis in legitimam. 44

Possidens annuos præstandos reditus, immunis est à satisdatione. 45

Regulæ Juris.

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter concessurus: an & quatenus procedat. 300

Generaliter dicta generaliter sunt intelligenda. 296

Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ judicio salvæ permanent. 541

Non potest sibi blandiri de extraordinario auxilio, cui communi & ordinario prospectum. 574

In contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis plenissima interpretatio facienda. 634

Plus cautionis in re est quam in persona. 641

Regula hæc: Jura debent constitui in his quæ ut plurimum, non quæ rarò accidunt; an & quatenus procedat. 715

Regulam pro se habens fundatam censetur habere intentionem. 718

Ignorantia regularum legumque communium lata culpa est. ibid.

Semel malus semper præsumitur talis. 735

Quousque procedat. ibid.

Res ex pluribus causis debita semel mea effecta, non potest amplius mea fieri. ibid.

Limit. multis modis. ibid.

Semel hæres nunquam desinit esse hæres. ibid.

Quod semel placuit amplius displicere nequit. ibid.

Quod semel repudiatum non potest amplius redintegrari. 736

Semel perjurus semper perjurus. ibid.

Semel infamis semper infamis. 737

Semper

Semper debet inſpici tempus contractus. 762
An hæc regula ſemper procedat. ibid.
Superflua non nocent. 775
Hæc regulæ ubi procedat. ibid
Expreſsio ejus, quod tacitè ineſt, nihil operatur. 789
Limit. ibid.
Ubi de ſanguinis ſeu mortis pœna cura non intervenit, non licet tranſigere. 810
Utile propter inutile non vitiatur. 847

Relegatus.

Relegatus iterum atq; iterum reverſus quomodo puniendus ſit. pag. 7. & 728.

Remedium.

Remedium ordinarium quando ſuppetit, extraordinarium ceſſat. 251
Quid ſit remedium ordinarium & extraordinarium. 575

Renunciatio.

An & quatenus renunciatio beneficii SCti Vellej. valeat. 244
An in Electoratu Sax. ſola renunciatio ſufficiat. ib.
Renunciationes ſtrictisſimi juris ſunt. 265

Repræſentatio.

An unus homo duplicem posſit repræſentare perſonam. 344.

Res.

Rerum moralium natura unde cognoſcenda. 364
Res quando dicatur integra. 413
Quot modis poſſit dici integra. ibid.
Qualibet res à ſervitute præſumitur libera. 452
Res ſacræ an cum univerſitate vendi poſſint. 472
Res minima pauperi major eſſe poteſt quã diviti magna ſumma. 473
Res ex pluribus cauſis debita & ſemel mea effecta, non poteſt amplius mea fieri. 735
Res vitioſa quænam appelletur. 839
An res aliena utiliter legetur. 848

Reſciſſio.

An reſciſſionis beneficio etiam emtor gaudeat læſus ultra dimidiũ. 669
An tranſigens enormiter læſus reſciſſionem petere poſſit. 249.

Reſtitutio. Reſtitutio in integrum.

Reſtitutio quotuplex ſit? 92. in pr.
In reſtitutione ſemper reſtituentis voluntas reſpicienda eſt. 93
Reſtitutio pecuniæ pro maritanda pupilla à Tutore receptæ, cuinam fieri debeat. 178
An & qt. contra doloſè agentem competat reſtitutio in integrum. 217
An minor contra contractum, poſt impetratam ætatis veniam, celebratum, in integrum poſſit reſtitui. 233
An quis in re exigua læſus ſemper reſtitutionem in integrum petere poſſit. 261
Reſtitutio dicitur auxilium extraordinarium. 262
Reſtitutio in integrum ubi & quando peti poſſit. 266
Quid opus ſit ad extraordinarium hocce reſtitutionis auxilium expediendum. 266
An minori ex re modica detur reſtitutio. 473.

Retractus.

Pecuniam reprobam à retrahente oblatam emtor accipere non tenetur. 670
Qui ſemel declaravit ſe nolle retrahere, pœnitere non poteſt. ib.

Revocatio. Revocandi Jus.

An rei modicæ & levis detur revocatio. 472
Subditus, legitimè citatus, ſi poſtmodum alterius juriſdictionis eſſe cœperit, an habeat jus revocandi forum. 722
An Legatus jus revocandi domum habeat. ib.
An & quatenus nuda revocatio tollat teſtamentum. Ibid.
Legatum ad pias cauſas, ſi ea ceſſante ad alios uſus convertatur, an poſſit revocari. 725
In omnibus contractibus dominium ad nos vel revocabiliter vel irrevocabiliter tranſit. ibid.

Reus.

Reus vagabundus convenitur ubicunq; reperitur. 113
An reus præſens in foro teneatur reſpondere, licet non præceſſerit citatio. 176
Rei habentur favorabiliores quam actores. 658
Judex ſimulatis verbis reo impunitatem promittens, ut eliciat factum, an poſtea condemnare poſſit. 754. & 844.

S. Salvus

S.

Salvus conductus.

An in salvo conductu, reo concesso, plena sit securitas, & cujus operationis. 634

Satisdatio. Satisdatò.

Idonea satisdatio an & quando requiratur. 337
An satisdatio à testatore possit remitti. 732
Amoto satisdationis metu usufructuario via delinquendi patet. ibid.
Vid. supr. Cautio.
Satisdatio requiritur à Legatario. 733
An satisdatio in contractibus & delictis pignoribus facta valeat. ibid.
Interdum plus cautionis in re est quam in persona. ibid.

Sententia.

Sententia clam recitata an valeat? p. 80. vid. Clam.
An & quatenus sententia, præsente uno tantùm litigantium, lata valeat? 93. & 94. in pr.
Sententia, absq; citatione priori, lata non valet. 94
Nec Principis sententia valet, etiam in notoriis. ibid.
In Camera Imperiali, ubi recepta generalis est citatio, specialis non requiritur. ibid.
An sententia, præterito intermedio judice, ad superiorem facta, subsistat. 123
In Cam. Imp. Judicio nulla publicatur sententia, nisi legitimè in causa conclusum sit. 137. in f.
Nec interlocutaria. ibid.
Restringitur ad causas civiles. Secus est in criminalibus. 138
Sententia Judicis corrupti habetur pro nulla. 177
Sententia à Judice dato, die feriato, contra absentem & non citatum lata, nulla est. 197
Sententiæ interpretatio, pro quo in dubio facienda. 223
Verba sententiæ an latè aut strictè sint intelligenda. 436
An in sententia obscuritas sit tolerabilis. 531
Sententia contra statutum lata, an expressum contineat errorem. 532

Separatio. Separata.

Separatorum separata est ratio. 345. & 742

A separatis non rectè fit illatio. 742
An & quatenus separatio inter conjuges licita sit. 743. & 744
Bona diversis ex partibus coacta, an separationem patiantur. 742
An separatio à thoro & mensa divortium patiatur. 744

Sermo.

Quinam sermo dicatur obscurus. 530
Sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice. 224.

Servus. Servitus.

Servitus propriè non est jus sed privatio. 19
Servitus si ex parte domini dominantis prædii consideratur, Jus vocatur. ibid.
An altius tollendi servitus à servitute altius non tollendi differat? 38. inf.
Quid sit servitus personalis. 626
Servus quando utiliter tutor dicatur. 848.

Similia. Similiter. Similitudo.

Quænam sint & dicantur similia. 750
Quid sit similitudo juxta Boërium. ibid.

Simplex. Simpliciter.

Simplex homo quisnam nominetur. 750
Vox simpliciter quam variè accipiatur. vid. 751
Quis haud simpliciter respondisse dicatur. ib.
Simplex ratio non tantum obligat quantum duplex. ibid.

Simulatio. Simulatè.

An viro bono simulare liceat? 214
Simulationis vox bifariè accipitur. ibid.
Simulatè gesta pro infectis habentur. 753
Plus valet quod apertè quam quod simulatè agitur. ib.
An testis simulans ad testificandum cogi possit. 754
An, si simulatè quis quid gesserit in contractu, & insuper instrumenmentum confectum sit, exceptionem simulationis instrumento guarentigiato opponere possit. ibid.

Solennitas. Solenniter.

In omnibus juris actibus solenniter debet procedi. 758
Solennitates intrinsecæ in actu aliquo omissæ eum vitiant. ib.

Destru-

Destructio solennitatem arguit mutationem voluntatis testatoris. 759
An solennitates extrinsecæ & leves omissæ vitient actum. 762
An dentur solennitates, quibus omissis actus non vitietur. 763
Nullus actus juris cum alio ita convenit ut easdem solennitates requirat. 764
Solennitates ad probationem facti nihil facientes removendæ sunt. 772
An solennitates extrinsecæ minus necessariæ actui noceant. 774
Solenniter testato decedere quisnam dicatur? 803
Quisnam minus solenniter,

Solutio.

An solutio particularis invito possit obtrudi. 594
Solutio particularis omnium incommodorum genetrix est. ib. & p. 759.
Quinam sint effectus generales & speciales solutionis particularis. pag. 595. & 596.
Debitor malitiosè solutionem retardans, ad quod teneatur. 659
Solutionem Canonis retardans an possit expelli è re censuali. 746

Sæpè.

Quot actus requirantur in Positivo, in Comparativo, in Superlativo. 728

Speciale. Specialiter.

Speciale semper derogat generali. 764
In toto jure nullus invenitur actus, qui non aliquid speciale habeat. ib.
Quid sub speciali comprehendatur. ibid.

Sponsa.

An & quando sponsa habeatur uxoris loco. 562

Sponsalia.

An in contrahendis filiorum sponsalibus silentium habeatur pro consensu. 782
Sponsalia clam celebrata an & quatenus subsistant. 81
An annullentur sponsalia ex capite fornicationis posteà perpetrata. 647
Sponsalia an & quatenus præferantur prioribus. 656
Quot testes requirantur ad hoc, ut sponsalia dicantur publicè celebrata. 682

Spurius.

An Spurii ad honores publicos & dignitates v. gr. Doctoratus, Decurionatus, Officium Judicis, Adsessoratus, Cameralis, &c. admittendi sint. 737. & 738

Statutum.

Statutum, ut à majore ad minorem appelletur, an & qt. valeat. 123. & 124
An & qt. Statuta Principum Secularium censeantur esse jus civile, non pretorium. 351
An statutum obscurum sit allegandum in causis. 532
Quodnam statutum irrationabiliter latum nominetur. 716
Si in statuto Episcopo quid concessum, an etiam ad Capitulum sit extendendum. 764
Statutum à Principe factum an & qt. subditos stringat. 820

Stipulatio.

Quid circa stipulationes notandum. 213
An deductum in principali stipulatione divisionem recipiat. 223
An obligatio ex stipulatione orta recipiat divisionem. ibid.
Quid autem in secundaria obligatione, scil. ad pœnam, anne illa quoq; recipiat divisionem. ibid.
Quanam stipulatio dicatur utilis. 847

Studiosus.

Ubi conveniri possit & debeat. 817

Stuprum. Stuprator.

Stuprator qui personam abjectè se habentem, seu meretricem, vi corrumpit, pœnam stupri violenti non effugit. 14
Secus est Jure Civili. ibid.
Stuprator quantam dotem honestæ virgini stupratæ solvere debeat, si illam in matrimonium ducere nolit. 188
An virgo stupri amovendi causa stupratorem interficere possit. 454
An & qt. stupro cognoscens venalem formam exhibentem teneatur adulteris, 598
Stuprum vi inferens an teneatur pœna L. Juliæ. 835
Stuprum puero inferens qua pœna afficiendus sit. ibid.

Subditus.

An subditus possit esse testis in causa Domini. 280
An subditi fortius obligentur Principi quam Vasalli Domino. 497
An, si edicatur subditis ut castra sequantur in bello injusto, obtemperandum edicenti Principi. ibid.
Quid Juris, si dubitent, justum aut injustum bellum sit, an quiescendum, an parendum. ibid.
Subditi si non memores officii ad obedientiam adigantur ad eam obstricti, an obedientia sit coacta obedientia. 499
An & quando subditis bona sua auferri possint. 661

Subjectio.

Unde probetur. 346
Subjectionis agnitio & confessio in quibusnam consistat. 349. 350

Substitutio.

Vulgaris substitutio quænam sit. 848
A *quovis testatore fieri potest.* ibid.
An substitutio in imperfecto testamento subsistat. 849

Summaria causa. Summariè.

Judex quando summariè dicatur cognoscere. 767
Cognitio summaria quomodo olim facta sit. ibid.
Judicia summaria quot & quænam sint. 768
An summariæ causæ possint fieri ordinariæ. ibid.
An in causa summaria, oblato libello, lite contestata & reliquis ingressum ad judicium facientibus, peractis, ulterius summariè an verò ordinariè procedendum sit. ibid.
An in causa summaria testes non jurati sint admittendi. ibid.

T.

Tabula.

Tabulas cancellatas surripiens an furti teneatur. 57

Tacens. Tacitè.

An tacens semper pro consentiente habeatur. 779
Præsens & tacens aliquem pro se fidejubere patiens, qua actione teneatur. 780
An & qt. tacens, si de ipsius diminutione agatur, pro consentiente sit habendus. 781 782
Tacens non habetur pro consentiente, ubi lex expressum requirit consensum. 783.

Tacitum nihil operatur ubi expressi vacillat autoritas. 789
Multa tacitè admittuntur, quæ expressè fieri prohibentur. 788
Expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur. 789

Temeritas, Temerè.

An temeritas eandem mereatur pœnam quam dolus. 799
An ille dicatur temerè litigare qui communem Dd. opinionem vel responsum approbati collegii Juridici pro se habet. ibid.
Temerè agere quisnam dicatur. 797. & 798
Temeritas in personis litigantibus quomodo coerceatur. ibid.
Quisnam temerè litigare dicatur. ibid.

Tempus.

An tempora ad usucapiendum seu præscribendum jure civili statuta hodie quoq; obtineant. 209
Prior tempore potior jure. 658
Temporis prioritas unde æstimetur. ibid.
Tempus sæpè à momento currit in momentum. 746
Tempus solutionis ad tempus contractus regulariter. 761

Theoria. Theoreticè.

Quid sit disciplina theoretica. 806
Quid theoreticè judicare. ibid.
Quid Theoria. ibid.
Melius est quandoq; theoreticè judicare quam praxin iniquam sequi. 867.

Ter.

Varium hujus vocabuli usum vid. pag. 800

Terminus.

Terminos statutos extra suos fines dolo malo moventes, qua pœna de Jure Civ. & Sax. afficiantur. 707
Termino præfixo non comparens, neq; de absentia Judicem informans ad quod condemnetur. 7.9

Territorium.

Territorium universale habens an in jure superioritatis ac jurisdictionis fundatam habeat intentionem in omnes ac singulos Landsassios & subditos. 347

Testis.

An

An omnes testes in loco judicii testimonium ferre teneantur. 234
An & quatenus testis crimen falsi committat si pro dicendo falso vel reticendo vero pecuniam accipiat. 277.
Testis in examine debet esse jejunus. 339
Testibus de libertate magis, quam de servitute deponentibus creditur. 452.
Unus testis quando plenam fidem faciat. 472
Testis dictum debet esse certum. 487
An & quatenus injurato testi credendum. 616
Si requisitis duobus testibus tertius interveniat, an excludendus sit. 730
Testis simulans se facto non interfuisse, an ad testificandum cogi possit. 754
An in causa summaria testes non jurati sint admittendi. 769
An superfluus testium numerus noceat. 775
An & quando duo testes sufficiant. 802
Quinam testes sint habiles, quinam inhabiles. ibid.
Quinam testari probibeantur. ibid.
Quinam testes in testamento condendo reputentur pro inhabilibus 803. & 804.
An Maritus in testamento, ubi uxor heres instituta possit esse testis. ib.
Quot testes requiratur ad testamentum pagani vel militis. 804. & 805.
Si testes omnes aequales sint & tamen contraria deponant, quorum testimonium sit praeferendum. 824

Testamentum.

Testamentum conditum nudis verbis revocari nequit, licet fiat coram septem testibus. 7
Idem obtinet in testamento apud acta condito. ibid.
Testamentum barbarè fieri potest. 47
Testamentum vi & metu contractum non subsistit. 48
Testamentum totum cancellatum, totum corrumpitur. 57
Testamentum inter conjuges metu factum an subsistat? 62
Petens testamenti insinuationem per consequens istius petit validitatem. 151
Quaenam verba in testamento dicantur recta & quae obliqua. 202

An testamentum patris factum contra liberos habentes novercam validum sit. 384
Testamentum in piis causis nutu & signis factum, an valeat. 631
An testamentum prius rumpatur per posterius perfectum. 648
An testamentum propter omissam legatorum quantitatē vitietur. 693
An maritus in testamento, ubi uxor heres instituta, possit esse testis 836
Solennia testamenti quanam sint ibid. & 804
An omissâ quâdam solennitate in testamento conscientiæ foro heres ab intestato veniens obligetur scripto hæredi restituere hæreditatem. ibid.
Ad testamentū rustici & militis an & quot requirantur testes. 804. 803
Quid obtineat hodiè in terris Saxon. ibid.
Testamentum, in quo filius præteritus est, non valet. 806
An in testamento scripto aliud quidquam præter annulum ad consignandum possit adhiberi. 807
Testamentum secundum Statuta unius loci factum, an etiam in aliis valeat. 819

Testamentum Nuncupativum.

An testamentum nuncupativum vitietur per lineas in eo cancellatim ductas? 58

Testatò.

Quid sit agere testato. 801
Quotupliciter testato agere dicamur. ibid.
Quisnam solenniter testatò decedere dicatur. 803

Testator.

Nemo decedere debet ex parte testatus ex parte intestatus. 25
Testator expressas causas exheredandi probare debet, aliàs testamentum nullum est. 45
Si dubium sit de voluntate Testatoris ob legatum quoddam multiplicatum, cuinam incumbat probatio. 714
An verba testatoris: ab intestato moriturus sum, habeant vim dissolvendi testamentum. 723.

Testimonium.

Testimonium ab ebrio factum an vires obtineat. 339
An unius testimonium valeat. 802

An &

An & quatenus testimonium filii in causa patris sit licitum. 805

Tortura.

Confessionem faciens in tortura de crimine, non prius damnatur, priusquam absque vi in ædibus privatis eandem confessionem repetat. p. 8

An & quatenus in delictis occultis ad torturam deveniri possit. 556

Qui absque tortura confitetur, sponte confessus dicitur. 756

Transactio.

Transactio calumniosè facta non valet. 55

An in criminalibus transactio sit licita. 180

An transactio in criminibus publicis non capitalibus locum inveniat? ibid. & 181

An & quatenus transigens enormiter læsus possit petere rescissionem transactionis. 249. & 250

Transactionis descriptio. 808

Quibusnam transigere licitum sit. ibid.

Transactio de testamento nondum inspecto quando dicitur infirma. ibid.

An de alimentis liceat transigere. 809

In quibus delictis transactio licita sit. ibid.

An transactio super Adulterio Clerici valeat. ibid.

Transactio quibus modis rescindatur. 810

Tutela.

In tutela Electorali Agnati præferuntur Tutoribus Testamentariis. 24

Tres tutelæ faciunt exemptionem à quarta. 35

Impuberes in tutela esse cui juri conveniat. 480

Cur proximi tutela onerentur. 681

Tutela legitima in sanguinis propinquitate est fundata. ibid.

Tutor. Tutrix.

Tutor qualem diligentiam adhibere debeat. 25

Tutor nomine alterius prædia pupilli sibi comparans, quomodo teneatur. 53

Tutor pro maritanda pupilla pecuniam recipiens, licet benè maritet, dicitur corruptus, acceptamque pecuniam restituere tenetur. 178

An mater liberorum suorum impuberum tutrix esse possit. 190

Mater ab initio liberorum tutrix esse denegans, vel postmodum ad secunda vota transiens, nec liberis tutores petens, quâ pœnâ afficienda sit. 191
Servus testamento tutor datus, qualem adipiscatur libertatem. 508
Tutor licito fœnori pecuniam pupilli non exponens, neque comparando prædio utibili impendens, an & quatenus ad solutionem usurarum obstringatur. 282.814.815
Tutores cur teneantur cautionem præstare. 828
In tutore quænam requiratur vigilantia. 829
Tutor qualem culpam præstare debeat. ibid.
Vid. supra Culpa.
Tutor ob dolum remotus redditur infamis. ibid.

V.

Vasallus.

Vasallus Dominum feudi comiter observans, an sit ei subditus. 95
In vasallo quid requiratur. 286
An Vasallus ab sua investitura sibi utile acquirat dominum. 650
Vasallus, ter ad petendam investituram vocatus, non comparens, an feudo privandus. 801
Si duo Vasalli de una eademque re investiti fuerint, quisnam sit præferendus. 813

Venditor. Venditio.

An venditor teneatur de vitiis rei venditæ, si evidenter appareant. 259
An, si statuto caveatur quod nemo nisi civis debeat acquirere, valeat venditio forensi facta. 324
Vid. supra voc. Emtor & Impensæ.
An & quatenus venditio rescindi queat. 479
Venditor destinato loco & tempore rem non tradens tenetur ad interesse. 825

Venia.

An in criminibus, quibus certa pœna statuta non est, veniam dare liceat. 377
Quænam requirantur ad impetrandam veniam. 378
An Princeps reis veniam indulgere queat. ibid.

An ad

An ad intercessionem puellæ condemnatum in matrimonium petentis venia reo sit tribuenda. 379

Verbum.

Verba enunciativè posita an probent & obligent. 251
Verba enunciativè posita in actu odioso an dispositionem inducant. 252
In probatione difficili adversus tertium fidem faciunt. ibid.
Verba geminata an majorem firmitatem ferant. 253. & 425
Verba narrativa geminata an disponant. ibid.
An à proprietate verborum sit recedendum. 359. 375. & 382
Verba cum effectu sunt intelligenda. 373
An verba menti an mens verbis præferenda. ibid.
Verba propriam significationem respuentia, an ad extraneum sensum trahenda. ibid.
Verba quomodo improprientur. 375
Verbum necessitatis junctum verbo omninò, præcisè quid importet. ib.
Verba indefinitè prolata in contractibus æquipollent universalibus. 394
Verba indefinita ultimo loco posita an limitationem & declarationem recipiant. ibid.
Verba quæ non possunt intelligi propriè, an intelligantur largè & impropriè. 435
Verba superflua & inania solent stomachari prudentes. 466
Verba: Debitor debet esse paratus: quomodo intelligenda. 760
Verba superflua an in instrumento vel scriptura noceant. 774

Verisimilitudo. Verisimile. Verisimiliter.

Verisimilitudo major tollit minorem. 822
Quod non est verisimile, non debet attendi. ibid.
Argumentatio à verisimili ad conjecturandam voluntatem testatoris egregiè valet. ibid.
In obscuris & dubiis inspici solet, quod verisimilius est. 823
Verisimilitudo multum valet ad corrobarandam probationem. 823
Usum horum verborum latius vide. 824

Vestimenta.

Quotidiano victu legato num etiam veniant vestimenta. 711

Via.

Via semel electa tenenda est. 775

Violentia. Vis.

Violentia in jure sumitur pro virtute efficaci. 833
Quid sit vis publica. 874
Vis publica quot modis inferatur. ibid.
Quanam de Jure Carotino noviss. referantur inter vim publicã. 837
Vis privata quanam, quotuplex sit, & quomodo inferatur. 858

Virgo Corrupta, vitiata. Deflorata.

Maritus virginem deprehendens defloratam an & quatenus retinere teneatur. pag. 66. vid. supra Raptor.
Virginem vitiatam sibi copulans an ad collegium opificum sit admittendus. 67
An & quatenus virgo vi stuprata, infamiæ mereatur maculam. 176
An virgini vi stupratæ coronam virginitatis portare liceat? ibid. in fin.
Matrimonium, defloratâ virginem se simulante, initum an subsistat. 219

Vitium. Vitiosus. Vitiosa res.

Quænam dicantur vitia evidentia & manifesta. 259. & 269
Vitiosa res quanam nominetur. 839
Vitium & morbus quomodo differant. ibid.
Vitiosa res absque ulla pretii refusione reposci potest. ibid.
Parietes quando vitium facere dicantur. 840
Vitiosè agere idem est ac nihil agere. ibid.

Universitas.

An contra universitatem actio doli, ut fiat infamis, institui possit. 218

Voluntas. Voluntariè.

Voluntas quotuplex sit. 843
Voluntarius Procurator quis sit. ibid.
Voluntarcè peccans quomodo puniendus. ibid.
Per actum voluntarium nemini fit præjudicium. 844
An voluntariè confitenti pœna remittenda sit. ibid.
Voluntas ultima ambulatoria est usque ad extremum vitæ Spiritum. 57. & 648
An coacta voluntas sit voluntas. 510

An li-

An literas edocti ultimam voluntatem notis & signis scribere possunt. 666
Voluntas est vel absoluta vel quodammodo pura. 683

Usura.

Post moram debentur usuræ. 115
Usuræ quincunces an peti possint. ibid.
In concursu Creditorum de jure Civil. usuræ una cum sorte exiguntur. 118. infin.
Limit. Si bona debitoris ad satisfaciendum reliquis sufficiant. ib.
Secus est de Jure Saxon. 117
Ubi tamen multi quoque excipiuntur casus. 117. 118
Usuræ, mordentes vocantur fœnus improbum. 373
Usuræ an possunt extendi ultra per statutum definitam quantitatem. ibid.
An usuræ usurarum sint licita. 372
An marito ob dotem non solutam debeantur usuræ. 831
An Creditor usuram ultra alterum tantum petere possit. 831

Usus.

An non usus tollat legem. 491
An non usus impediat, quominus utatur quadam re. ibid.

Ususfructus. Usufructuarius.

Ususfructus quamdiu usufructuario concedendus sit. 231
An usufructuarius onera fundo legato postea imposita teneatur ferre. 646
Quænam sit natura ususfructus. 732
An maritus facta separatione bonorum dotalium illatorum usumfructum amittat. 744

Usucapio.

An & quatenus mala fides usucapionem impediat. 705
Bona Immobilia quo tempore inter præsentes usucapiantur. 206
Usucapio in quem finem sit introducta. 831

Utilitas, Utilis. Utiliter.

Publica utilitas à tramite communium regularum juris deflectendi unica causa est. 91

An ob utilitatem publicam aliquid contra honestatem sit statuendum. 661.
Utile propter inutile non vitiatur. 847
Quando procedat. ibid.

Vulgo. Vulgariter.

Vulgaris substitutio quænam sit. 348
Vulgò concipere quæ dicatur. ibid.
Vulgò quæsiti & vulgò concepti quinam nominentur. ibid.

Vulnus. vulneratus.

Infligens vulnus, si alius vulneratum occiderit, quomodo teneatur. 50.
An ob vulnera, quæ deformitas faciei sequitur, præter impensas refundendas & interesse præstandum alia quoque pœna irroganda. 190
Vulneratus quando ex vulnere decessisse præsumatur. 449
An melius sit occurrere in tempore quam post illatum vulnus remedium quærere. 466

Uxor.

Uxor pro marito intercedens, etiamsi iterum & creberrime intercessionem facit, SCto Vellejano se non privat? 10
Mulier in mariti domum traducta, an in ejus potestatem abeat? 104
Uxor res hereditarias occultans an privetur portione ex statuto ipsi debita. 560.

S. D. G.

An ob utilitatem publicam aliquid contra honestatem sit statuendum. 661.
Utile propter inutile non vitiatur. 847
Quando procedat. ibid.

Vulgo. Vulgariter.

Vulgaris substitutio quænam sit. 348
Vulgò concipere quæ dicatur. ibid.
Vulgò quæsiti & vulgò concepti quinam nominentur. ibid.

Vulnus. vulneratus.

Infligens vulnus, si alius vulneratum occiderit, quomodo teneatur. 50.
An ob vulnera, quæ deformitas faciei sequitur, præter impensas refundendas & interesse præstandum alia quoque pœna irroganda. 190
Vulneratus quando ex vulnere decessisse præsumatur. 449
An melius sit occurrere in tempore quam post illatum vulnus remedium quærere. 466

Uxor.

Uxor pro marito intercedens, etiamsi iterum & creberrime intercessionem facit, SCto Vellejano se non privat? 10
Mulier in mariti domum traducta, an in ejus potestatem abeat? 104
Uxor res hereditarias occultans an privetur portione ex statuto ipsi debita. 560.

S. D. G.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Richter, Christoph Philipp,

Tractatus De Significatione Adverbiorum, In Jure tàm Civili quàm Canonico usitatorum In quo Non solum eorum natura, proprietas, vis & effectus ostenditur, sed etiam multae controversiae ex Jure publico & privato... resolvuntur... Adjecto Indice Verborum atque rerum duplici

Jenae 1666

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/4Jur.405
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11067094-3
VD17 1:012305Y